32101 066874387

RECAP

2509 Gift
.704

[redacted]

EX LIBRIS
A. TRENDELENBURG.

2850.2

~~XIV 285012~~

Elizabeth Foundation,



LIBRA

OF THE

College of

Digitized by Google

62220
n

Digitized by Google

Jacobi Philippi D'Orville

CRITICA VANNUS

IN

INANES
JOANNIS CORNELII PAVONIS

PALEAS.

In qua

Plurimi Scriptores cum veteres, tum recentiores explicantur, emendantur, vindicantur.

Cum

EPILOGO

&

INDICIBUS NECESSARIIS.

ARISTOPHANES.

Σμικρὸν ἢ ὑποθέσθαι τοῖς ἐμοῖς κριταῖσι βύλομαι·
Τοῖς σοφοῖσι τῶν σοφῶν μεμνημένοις κρίνειν ἐμέ·
Τοῖς γελῶσι δ' ἡδέως, διὰ τὸν γέλων κρίνειν ἐμέ.

AMSTELAEDAMI,
Apud JANSSONIO-WAESBERGIOS.
MDCCXXXVII.

Digitized by Google

(RCPPG)
2509
.704

INDEX CAPITUM.

PROOEMIUM. Pag. 1-6

CAP. I. *Calumniae refutantur circa Epiſtolam, in qua de aetate MSti Philae actum fuit.* 6-15

CAP. II. *De mendaciis circa auctorem verſionis Epigrammatis Graeci. mearum in eo emendationum vindicatio. Pavonis ignorantia.* 15-37

CAP. III. *Cl. Joannis Chriſtiani Wolfii verſio & correctiones ejusdem Epigrammatis defenduntur. Pavonis ſtupor & errores plurimi exponuntur.* 37-60

CAP. IV. *De infantilibus Pavonis peccatis circa prima Linguae Graecae elementa.* 60-74

CAP. V. *De contumelioſo Pavonis ſcribendi genere. in quo* INDEX ATER. 75-121

CAP. VI. *De Jactantia & Philautia Pavonis.* 122-133

CAP. VII. *De Epigrammatibus quibusdam ex Anthologia Edita atque Inedita, quae Pavo inſcite & ridicule explicuit & emendavit.*

SECTIO I.	134 - 136
SECTIO II.	136 - 167
SECTIO III.	167 - 177
SECTIO IV.	177 - 193
SECTIO V.	193 - 201
SECTIO VI.	201 - 204
SECTIO VII.	204 - 218

48262

Cap. VIII. *Epiſtola Vibio praemiſſa: Emendationes in Menandrum & Philemonem: & Diatribe de Alea leviter perſtringuntur.*

Sectio I.	218 - 222
Sectio II.	223 - 251
Sectio III.	251 - 263
Sectio IV.	263 - 318

Cap. IX. *Incredibilia quaedam Pavoninae in univerſa re metrica ignorantiae exhibentur ſpecimina.* 318-405

Cap. X. *Oſtenditur Pavonem de Hephaeſtione peſſime meritum fuiſſe.*

Sectio I.	405 - 415
Sectio II.	415 - 499
Sectio III.	499 - 543

Cap. XI. *Excerpta quaedam cenſurarum in Horapollinem.* 543-556

Cap. XII. *Graculus inter Pavones.*

Ex Anacreonte.	557-577
Ex Q. Calabro.	577-595
Ex Aristaeneto.	595-620

Epilogus. *In quo nuperae calumniae, novique & ſtupidi errores Pavonis exponuntur; refelluntur.* 621-661

CRI-

CRITICA VANNUS IN *INANES* JOANNIS CORNELII PAVONIS *PALEAS.*

PROOEMIUM.

Si omne id, quod humanae vitae vel jucunditatis vel utilitatis ſenſim acceſſit, honeſtae in primis debeatur cupidini gloriae, pro meritorum menſura unicuique diſtribuendae: ii, quibus aliorum bene excogitata vel laudabiliter facta exagitare, & obterere ſolemne eſt, & in prima voluptatis parte ponitur, non ſolum legitimo, quantum in ſe eſt, mortales laborum defraudant fructu, verum etiam iſtos ſtimulos, quibus praecipue ad aliquid egregii audendum homines incitari comperimus, maximo cum Reip. damno, obtundunt atque praefringunt.

 Digni

Digni proinde & publica indignatione & ſingulorum odio, quicunque iſti vitio indulgentes non modo inutilem, ſed & maxime gravem civitati inſtituunt vitam. Et bonum publicum vehementer poſtulat, ut a melius animatis civibus obviam eatur perniciosis horum male natorum molitionibus, dum ipſos quacunque via ad ſaniorem mentem revocare conentur, vel venenis ipſorum & ſpiculis, quibus mortuorum & viventium promeritam famam petunt & impugnant, ſaltem vim & aciem demere contendant. Quod dum fortiter facere eximii viri ſuſcipiunt, vix eſt, ut non experiantur ſibi rem eſſe cum Hydris reſecta capita geminantibus, & cum Antaeis novas a lutoſae matris terrae attactu vires reſumentibus, doleantque ſaepe, quae in remedia contra talem furorem excogitaverant, illa ipſa ſemel male affectis rabiei pervicaciſſimae cauſam exſtitiſſe.

Id certe mihi eveniſſe, Lector, in Joanne Cornelio Pauw non diffiteor. quo homine, cum a renatis literis maledicentiorem, malevolentiorem, invidioſum magis, ingratiorem in hujus & ſuperiorum aetatum eruditos, jactantiorem, ſuique unius amantiorem nullum aluiſſe terram conſtaret apud omnes, qui librorum ejus, totidem invectivarum, legendorum taedium devorarunt, vel ipſum ex ſermonibus quotidianis cognoverunt, a boni in re publica literaria civis officio minime alienum duxi, ſi communi huic omnium famae inimico pro virili occurrerem, &, ſi qua fieri poſſet, eum ab inpotenti iſto omnes allatrandi inpetu deterrere, imo ad partes humanitatis inplendas adducere conarer: in primis, cum etiam ipſe in me non obſcura ſuperbiae ejus & animi ingrati expertus fuiſſem indicia.

Sub medium igitur anni MDCCXXXII, cum publicari coepiſſent Miſcellanea quaedam Critici argumenti

gumenti ſcripta, & ſequentis anni menſibus Maji & Junii prodendi eſſent aliquot *Manuelis Philae de piſce Nautilo* verſus, adhuc ἀνέκδοτοι, ut putabat Britannus editor, at quos Jo. Corn. Pauw repraeſentaſſet ante biennium in ejusdem Philae editione, occaſionem arripui hominem paucis ſuper ſcribendi & commentandi, quod ſequebatur, inſtituto, compellandi & admonendi. Eo libentius autem hanc meam ſcriptionem illis libellis inſerendam arbitratus fui, ut lectione eorum ille condoceretur, qua modeſtia ingenuos viros ab aliorum ſententiis diſſidere deceat. fore enim ſperabam, quod etiam evenit, ut ſaltem ad perluſtrandas iſtas lucubrationes pelliceretur, ſi quid ad ipſum propius ſpectans in iis contineretur. Nam ad iſtud tempus non niſi oculo fugiente inſpicere dignatus fuerat, utpote leves & nihil niſi plebeji ſaporis complexas: licet jam tum ſymbolas contuliſſe principes in literis viros publica ſama ſatis conſtaret.

Quamvis autem in Ἐξετάσει illa non ultra gravem, ut decebat, hic illic tamen ſalibus adſperſam, reprehenſionem progreſſus fuiſſem, nec unquam ea ſtyli acerbitate uſus fuiſſem, qua hominis ὑπερηφανία & ἀλαζονεία caſtigari meruerant, & proinde aliquam ſpem concepiſſem, fore, ut ad meliorem admonitus frugem rediret: ſaltem ad mitius & minus contumelioſum ſcribendi genus ſtylum adſuefaceret: contraria omnia conſecuta ſunt. namque anno MDCCXXXIV Quintum Calabrum prodens per totum Commentarium ſolito more in doctiſſimos viros, Laurentium Rhodomannum & Claudium Dausquejum, qui ante ipſum eandem, & felicius ſpartam ornarant, ferociit: at in me in primis accenſae bilis virus evomere non dubitavit. & cum viri officium fuiſſet, accuſationes meas diluere, & craſſos ſatis multiplicesque

errores ſibi objectos vindicare & redarguere, pro omni defenſione oculi a nomine *Michaelis* ad *Manuelis* nomen divagati *παρόραμα* objecit. Quibus animadverſis me deſperare de homine rationum & ſermonis vi ad meliora reducendo in Miſcellaneis Anni MDCCXXXIV menſium Martii & Aprilis p. 212. breviter faſſus fui, & ad hoc ſanandum caput, efficacioribus ſignificavi eſſe opus remediis, eadem quidem ipſi ſumma urguente neceſſitate praeſcribens, quae ipſe ſaepe nulla de cauſa integerrimi cerebri viris imperaverat. (1) Utrum iſtis uſus fuerit nec ne, cum ignariſſimis ſcio. Sed ſi potionem ſumſerit, infeliciter admodum ſucceſſiſſe nuperrima Ariſtaeneto impenſa cura, ſive potius incuria, palam facit. Abortivum enim hunc foetum ira & bilis denuo in me concepta ex laeſo melancholici patris cerebello ante tempus abegiſſe omnino videtur. Nam in tota opella praeter conſuetam ipſi in viros doctiſſimos Joſiam Mercerum, & quoscunque auctorem hunc attigiſſe cognovit, felices plurimos, quos non cognovit! intemperiem, tanta negligentia, tanta *ἀκρισία*, ariditas tanta, tanta inſcitia ubique regnat, ut cum omnes, quos edidit, peſſime ediderit auctores, pejus tamen habitum emiſiſſe videatur nullum. in ea autem praefationis parte, qua in me debacchari

ri

(1) Ut Bentlejo in Emend. in Menand. & Philem. p. 85. *At noſter Timon* (Bentlejus) *credo, ut ſuaviculam ſuam Philumenam oſculo exciperet impuro, ſana contaminavit lubens. Sed quid fiet homini cum iſta quoque... ſcilicet ad puerorum ſubſellia amandandus, ut illic ſub ferulae ictu addiſcat, haec ita accipienda eſſe . . . ut olim ab imi ſubſellii magiſtro didicit puer: quae ſi huic ſuaviculo adhuc videantur inepta, poſthac Helleborum potet, ut reſipiſcat. Vah! vah! ineptiarum taedet.* Videatur Anacreon p. 138. ubi J. Barneſius *& alii homines belli qui ita ſentiunt, digni pronuntiantur, qui Anticyram navigent ut ibi vim Hellebori experiantur.*

ri Erinnyes ipſum ſuae adegerunt, tam coeco furore ruit, ut quid, quibus, de quo ſcribat, plane oblitus fuiſſe videatur. quî enim, niſi furiatus, vel ebrius, tot abſurda, & in Graecitatem, & ſenſum communem directa fronte pugnantia literis conſignare! quî tam foeda ſtolidorum convitiorum illuvie Ariſtaenetum dehoneſtare in animum induxiſſet, ſi vel Graece doctos, vel ingenuos Lectores ſupereſſe putaſſet, vel ſibi futuros ſperaſſet! quî in me invehendi utut anſam undecunque captans, ea alioquin exagitare ſuſtinuiſſet, quae me non magis quam ipſum convitiatorem habebant Auctorem: & ſaepius repetito mendacio mihi adſcribere, quae a plane alia manu profecta erant! quî alioquin ob leviſſimum, utpote circa numeros errorem, quem non a me magis probabile quam ab alio committi potuiſſe ex ſuis ipſe documentis ſcire poterat, imo qui ſi meus vel plane eſſet, non potuiſſet admitti nocendi animo, fidem meam per impudentiſſimam, ſed inanem calumniam, reddere ſuſpectam molitus fuiſſet!

Vides, Lector, in quantum morbus ille maledicendi invaluerit, & quam neceſſario ad ultima acceſſerimus, ut ulcera inveterata, quoniam fomentis nequimus, ferro & igni, ſi poſſemus, ſanare tentemus. praebeto igitur te aequum, dum me, dum ipſos ab incomparabili iſtius petulantia ulciſcar, & homini ſingulas ejus animi pravitates ob oculos ponam: ſinitoque, ut juſtae indignationi vela permittens eo utar ſermone, quo in omnem a Pavone alium abſtinere civile eſſe tecum lubens agnorim. Exordiar autem ab iis, quae me propius ſpectant, & in praefatione Ariſtaenetica continentur. deinde ſterilem & horridam omnem Pavoninae eruditionis ſeu potius ἀπαιδευσίας ſilvam pervagabor, in ſingulis oſtendens, tam nullo jure aliorum bene & ſollerter cogitata ab ipſo

 arro-

arrodi & lacerari: quam ſua frivola & exſucca commenta extolli & commendari. faveto igitur huic oecumenico, dum vapulat, Alaſtori.

CAPUT I.

Calumniae refutantur circa Epiſtolam, in qua de aetate MSti Philae actum fuit.

PEtrus Vlamingius, vir, dum vivebat, ad humanitatis officia erga omnes promtiſſimus, Pavonem etiam demereri voluit. Cognito enim Criticum hunc novam Philae ἔκδοσιν meditari, necdum tamen primam editionem nactum eſſe, ad me literas anno hujus ſeculi XXVII die VII Decembris dedit, tum Romae agentem. In earum calce haec verba legebantur: *Indien gy bezit of kunt bekomen den Phile, de proprietate animalium by Aldus, kunt gy den Hr. Pauw, die daer eene editie van in 't zin heeft, en die my dienſt doet, door obligeren.* id eſt: *Si Joanni Cornelio Pauw editionem Venetam Philae ſubminiſtrare poſſis, poteris eum demereri. bene enim de me meretur: editionem Philae parat.* Quae ad hanc epiſtolam reſponderim ad verbum teſtari nequeo, cum literarum mearum exemplaria confieri non curem: & autographa mea procul dubio perierit vivente jam, certe defuncto Vlamingio. reſponſum tamen meum duobus capitibus conſtitiſſe neceſſe eſt: *me ſcilicet non poſſidere neque acquirere poſſe Venetam editionem: ſed me in Bibliotheca Vaticana inveniſſe Philae codicem manu exaratum, quem, ſi id deſideraretur, cum editis committi curarem.* Haec Vlamingius renunciavit Pavoni per epiſtolam. Ad quam quid reſponderit Trajectinus Canonicus neſcio. certe ego uſque ad XXV Martii diem Anni MDCCXXVIII Romae commoratus, nullas literas a Vlamingio tuli. cujus deſiderio cum in ipſa re ſatisfacere nequirem, pro meo literatorum virorum

virorum conatus promovendi ſtudio, praeſtantius quid obtuli, nempe Manuſcripti libri collationem. Nonne jam eſt iniqui, imo fatui cogitare, me in illa epiſtola, qua talem me exhibebam, vel ludere voluiſſe Pavonem, vel mala in ipſum fide agere. quod iſte tamen ſtolide calumniatur.

Suſpicabitur forſitan aliquis, ſimultatem aliquam mihi jam tum fuiſſe cum homine. Sed ſcias me, niſi reducem, nihil quidquam legiſſe a Pavone profectum, & ad iſtud tempus hominem mihi ſatis ignotum fuiſſe. iter autem ſuſcepi ſub menſem Majum An. MDCCXXVI. in patriam reverſus ſui An. MDCCXXVIII. ſub finem Septembris. ſcias reducem quoque, non tardiorem fuiſſe factum diu in ſtudiis ejus adjuvandis. quod & ipſe agnovit, dono mihi miſſis Philae & mox Anacreontis curatis a ſe editionibus. Commodaveram enim ipſi Mich. Maittairii Editionem Anacreonteam: qua ipſum uſum fuiſſe, utut diſſimulat, mox conſtabit. Obtuleram quoque collationem ejusdem Poëtae, a me ad antiquiſſimam & fere unicam membranam Vaticanam inſtitutam: indicaramque multas J. Barneſio & aliis incognitas lectiones in ea obſervatas. quam tamen Pavum, ut librariorum ſolummodo aberrationes continentem, temere ſpreviſſe ſuo loco adparebit. Idem, poſt Anacreontem proditum, cum ex improviſo ſignificaſſet ſe iter in Britannias moliri, & ibi terrarum ſe velle Orphei reliquias publicare, ſciſcitans num quid membranarum in hunc Poëtam conſuluiſſem, nulla in me fuit mora, ſed, ut maturanti quamprimum ſatisfieret, Juntinae editionis Anni MDXXXX eam partem, quae Argonautica collata complectebatur, ceteris excerpſi, atque ita Trajectum miſi. Non opus tamen fuiſſe tanta feſtinatione patuit nam necdum Orpheus prodiit, & iter illud interruptum fuit, procul dubio, quia

ſaccharinis ſuis deliciis Joannaeae aedis patronus non libentius carebat, quam ſuis deliciis Agnes illa Lycei Amſtelaedamenſis caſtiſſima patrona. ſive, ut minus aenigmatice loquar, quia Canonicalia negotia, qualiacunque ſint, Pavonem non longius Trajecto abeſſe ſinebant, quam mihi propter occupationes Profeſſorias Amſtelaedamo abeſſe conveniebat. Iſtam collationem per biennium quoque me non interpellante retinuit, licet identidem, ubi occaſio ferebat, in circulis jactaret non continere niſi quisquilias. nec ego pretium grande huic collationi ſtatuerim. juvandi animum promtum probare volui. remiſit tandem Orpheas chartas, poſtquam toto iſto tempore, ſic perhibebatur, in angulo neglectae jacuerant, per tertium. nam commercium ruperat jam Ἐξέτασις mea, quam pertinaci hominis ſupercilioſi in me ὑπερηφανείᾳ, & aliorum omnium faſtidioſo contemtu provocatus & irritatus, corrigendi tamen ipſius cauſa, prodideram. Quae mea in ipſum officia hic fuſius enarravi, non ut animo puſillo haec ei exprobrarem, ſed ut unicuique conſtaret tempore ſcriptæ a me epiſtolae ad Vlamingium nullas ſimultates mihi cum Pavone interceſſiſſe, qui quinque vel ſex annis poſt hoc tempus in ipſum omni uſus fuerim humanitate.

Sed qua in re tandem illa epiſtola tua, rogaveris, Lector, Pavonem vel luſit vel fefellit?

Altius & prima repetenda ab origine res eſt.

In Ἐξετάσει mea Pavum reprehenderam, quod Archiepiſcopum Monembaſianum, Carolum Arſenium, *ignorantiae & temeritatis* accuſaſſet, quia Anno MDXXXIII Philen prodens, *unicum Archetypum* penes ſe exſtare literis mandaverat. nam Pavus in ima pagina animadvertebat, *praeter Anglicanum librum,*

brum, Romae in bibliotheca Vaticana & Lutetiae in Bibliotheca Regia exſtabat Philes MStus. temerarius igitur & ignorans Arſenius juxta Logicam Pavonianam. quia enim Anno MDCCXXX tres codices Philae exſtabant, ideo totidem etiam neceſſario jam exſtabant ante duo fere ſecula anno MDXXXIII. at ſi Criticus noſter unquam Codd. vel libros Bibliothecarios verſaſſet, debilitatem argumenti perſpexiſſet, cum innumeri veterum auctorum Codd. multis annis imo ſeculo poſt inventam Typographiam ſint exarati. id quod in his Codd. etiam locum habuit. quare cenſori regerebam, Arſenium nihil quidquam de his Codd. potuiſſe cognoſcere. eſſe enim exaratos demum fere annis XXX poſt editum ab Arſenio Philen. Vaticanum librum certe a Bergecio eſſe ſcriptum An. MDLXX & Codd. Oxonienſem & Pariſienſem ejuſdem fere aetatis eſſe. Addebam, potuiſſe tam ridiculam criſin omitti, ſi J. A. Fabricii Biblioth. Graecam & B. Montefalconii Palaeographiam conſuluiſſet: Montefalconium certe p. 91. & 94. docuiſſe hunc Bergecium Calligraphiam occoepiſſe an. MDXXXV. & usque ad annum MDLXVI. exercuiſſe: unde conficeretur a quovis non plane ſtupido, editionem Arſenianam eſſe antiquiorem Codd. Bergecianis. Uſſit hominem κενόδοξον, &, ut ſibi videtur, ἀναμάρτητον, tam turpiter in crimine temeritatis & ignorantiae deprehenſum a me fuiſſe, quo in genere alium accuſarat. quid faceret! tenebatur. luctabatur tamen: & evadendi rimula vulpeculae adparere viſa eſt. quid enim caſu acciderat! Vlamingius, homo officioſiſſimus, ut dixi, & ideo, ut taceam ejus negotia publica & domeſtica ſpiſſiſſima, occupatiſſimus & diſtractiſſimus, qualem norunt, quicunque norunt, Pavoni aetatem Codicis Vaticani indicans eum exaratum eſſe

ſcripſit *ipſo anno vel circa annum ſexageſimum ſeculi quinti decimi:* cum ſcribendum eſſet, ἁπλῶς *anno ſexageſimo ſeculi ſexti decimi.* Leviter procul dubio & ideo prave meam epiſtolam conſulens, vel etiam omnino ad manum non habens, vel etiam, cum non veroſimile putaret, quemadmodum ipſe Pavo, tam ſero codicem exaratum, ſcripturam amici, quae recte ſe tamen habebat, emendans & corrigens. & vero ſimillimum fit, Vlamingio ipſas meas literas ad manum non fuiſſe, cum Pavoni ſcriberet; quî enim alioquin potuiſſet ſcribere *ipſo anno vel circa annum ſexageſimum*!

Jam ego jure meo uti, nec ullo modo memoriam Vlamingii laedere videor, cum hunc errorem in eum conferam: quia primo nihil criminoſi in ſe habeat erroneus nolentibus nobis calami ductus, nec in Vlamingii facto maledicus quiſquam, ne ipſe quidem e maledicentia, quantus quantus, conflatus Pavo, umbram improbitatis invenerit: & quia ego nec quicunque ſit, nullo modo cogar culpam & errorem agnoſcere, quem alius a me aeque probabiliter potuerit admittere, cujusque ipſe mihi minime conſcius ſim. verum enim vero ne Pavo, vel alius Pavoni ſimilis ſycophanta, me criminetur vel leviter injurium fuiſſe in mortuum, quem vivum colui & amavi; amabam autem Vlamingium tum ob alias dotes, tum quod, uti doctos & modeſtos viros ſuſpiciebat, ſic inſulſos & faſtoſos, & tibi, Pavo, ſimiles paedagogos oderat; amabam quod & in te ipſo iſtorum quotidianum vitium (duplici laude mactandos cenſeo, qui ſibi ab hac mephiti caverint) τὴν Πεδαντερίαν oderat, ridebat & ſaepe palam exſibilabat. quamvis intelligam te plane immunem ab hoc morbo tibi videri, imo etiam articulum inde contactum velle exſecare: amicos autem vereri, ſi haec ſententia animo tuo ſedeat, ne brevi miſellus Pavo in-

ſtar

ſtar Abſyrti vel Hippolyti diſcerptus membratim jaceat. hui! hui! ne, dico, vel leviter in cineres amiciſſimi Viri peccem, omnem iſtum, quantumvis gravem, meum eſſe concedam errorem. At quid inde ſequetur? me ſcilicet in numeris annorum, frequentiſſima & cuique obrepente hallucinatione, lapſum eſſe. cui errori etiam eo facilius ignoſci deberet, ſi in hoſpitio haec ſcribenti, quemadmodum epiſtolam re vera ſcripſi, licet inſpexiſſem aetatem codicis in Bibliotheca, & forte non enotaſſem, numeri annales memoriae minus accurate obverſati fuerint. qualia certe peregre verſanti in primis facile acciderint. atque utinam tu in iſta tua Britannica peregrinatione Orpheum edidiſſes. quot errores craſſos, quot puerilia peccata itinerarios inter tumultus commiſiſſes: qui nunc otio inerti fruens, in ergaſtulo tenebricoſo occluſus, inter altas librorum reſidens ſtrues, quamvis ſaepe credidi tibi ne quidem neceſſariam copiam eſſe, notas tam exſangues, tam omni eruditionis condimento deſtitutas, qualesque a nauſeante effundi poſſint, protrudere in lucem ſoleas. miſer ille Orpheus iterum, & nullo ſuo merito crudelius dilaceratus adparuiſſet, quam olim cum ipſum jure ſuo Thraciae mulieres

Diſcerptum latos miſere ſparſere per agros.

At, homo inconſultiſſime, nonne animadvertis omnem ſtultitiam ſuperare, quod fingis. nempe me data opera centenos annos aetati codicis detraxiſſe, ut te in errorem inducerem. Imo iſtud ipſum, ſi non invita Bona Mente natus fuiſſes, tibi utilitati potuiſſet cedere. nam eo magis debebas collationem codicis expetere, quo antiquior a te crederetur. quid! ego de induſtria antiquitatem membranae adaugens,

adaugens ſic tamen cogitare poteram, te hinc contra Arſenium, cujus editionem nunquam oculis uſurparam, argumentum ducturum *ignorantiae & temeritatis !*

ὦ δειλαῖε Ταὼς, πᾷ τὰς φρένας ἐκπεπόταισαι;

nam qui hoc fieri poſſit, niſi etiam fatidico ſpiritu me inſtinctum eſſe ponas, qualem tibi Arſenium tuum fingebas olim: & ego ita cum animo meo ratiocinatus fuerim: „poſt ſex annos lis mihi magna
„ orietur cum *Nobili illo & Venerando D. Joannis*
„ *Baptiſtae Trajectenſis Canonico Joanne Cornelio*
„ *de Pauw*, viro tam ſapiente, ut σοφώτατος ille
„ Philes prae ipſo deſipere videatur: viro tam διa-
„ βολικῶς docto, ut Scaligeri, Caſauboni, Salmaſii,
„ Valeſii & ceteri prae illo ἀναλφάβητοι habendi ſint:
„ tanta in primis ſermonis Graeci peritia inſtructo
„ & celebrato, ut matres Trajectenſes immorige-
„ ros, & vociferantes infantulos *Graeculi Pavonis*
„ nomine ceu μορμολυκείῳ perterrefacere ſoleant, &
„ in ordinem redigant ſtatim. quid tu contra imma-
„ nem hunc eruditionis Cyclopa! niſi vivus devo-
„ rari velis, arte & aſtu opus,

„ *Et dolus an virtus quis in hoſte requirat!*

Atque haec ego vel his ſimilia mecum reputans, ad aetatem codicis corrumpendam confugi, quo poſtea te omnium riſui exponere poſſem. Serio loquamur, Pavo. non opus, ut tibi quiſquam turpiſſimorum errorum auctor fiat. praeceps & inconſideratus iſte tuus animus millies peſſum te dare ſolet. nam ſi jam codex Vaticanus re vera eſſet ſcriptus anno MCCCCLX. & ita ſeptuaginta annos ante

te editionem Arſenianam, unde tibi idem conſtitit de Pariſienſi & de Oxonienſi? quos tamen oggeris aeque confidenter Arſenio. egone, Vlamingiusne aliquid te de eo monuimus? imo ſtupor & pronus ad carpendum animus Logicam hanc perverſam te docuit, ut ab aetate unius cenſeres omnium aetatem. quod eo in te turpius, qui in praefatione ipſe fatearis, Oxonienſem Cod. eſſe ſcriptum a Calligrapho Bergecio. & re vera exaratus ab eo eſt Anno α΄. φ΄. ξ. δ. MDLXIV. aeque autem falſo adſeveraſti, Cod. Pariſienſem vetuſtiorem eſſe Edit. Arſeniana. nam & ille ab eodem Bergecio ſcriptus: licet hoc non annotarit B. Montefalconius in opere egregio, quod de Codd. MStis congeſſit.

Sed ut ad flagitium, quod in me admiſiſti, revertar: haec cum ita eſſe ſcires, culpam tuam in me derivare molitus es per impudentiſſimam calumniam. quae ne ſtatim ab aequo lectore rejiceretur, non mala ſed peſſima fide in praefatione ita locutus es de epiſtola, in qua aetas Codicis deſignata, ut nemo certo poſſet ſcire, utrum eſſet mea manu conſcripta, & a me ad te data, an eſſet modo epiſtola Vlamingii manu exarata, in qua te certiorem ille de his faciebat, quae Roma acceperat. & ita quidem maligne, ut omnes ex verbis tuis proniores neceſſario eſſent, ut meam eſſe crederent. en verba praevaricatoris. *Ipſe per Vlamingium τὸν μακαρίτην ex Italia ad me ſcripſit, literis quas penes me habeo, & multis jam eruditis oſtendi, omnibusque oſtendere paratus ſum porro, in bibliotheca* &c. cum dicat IPSUM ad Pavonem SCRIPSISSE, quis non arbitretur probabilius, me ipſum ad ipſum Pavonem dediſſe literas; & eas fuiſſe adjunctas aliis literis, quas ſcripſeram eodem tempore ad Vlamingium: & Vlamingium meas literas Amſtelaedamo modo Trajectum curaſſe. at, ſycophanta

„ liri. duae nunc plagulae prelum evaſerunt. jam
„ vides heic indicem fragmentorum Sapphus, quae
„ ex ſcriptoribus vel ab aliis adhuc ſunt allata, vel
„ a fratre meo collecta. Vehementer igitur juxta
„ cum eo a te peto, velis indicem hunc haud gra-
„ vatim recognoſcere, & ſi qua tibi praeterea ob-
„ ſervata fuerint, eorum copiam fratri meo, quam-
„ primum ſine incommodo tuo fieri poteſt, facere.
„ non dubitabis fratrem meum obſervatis tuis ita
„ uſurum, ut gratum & honeſtum hominem decet.“
licet occupatior, tamen, quantum in me erat, amicorum petitioni non defui, & inter ſchedas invenio epiſtolium eodem menſe exaratum, & Rev. Joanni Chriſtophoro Wolfio inſcriptum, ſed tabellario non traditum, quia lituris forte deformatum. in quo haec inter cetera. *En pauca, nec ullius momenti magna ex parte, quae tibi ut obtemperarem, tumultuaria opera hinc inde excerpſi, ſi forte ad inſtitutum praeſtantiſſimi fratris tui facerent. qui, rogo, minus placentia, pro non ſcriptis habeat: ceteris utatur pro lubitu.* In eo quaedam ad fragmenta Sapphus annotata, & ipſum illud epigramma. quia autem, ut dixi, forte epiſtola iſta erat hic illic inducta, non miſſa fuit. at eodem die nempe XXVI Octobris alia ad Rev. Wolfium a me perſcripta perlataque eſt. Cl. autem Jo. Chriſtianus Wolfius, Joannis Chriſtophori frater, quae transmiſeram, uſus fuit plane, ut facta fides fuerat: & epigramma quoque illud Sapphus Carminibus adjunxit. & in praefatione haec, quae memoro quoniam ad rem faciunt, ea de re monuit. „Grata etiam
„ mente praedicanda eſt viri praeſtantiſſimi J. P.
„ D'Orville Profeſſoris Athenaei Amſtelaedamenſis
„ meritiſſimi, benevolentia, qua inductus emenda-
„ tiones accuratas duorum epigrammatum Sapphus,
„ & Epigramma adhuc ineditum ad Poëtriae hujus
„ res

„ res pertinens, ſua cura *correctum* mecum com„ municavit.

In illud ultimum epigramma & criſin ei a me adhibitam jam invaſit Pavo, & plane ceu alter Αἴας μαστιγοφόρος, Ulixem judicio Graecorum victorem pronunciatum quaerens, neſcius utrum homines an pecudes, utrum greges ſociorum an hoſtium caederet, ſic me meamque, ſi qua eſt, eruditionem exagitare ardens, damnat, increpat, vituperat, ſugillat, quidquid ad illud epigramma attinet, ignarus quid & quos taxat & inſectatur. nam non contentus carpere quas meas emendationes eſſe ſubjectum iis nomen meum declarat, ſed ſi quid ab alia manu profectum mei nominis abſentia pro more teſtatur, mihi quoque adfingit. imo, in quo cardo rei vertitur, verſionem epigrammatis, quae me auctorem non magis habet, quam ipſum Pavonem, mihi ſaepius ſumma cum confidentia & impudentia adſcribit. dum modo *me legere & vertere*, modo epigramma *verſum* & recenſitum a me contendat: modo in Graecis ita me *legiſſe* adfirmet, quia ſic in *verſione*. at ſi ego nec emendationum aliquot, quas tu carpis, Pave, nec ulla ex parte ejus verſionis auctor ſum: & id ſcire potuiſti: imo debuiſti certo, antequam me accuſares, & in me alienas, ſi quae eſſent, culpas transferres, nonne in legis Remmiae poenam incurris, ſaltem impudenter te mentitum eſſe confiteri neceſſe habes? at ſcire potuiſti, notas quaſdam non ad me ſpectare, quibus meum nomen non adſcriptum. ſcire potuiſti, me non vertiſſe, quia aperte in praefatione dicitur eſſe *a me correctum*. an *corrigere* & *vertere* Logica Pavonina idem forte ſignificare evinces? vel ſi res eſſet dubia, nonne bilem continere decuiſſet, donec certò de auctore verſionis tibi conſtitiſſet? age convincamus mendacem, & ferreo

 iſti

iſti ori tuo ruborem, ſi qua fieri poſſit, exprimamus.

En teſtem exceptione majorem non me auctorem verſionis eſſe, ſed virum praeſtantiſſimum Jo: Chriſtianum Wolfium, teſtem ajo me habere ipſum hujus Joannis Chriſtiani fratrem Vener. Joannem Chriſtophorum Wolfium, qui haec in literis Hamburgo VI Aprilis hoc anno datis ad me perſcribit. *Ariſtaenetum ipſum nec obiter inſpicere hucdum licuit. Verbis quae ex epiſtola mea publicanda cenſes, utere, ut placet. Pertinent enim omnino ad cauſam tuam ab objectis vindicandam.* CONVERSIO ILLA LATINA NON EST TUA, SED FRATRIS MEI. Verba illa autem quae vir humaniſſimus concedit publicare, haec ſunt ex Epiſtola Kal. Aprilibus data, cum nondum viderat Pavonianam praefationem: *doleo vero illum inſultare tibi conatum, & vereor, ne id quadam fratris mei culpa acciderit. Hactenus quidem non video, quid in epigrammate illo ſatis impedito reprehendere admodum poſſit, niſi ei medicinam adferri voluerit vulnere ipſo deteriorem.* IN VERSIONE FRATRIS MEI . . . . *habes interim illam epiſtolae tuae partem, quae ad epigramma illud pertinet ſumma fide a me deſcriptam: integram* ἀπόγραφον *tibi miſiſſem, niſi conſultum mihi fuiſſet viſum epiſtolas eruditorum virorum ſelectas nuper admodum compingendas curare, ut Uffenbachianae ſupellectili jungi poſſint. Octo illarum habeo volumina, epiſtolas autem circiter bis mille, quod ex Indice totius ſylloges proxime perſpicies.* Prodidit, ut hoc obiter dicam, nuper vir indefatigatae induſtriae Conſpectum illum ſupellectilis epiſtolicae & literariae, & quadraginta quatuor meas ipſi ad iſtud tempus ſcriptas literas epiſtolari illi theſauro addidiſſe teſtatus eſt. En iteratum Viri integerrimi in meam rem teſtimonium! quid jam huic oppones, miſelle Pavo, quo minus omnes, etiam amici tui;

quos

quos ſcio quam paucos habeas, te fateantur eſſe impudenter & audacter mentitum, quoties me ut ejus verſionis auctorem calumniari auſus es. Jamne ſero quoque ſentis, quantam tibi invidiam conflaſti, qui non me jam, ſed virum praeſtantiſſimum Jo. Chriſtianum Wolfium, doctiorem, certe te longe meliorem virum, tam indignis modis exceperis? Τί νῦν ὦ ταλαίπωρε συκοφαντεῖς; τί λόγους πλάττεις; τί σαυτὸν οὐκ ἐπιβορίζεις ἐπὶ τούτοις; jam pudet, arbitror, jam taedet poenitetque te tuarum furiarum: jam piget *calamum tuum* adeo praecipitem, mentem tamen praecipitantiorem *cucurriſſe*. jam malles *horam unam vel alteram*, quae, poſt effuſam in Ariſtaenetum praefationem, *vacabat*, omni alii rei potius impendiſſe, quam Appendici iſti, non in me adeo, quam in virum praeſtantiſſimum & in ipſum te auctorem injurioſae praeſtitiſſet profecto non horulas, ſed dies, ſed menſes totos iterum fritillo, vel alii ludicro vacaſſe, ut capitali tuo ingenio & ad omnia magna patranda nato non ſolum deberemus exaſciatam & indubitatam, te judice, Abaci Zenoniani notitiam, ſed etiam numerum, formam, nomina & poteſtates nucium, quibus olim Zenone non minor Imperator Auguſtus cum praetextatis Romanis ludere ſolebat. Hae enim & ſimiles curae tuo acumine, tua eruditione dignae. Vicini forte & domeſtici, ut olim, te quidem delirio proximum eſſe arbitrati fuiſſent, mendacis tamen & calumniatoris aeternam nomini tuo infamiam non inuſſiſſes.

Calumnias inſigniores, nam vix paginam dimittere ſolet ſine aliqua Sycophantia, & mendacia exſtantiora, nam & haec paſſim occurrunt, recenſuimus & coarguimus. Perſpiciamus jam quo jure aliena, mea & Wolfiana carpſerit; & an meliora de ſuo ad illuſtrationem & emendationem obſcuri epigrammatis attulerit. &

 primo

primo loco ea tractabo, quae ad meam cauſam ſpectant: quorumque rationem coram Critico Senatu reddere cogor ab iniquo hoc poſtulatore, aequitati illius integerrimi conſeſſus rem omnem permittens atque confidens. Ideo epigramma illud primo loco exhibebo, quale a me una cum emendatiunculis quibusdam Celeb. Joanni Chriſtophoro Wolfio miſſum fuit. nihil enim aliud meum. Secundo loco ea attingam, quae Pavo praeterea in Cl. Joannis Chriſtiani Wolfii editionem hujus epigrammatis enotavit: ſic tamen, ut Viro clariſſimo ſuam ipſius facillimam defenſionem relicturus ſim integram.

Sic ſe habent mea ex fide venerandi Joannis Chriſtophori Wolfii; qui haec epiſtolae ſuperius laudatae in ultima parte ſubjunxerat.

„ En illam, quam dixi, epiſtolae tuae partem.

„ Neſcio an operae pretium fuerit, hic adſcribere
„ epigramma ineditum quidem, ſed ineptum, ſal-
„ tem valde corruptum, ſed ad Sapphus res perti-
„ nens.

Εἰς Σαπφῶ παρὰ τῶν Μουσῶν κοιμωμένην.
Οὐκ ἄρα σοί γε ὀλίζον ἐπικλέος ὤπασε Μοῖρα
Ἤματι τῷ πρώτῳ φῶς ἴδες ἀελίου.
Σαπφοῖ, σοὶ γὰρ κρίσιν ἐν ἔμεν ἄφθιτον εἶμεν
Σὺν δὲ πατὴρ πάντων νεῦσεν ἐρισφάραγος.
Μέλψαι δ' ἐν πάντεσσιν ἀοίδιμος ἀμερίοισιν,
Οὐδὲ κλυτᾶς φάμας ἔσσεαι ἠπεδανά.

„ Homo & hoc ſubtilior ſequentia his verſibus ſub-
„ jecerat:

ἐγερθεῖσα δὲ σαπφὼ εἶπε τάδε.
M . . μάθες ὅς μοι ἐν ὕπνιον ἦλθεν ὄνειρος.

„ qui

„ qui hanc appendicem & inſcriptionem commen-
„ tus ſuit, legit Μοῖσα, non μοῖρα. pro ἐπικλέος
„ forte ἔτι κλέος. *non aliis ſed etiam tibi.* ſuſpicatus
„ fui ita debere conſtitui duos priores verſus:

Οὐκ ἄρα σοίγε ὀλίζον' ἐπὶ κλέος ὤπασε Μοῖρα
Ἤματα, τῷ πρῶτον φῶς ἴδες ἀελίω.

„ *Non ſane tibi paucos in gloriam dedit Parca*
„ *dies, cum primum ſolis jubar videbas.*

„ pro σοὶ γὰρ κείσιν ἐν ὕμεν, alius codex σοὶ τὴν κείσιν
„ ἐνῦ μὲν. unum non ſanius altero. nec medicinam
„ video. liberiori conjectura legi poſſet

Σαπφοῖ, σοὶ γὰρ κῦδος ἐν ἁμῖν ἄφθιτον εἶμεν.

„ quid ſibi vult illud δὲ in σὺν δὲ. quid μέλψαι. an poſuit
„ pro μέλψᾳ, & id pro μέλψῃ? mox κλυτᾶς φάμας ἠ-
„ πεδανά quae locutio? ſed vereor, ne operam &
„ oleum etiam felicior me conjector in his emen-
„ dandis perdat. quae ſuperiori epiſtola ſcripſi de
„ epigrammate Erinnes &c.

Quantum decreſcit ſtatim ſtrues illa, quam Criticus noſter in me congeſſerat, criminationum? nihil ad me, quae de verſione vocum ᾠδὴ τῶν Μουσῶν. nihil ad me, quae de ſenſus obſcuritate in verſu tertio. quem exhibui, ut omnia, ex fide codicis: nec quicquam obſcuri in emendatione mea ſubjecta, ſi Pavo Graece εἶμεν pro εἶναι dici ſciviſſet, ut mox patebit. nihil de voce Ἐρισφάραγος vel Ἐρισμάραγος. nihil de verſione vocis ἀμειρίοισιν· nihil de vocibus M . . . . μαθεις. ut, quicquid circa quinque haec capita contumelioſarum nugarum effutiit, effutiit autem quam abundantiſſime, in alium a me effutiviſſe

 con-

conſtet. Cetera autem, qua ipſe diffidentia, &, liceat hoc dicere, modeſtia propoſui: quam αὐτοσχεδίως, & non praemeditatus, qua feſtinatione etiam haec literis conſignavi, ut amicorum deſiderio quam primum ſatisfacerem, (eodem enim die, quo acceperam literas, reſpondi) cuique manifeſtum eſt. Ut ſi quid jam minus cogitati, & exaſciati, Pavoni in deliciis iterum utor voce, occurreret, nemo niſi iniquiſſimus haec tam rigide exigere in animum induxerit. nam tuam, ſi qua eſt, fidem, Pavo, nonne omne id, quod circa hoc epigramma in chartam conjeci, nonne omne id eo loco modo habendum, ac ſi inter legendum orae libri alleviſſem, ut ſolemus, ſubitas conjecturas & ſub manu natas interpretationes, quas ad ſeverius examen, ubi uſu venerit, revocare ſolemus? quam ego provinciam amico meo commiſeram. &, quaeſo, non in omnium odium merito is incurreret, qui e. g. in mutuas magnorum virorum J. F. Gronovii & N. Heinſii epiſtolas a Celeb. Burmanno publico impertitas, ſeveri cenſoris opus exercere vellet, &, quia ſaepe ſubitaneae, quaeque ipſis auctoribus mox diſplicuerunt conjecturae, in iis inveniantur, inde meritis & aeſtimationi illorum aliquid detractum iret! Sed nemo talia facere cogitabit, niſi noſter hic vel huic ſimilis aliquis Zoilus. Haec tamen non ideo a me diſputantur, quia talibus excuſationibus opus habere cenſeam, ſed ut iniquus adverſarii noſtri animus eo magis omnium oculis exponatur.

Primo loco, ut ſoloecum quid, exagitat ſuſpicionem meam, qua legendum propono:

Οὐκ ἄρα σοίγε ὀλίζον' ἐπὶ κλέος ὤπασε Μοῖρα
Ἤματα, τῷ πρῶτον φῶς ἴδες ἀελίυ.

non enim ἤματα τῷ, ſed ἤματα τοῖς juxta συντάξεως canonas

canonas dicimus. at, cenſor, τῷ non debebat referri ad ἤματα: ſed ad intellectum χρόνῳ. τῷ χρόνῳ pro ᾧ χρόνῳ vel ἐν ᾧ χρόνῳ. nam in ἐν ᾧ ellipſin eſſe vocis χρόνῳ L. Boſius aliique diu docuerunt. praepoſitionem autem ἐν in dativis tempus indicantibus omitti idem Boſius docuit p. 284. τῷ autem apud Poëtas poni pro ᾧ omnibus notum. apud quos paſſim τῶν pro ὧν. τοὶ pro οἱ. ipſe in Diatribe de Alea p. 116. τῷ 'τρέχες explicas *quo curris*. τῷ ibi pro ᾧ τόπῳ vel εἰς ὃν τόπον, ſi haec vera ibi explicatio, quam inſulſiſſimam & ſtupidiſſimam eſſe ſuo loco manifeſtabitur. minime igitur eſt ſoloecum, ſive ut tu ſaepe ſoloeciſſans ſcribis *ſolaecum*, τῷ pro *quando*, *quum*. at ſi τοῖς hic poſuiſſem, ineptum foret. nemo enim *pluribus diebus* naſcitur. & quamvis forte difficili partu in dias luminis auras editus fueris, quippe jam tum ingens infans, olim in tantum virum evaſurus: jam tum matri, omnibus olim gravis futurus: unum tamen celebrare credo natalem diem, nec inſtar Cynthiarum & Deliarum pluribus diebus quotannis naſci. ſed forte Biſſextili infauſtoque anno natus fueris. magis tibi conſuluiſſes, ſi accuratius perpendiſſes relationem voculae τῷ apud Q. Calabrum L. VIII. 456.

> Τοῖσιν μὲν περάεσσι [τοῦ Διὸς] πιθώμεθα. τῷ γὰρ ἔοικε
> Πάγχυ περιπροβεβηκέναι, ἐπεὶ μάλα φέρτατός ἐστιν
> Ἰφθίμων τε θεῶν, ὀλιγοσθενέων τ' ἀνθρώπων.

ubi ridicule τῷ referens ad περάεσσιν aſperius pronuntias, cum ipſa Rhodomanni verſio te docere potuiſſet intelligi Διί.

Mox conjecturam duplicem meam in unum confundens ſibi & Lectori tenebras offundit: quaſi ego conjectans

> Οὐκ ἄρα σοίγε ὄλιζον ἔπι κλέος ὥπασε μοῖρα
> Ἤματι, τῷ

admiſſo illo ἔτι, admitti etiam una voluiſſem ἤματα. non Pavo. duplex eſt conjectura mea. ἔτι ſi corrigas, ἤματι ſervandum: ἤματα ſi corrigas, ἐπὶ ſervandum. priori caſu ita ſenſus ſe habet:

> *ἡ μοῖρα, ὦ Σαπφοῖ, ἔτι σοίγε οὐκ ὄλιζον κλέος ὤπασεν ἤματι τῷ. Parca, o Sappho, etiam tibi non parvam gloriam dedit die, quo nata es.*

Secundam emendationem ſi recipias, ita verba ordinanda. ἡ μοῖρα, ὦ Σαπφοῖ, οὐκ ὀλίζονα ἤματα σοὶ ὤπασεν ἐπὶ κλέος, τῷ πρῶτον. *Parca, o Sappho, non paucos dies* (non breve tempus) *tibi conceſſit in gloriam, quando.* quid hic minus Graecum? quid hic ſenſui communi adverſum? ſi quis has conjecturas non probet, ſuo jure utatur. per me prodita lectio locum obtineat ſuum, & interpretemur ἡ μοῖρα ὦ Σαπφοῖ οὐκ ὀλίζονά σοι ὤπασεν ἐπὶ κλέος ἤματι τῷ. *Parca, o Sappho, non parvas dotes tibi dedit in gloriam, die quo.* Vellem tamen a Pavone exemplum adductum, quo conſtaret, ut dicimus παρέχειν μείζονα, ὀλίγα εἰς τι, ſic & dici ἐπί τι. & tum ὀπάζειν ἐπὶ τί lubentius probaremus. ἔτι autem conjectavi, *vel conjectatus ſum*, forma Pavonina 1) quia in utroque codice inveniebam non ὀλίζον (ὀλίζονα) ſed ὄλιζον, & ideo neceſſario ad κλέος referendum. & κλέος ὀπάζειν vel κῦδος ὀπάζειν obvia & Homerica locutio eſt. ſic Ὁμηρικώτατος Quintus L. XII. 261.

> Μερόπεσσι κλέος μέγα θάρσος ὀπάζει.

& mox

> Θάρσος ἢ Θεὸς καὶ κῦδος ὀπάζει. & millies.

vim

(1) Anacr. p. 82. *ſcilicet conjectabar.* Calaber. X. 130. *conjectari* poſſum.

vim autem voci ἔτι eam ineſſe autumabam, ut indicaret Sapphoni etiam, non ſolum vel Alcaeo vel Alcmani, vel Steſichoro lyricis poëtis gloriam fuiſſe contributam: & encomium hoc in peplo aliorum epigrammatum in Poëtas collocatum ſuſpicabar: ut re vera medium invenitur inter epigramma in Alcaeum & alterum in Homerum. quorum hoc ineditum, ut puto, illud ab Iſaaco Voſſio ad Catullum p.42. publicatum. οὐκ ἔτι σοὶ ὄλιζον κλέος idem quod καὶ σοὶ μέγα κλεὸς ὤπασε μοῖρα. ad alteram conjecturam ὤπασεν ἤματα οὐκ ὀλίζονα ἐπὶ κλεὸς delapſus fui, quia ὄλιζον ἐπὶ κλέος in codd. inveniens accuſativum deeſſe verbo ὤπασε videbam; quem ἤματα ex ἤματι refingens inveniſſe aptum credebam, ei accommodato adjectivo ὀλίζον᾽ (ὀλίζονα) de quo Pavo forte non cogitaſſet, niſi ei praeiviſſem. ἤματα πάντα, ἤματα πολλὰ pro *omni*, pro *longo tempore* tralatitium. verti poſſet,

Non tibi naſcenti paucos, ſuaviſſima Sappho,
In laudem tribuit parca benigna dies.

id eſt, victuram ſemper gloriam tribuit. Sed minus placet propter ambiguam ſententiam, qua & poſſet his verſibus indicari videri longam vitam futuram Sapphoni: cum de ejus longaevitate mihi non conſtet: imo contrarium fiat veroſimile. Vide Wolfium in Vita Sapphus p.24. Quicquid ſit, nihil hic a me peccatum, & ſemper Poëta Graecus dicit, quod Lanus vates, qui cecinit

Quem tu Melpomene ſemel
Naſcentem placido lumine videris.

quod confirmat, me non adeo abſurde conjeciſſe hic ab auctore inſcriptionis & appendicis lectum fuiſſe

Μοῖτα pro Μοῖρα, quamvis ego, ut patet, probavi ſemper Μοῖρα: cum haec vocabula centies a librariis commutata ſint, & alioquin non adpareat, unde inſcriptio & appendix fingi potuerint. nam in toto epigrammate nihil de Muſis, ut hodie exſtat, memoratur, & ab ipſo auctore appendix & inſcriptio profectae eſſe mecum Pavoni non videntur. circa quam tamen ſuſpicionem quoque οὐκ ἀρτιαβάζει.

Pervenimus ad tertium verſum omnium corruptiſſimum & difficillimum, in quo nec ipſe mihi olim, cum medicinam non videre profeſſus ad liberiorem conjecturam confugi, mihi ſatisfeci, & ne nunc quidem ſatisfacio. & ut verum fatear, a nemine adhuc aliquid in medium adlatum, quod ſatisfecerit, nedum a Pavone, cujus conjectura audaciſſima, abſurda & barbara omnino eſt, ut ſuo loco demonſtrabitur. meae igitur modo jam partes ſunt, ut oſtendam in conjectura illa libera nihil eſſe, quod vel Graeci ſermonis normae, vel epigrammatis tenori adverſetur. Poëta in tertio & ſequentibus verſibus propoſitionem ſuam adſtruit & confirmat: & cum dixiſſet Parcam benignam fuiſſe in Sappho naſcentem, ſubjungit, in quibus ille favor conſtiterit. ego verſum hunc tertium plane corruptum videns tentavi, non ſollicitus de verſu ſequenti, quem tamen in initio laborare ſuſpicatus fui,

Σαπφοῖ σοὶ γὰρ κῦδος ἐν ἀμὶν ἄφθιτον εἶμεν
- - - πατὴρ πάντων νεῦσεν ἐρισφάραγος.

nam duo verſiculi unam periodum conſtituere tum mihi videbantur, & cogitaram σὺν δὲ, quod me male habebat, poſſe mutari in Ζεὺς ὁ πατὴρ vel ſimile quid. νεύειν enim non minus quam συννεύειν *promittere, annuere*

nuere notat. *tibi enim gloriam inter nos* (Muſas) *aeternam eſſe Jupiter pater omnium annuit.* Sappho enim

> Ἐν Μώσαις δεκάτη Μῶσα καταγεγράφεται.
>
> *Ad Muſas decima eſt addita Muſa novem.*

Et ſi κῦδος abibat aliquantum a ſono ȣ̃ κρείσιν, rurſus ἐν ἀμῖν ſatis adpropinquabat ad ἔν ȣ̓ μὲν. obvia ſunt autem ἔχειν, ἐλέσθαι κῦδος. ἦν ἔν ἦσι κῦδος εἶναι. ut κῦδος ἀρέσθαι, in oraculo apud Herod. VI. 77.

> Κῦδος ἐν Ἀργείοισιν ἄρηται.

& hemiſtichium Homericum Il. I. 413.

> Κλέος ἄφθιτον ἔσαι.

confirmabat κῦδος ἄφθιτον εἶμεν. An quid in his adeo reprehendendum inventuri ſint alii, neſcio: Pavus certe ſenſum his ineſſe negavit. nempe Hypercriticus putavit εἶμεν nihil poſſe notare praeter *ſimus* vel *ſumus*. Heſychius enim εἶμεν. ὑπάρχοιμεν & ἐσμὲν. εἶμεν pro εἴημεν paſſim: & ideo mutat in ἔμμεν vel εἶναι. Sine igitur, Pavo Ἑλληνικώτατε, qui, quantus quantus es, Graecus es, ut quam puer decennis callere debueras, jam te μεσαιπόλιον doceam verbi εἰμὶ in variis dialectis variam flectionem, &, ut dicimus: ἔμμεν, ἔμμεναι. ἦμεν ἦμες, ſicquoque dici εἶμεν & εἶμες. ideoque id, quod ex me demum didiciſſes, ſi quando Theocritum prodidiſſem, jam edocebere: nempe Codd. meliores paſſim in Theocrito εἶμεν pro ἦμεν vel ἦμες exhibere. e. g.

Idyll. 3. 9. pro vulgato ἦμεν, in cod. P. XIII. ſeculi ſed ex vetuſtiore multum deſcripto. Codd. Vatic. 38 & 53 εἶμεν.

Idyll.

Idyll. 4. 9. in Cod. K. omnium optimo. in Vatic. 38 & 53. εἶμεν pro ἦμεν.

Idyll. 7. 129. rurſus εἶμεν. Cod. P. & Vatican. geminus.

Idyll. 8. 73. pro ἦμες. εἶμεν. idem Cod. P. Vat. 53. in Vatic. 38. εἶμες.

Idyll. 13. 3. pro ἦμες in Cod. P. εἶμες & Vatic. 38 & Cod. Colbert. 1193. εἶμες autem firmat εἶμεν.

Idyll. 14. 6. pro ἦμες Cod. quidam, ſed quis ſit, neglexi annotare, diverſus tamen a Codd. P. εἶμεν habet.

Videmus ergo εἶμεν conſtabilitum quindecim ex variis MStis auctoritatibus in uno Theocrito: quibus ſi auctoritates duorum in hoc epigrammate Codicum adjeceris, ad Pyrrhonis ſcholam ablegandus videretur, qui de ſinceritate hujus flexionis dubitaret. quod ſi in libris editis, in quibus Dorica dialectus praevalet, haec vocis forma uſurpetur, quid dicemus de noſtri Thraſonis in Graecis peritia! Archimedes autem de Spiralibus p. 345. praef. bis ait ὥστε τὸ ἀπὸ τοῦ μείζονος τμάματος τετράγωνον εἶμεν τοῦ &c. & mox ὥστε εἶμεν ἄξονα τὰν διάμετρον. in quo paſſim Doriſmus facile in multis reſtitui poteſt & debet. plura exempla adferri poſſent ab aliis adlata, ut Timaei Locri, Philolai & Archytae & Hippodami Thurii apud Stobaeum, nec non Theogn. vs. 954.

Ἡδύ τι μοὶ ἐδόκει καὶ καλὸν εἶμεν ὕδωρ.

Jam Pavo ſubſtitue ἔμμεν, vel quia hoc durius, εἶναι.

quorum

quorum hoc communis, illud a Doriſmo diverſae dialecti eſt. quis jam te credat primis labris Graecos delibaſſe fontes! Sed qui nec Latinas conjugationes noſcis, tune calleres Graecas!

Sed tamen κῦδος abit nimis a voce κρίσιν. κρίσις enim omnino in metrum non modo, verum etiam in uſum loquendi pugnat. quis enim, niſi in comparatione, poëtam a κρίσει, & non potius ab ingenio, arte, ſuavitate, vel magniloquentia carminum laudet? & vellem Pavo oſtendiſſet recte, ſaltem Poëtice, ita κρίσιν circa Poëtas uſurpari. & vehementer dubito an magis Graece voce κρίσις utamur *pro illa dijudicandi facultate* qua Critici cenſentur, quam vocabulum *judicium* Latine uſurpatur: utut neceſſitate compulſi ſic ſaepe loquamur. ſaltem apud antiquiores mihi non occurrit. an ſuſpicatus forte eſt Sapphonem τὴν κριτικὴν ſimul cum τῇ ποιητικῇ exercuiſſe, ut poſtea Callimachus & Apollonius, & ipſe Pavus, ſi ſunt ejus ſerotina in Jubileum Trajectinum & peſſima Anacreontica. ſunt enim re vera ad perticam Pavianam dimenſa & Bavianis ſtillant veneribus. κῦδος, ut dixi, cum repudiandum ſit, quaerenda eſt alia vox. licet autem plura, quae vel gloriam, vel carmen, vel Muſicum organon, quale quid requiri videtur, commentus fuerim, placet prae omnibus viri docti conjectura, qua κροῦσιν reponendum cenſet. Κροῦσις & κρούματα, ut ποίησις & ποιήματα idem ſaepe notant, & proprie dicuntur de muſicis modis, de arte pulſandae lyrae. Conſulatur Athenaeus L. XIV. c. 1. p. 615. ubi locus ex Polybio, qui & apud H. Stephanum, & in primis Plutarch. de Muſica T. II. p. 1137. & aliis locis. ſane haec emendatio ſe commendat ſoni ſimilitudine. Cum autem in uno codice legatur τὴν κρίσιν, certi eſſemus ſaltem requiri generis ſequioris ſubſtantivum. ſed cum τὸ γὰρ debeat exſulare, ſi τὸ τὴν admittatur, vel τὰν Dorice, ego

ſuſpicor

ſuſpicor potius illud τὺν natum ex Dorico τὶν, quod igitur & ſuperiori verſui & huic reſtituendum. Σαπφοῖ, τὶν γὰρ κρῦσιν. quae vox & Erinnae a nobis reddita ex conjectura prius, poſt ex MSto in Wolfianis Poëtriis p. 10. ubi τὺν quoque obtinebat. τὶν *tibi*.

Sed quid monſtroſo illo ἐν οὔμην vel ἐνοδ μὴν, ut in recentiori cod. faciemus? video me in ſchedio illo, de quo locutus ſum, tentaſſe

Σαπφοῖ, σοὶ γὰρ - - - ἄφθιτ' ἔνειμε.

media pro deploratis habens. qua de voce, ſed infeliciter etiam cogitavit Pavo. Si illa hic locum habet, certo debet occupare ſedem τοῦ ἐν οὔ μεν. & cum vidimus εἶμεν eſſe ſanitate ſanius, poſſemus legere

Σαπφοῖ τὶν γὰρ κρῦσιν ἔνειμε πανάφθιτον εἶμεν.

quae vox licet in Lexicis non exſtet, proba eſt. Antipater Sidonius enim utitur in Carmine in Sappho p. 162. Ed. Wolf.

Πῶς σὺκ ἐκλώσασθε πανάφθιτον ἦμαρ ἀοιδῷ.

Quoniam tamen in genere quidem Parca poſſit dici etiam poëticam facultatem tribuere: aptius tamen ἐκ μουσῶν haec dona petantur, & Muſae loquentes inducantur hic, forte non diſplicuerit aliquibus

Σαπφοῖ τὶν γὰρ κρῦσιν ἐνείμαμεν ἄφθιτον εἶμεν.

Omnino tamen mihi altera conjectura mea praefertur, qua lego

Σαπφοῖ τὶν γὰρ κρῦσιν ἐνεύσαμεν ἄφθιτον εἶμεν.

&

& tum aptiſſime ſequitur

Σὺν δ' πατὴρ πάντων νεῦσεν ἱερόσφαγος.

& evitatur ſoni ſimilitudo ingrata in ἐνείμαμεν & εἶμεν.

Jam mecum, Lector, contemplare Hypercritici noſtri παροράματα turpiſſima in tertio hoc verſu conſtituendo. Non rem exaggero. plura committit in emendando vitia, quam verſiculus habet verba. *Liber MS.* ſic orditur Pavo, *unus*, σοὶ γὰρ κρίσιν ἐν ὔμεν. *alter* σοὶ τὴν κρίσιν ἐνῦ μεν. *ut diſcimus ex notula viri eruditiſſimi. ex illis ego nullo negotio feci*,

Σαπφοῖ, σοὶ γὰρ ἔνειμεν τὴν κρίσιν ἄφθιτον ἔμμεν.

Sappho tibi enim tribuit judicium eſſe incorruptum. κρίσις judicium, *quo ſingula aeſtimamus & diſcernimus: id incorruptum & ſanum* (utinam tuum tale, Pavo, ulla ex parte eſſet!) *Poëtriae. nihil certius, aut accommodatius. hoc ſcilicet praecipuum, quo gloriam ſibi comparaverat Sappho in arte ſua. Si* ἔμμεν *pro* εἶμεν *ſono videatur alicui durius, legere poteſt* εἶναι. *utramque ex proximo petitum.* hactenus Podalirius verſuum ſauciorum.

„ * Ha ha he! ha ha he! quid rides? ais. Quid? „ nihil ſentio, ſtipes ſum, papaver, fungus. tam „ ſubita unde mutatio? rogas, lector? imo mecum non „ ride ſed cachinnare: nam non riſu ſed effuſis cachinnis ſunt haec digna. Pavo nullo negotio voces τὴν κρίσιν, quae jam tot ſeculis haeſerant radicitus in parte anteriore verſus, Pavo illas nullo negotio in poſteriorem partem transplantat: voces autem ἐν ὔμεν non tormentis non machinis, ſed occulta quadam & blanda vi, ceu Orpheus rupes & ſylvas, in anteriora

* Emend. in Menandr. p. 104.

ora ſine ullo ſtrepitu traducit. Pavo particulam τὴν, quae dialecto communi propria, in epigrammate, ubi Doriſmus regnat, ſine ullo τῆς πενταπόλεως Δωρίδος decreto civitate donat Dorica. Pavo ad Midae auriculas accommodans verſuum harmoniam nobis ſubſultantem, claudicantem, & caeſura carentem poſt tertium pedem, ſine negotio ullo procudit verſum. denique Δωρικώτατον εἶμεν, quia ſibi ignorabilis vox, mutat in protritum εἶναι vel ἔμμεν, pluraque alia in uno verſiculo deſignat facinora. O divina criſeos Pavoninae potentia! o ingenii feliciſſimi conatus ultimus! faceſſant, faceſſant aliorum nugae nugarum nugaciſſimae, & ineptiae ineptiarum ineptiſſimae. glandibus non veſcimur amplius, fruge Pavonina reperta. at tu, homo confidentiſſime, ubi didiciſti Sapphoni prae Alcaeo, Alcmane & aliis Lyricis judicii defaecatioris laudem tributam eſſe? neque enim tibi praeſidium in eo, quod in carmine de Sapphone habet Δημόχαρις quidam (niſi ſit nomen femininum ut Νικόχαρις ſecundum te & *quaedam* dicendum) Anthol. L. IV. C. 26. p. 368.

Πηγάζει τὸ διαυγὲς ἐν ὄμμασι. τοῦτο δ' ἐναργῶς
Δηλοῖ φαντασίην ἔμπλεον εὐστοχίης.

Εὐστοχία enim illa non Sapphoni magis quam omnibus vegetioris & vividioris in oculis aciei hominibus proprium. nec unicum hoc teſtimonium, adeo vagum, effecerit, ut merito Sappho laudatam dixeris propter *judicium* praecellens: quemadmodum vel Pindarum propter ſublimitatem, vel Ovidium ob ingenium, vel Callimachum ob artificium Carminis praedicamus. Sed ſi tibi hoc concederemus, quo Grammatico, quo auctoris loco iſtam barbaram ſignificationem ȣ *incorruptus* & *ſanus* in voce ἄφθιτος vindicabis?

bis? ἄφθιτος enim *incorruptus*, *incorruptibilis reſpectu durationis*, non reſpectu aliarum in rebus vel perſonis facultatum. & ideo *aeternus*, *immortalis*, *durabilis*. non *ſincerus*, *purus putus* vel *impermixtus*, quae ſignificatio vocis ἀκίβδηλος & aliarum. hinc Suidas ὅτι τὸ ἄφθιτος ἐπὶ ἀψύχων Φιλόσοφοι τάττουσι: τὸ δὲ ἀθάνατος ἐπὶ ἐμψύχων. Schol. Il. β. 46. ἀδιάφθαρτον. αἰώνιον. Aeſchyl. Choeph. 1037. πυρὸς τε φέγγος ἄφθιτον. ubi alii de eadem re locuti ἀέναον, ἄσβεστον. vide Stanl. Theocr Idyll. 18. 52. ὄλβος ἄφθιτος. *perpetuae divitiae*, *durabiles*. & ipſum κλέος ἄφθιτον apud Homerum habuimus. ubi Schol. ἀθάνατος δόξα καὶ φήμη. & Ælian. 2. V. H. 32. & apud Sidonium Antipatrum πανάφθιτον ἦμαρ, *aeterna vita*. & δῶρα μουσάων ἄφθιτα. *carmina immortalia* Calab. VII. 88. οὐρανὸς ἄφθιτος αἰεὶ & ſaepe. hinc ipſis Diis vulgare epitheton ἄφθιτοι Θεοί. ut *aeterni Dii* apud Latinos. apud Orpheum in Hymno in Jovem. Ζεῦ ἄφθιτε. & ap. Pindarum IV. Pyth. 58 & 518. Ζεὺς & Ἐννοσίδας ἄφθιτος. apud Heſiod. Θ. 389 & 398. Στὺξ ἄφθιτος. Aeſchyl. Eumen. 727. Μοίρας ἔπεισας ἀφθίτους θεῖναι βροτούς. & Eurip. Oreſta 1635. Ζηνὸς γὰρ οὖσαν, ζῆν νιν ἄφθιτον χρεών. hinc μήδεα & βουλεύματα Θεῶν ἄφθιτα, ut ipſi dii. & inde in hymno Homerico Mercurii vs. 316. ἄφθιτοι ἀθάνατοι. Haec exempla ex millibus pluſcula adduximus, quia Pavo non ſolum hic, ſed & in Calabro vim hujus obviae vocis ignoravit. L. X. 19. ſcilicet, ubi legitur

Οὐ γὰρ ἀβληχρὰ θεοῖσι πτύχαται ἄφθιτα ἔργα.

ille ait ἀβληχρὰ & ἄφθιτα ſe mutuo deſtruere, & ideo ſuſpicatur Quintum ipſum ſcripſiſſe ἄπλετα. At ἄφθιτα eſt epitheton ordinarium rebus divinis datum. hinc Schol Apoll. I. 431. ἔργον ἄφθιτον. θεῖον, θαυμαστὸν, ἀθάνατον. quo & Heſychius ducit. per

ἀβληχρὰ deſcribitur porro indoles operum *divinorum:* nempe Trojae muros non eſſe *ἀσθενεῖς infirmos.* oſtendendum praeterea fuiſſet *ἄπλετος* uſurpari a Calabro: imo ab aliis Poëtis potius in *laudem* quam in *vituperium.* *ἄπλετος δόξα* Pindarus ſuo jure dixerit. Iſthm. IV. 19. Calabro non imitandus.

Miremini jam mecum non modo ſtuporem, ſed & confidentiam ſibi applaudentis ſemper hominis, qui his tot & tam craſſis erroribus ſolitum ſuum NIHIL CERTIUS, NIHIL ACCOMMODATIUS adpingere audeat. & hinc ſic ſtatuite, quotiescunque haec vel ſimilia *ἐπιφωνήματα* ſuis dictis ſubjungit, eum verſari in maxima *ἀπορίᾳ* ea confirmandi, quae confirmanda erant, & pleraque talia eſſe falſa & abſurda, quae ita lectori pro ſua auctoritate, quam unde vel minimam ſibi triobolaris hic literator conciliarit, obtrudere conatur. in diatribis his paſſim patebit me veriſſima dicere.

Sic tandem ultimam criſin inſtituit, quae me quidem tangit in vocem *μέλψαι*. cui voci alleveram: *quid* Μέλψαι! *an poſuit pro μέλψαι* (ſic enim a me ſcriptum) *& id pro μέλψῃ?* ſolemus ita de locis corruptis loqui, ut tu ipſe ſaepe, Pavo, qui bene ſcribendi norma & lex merito tibi videris: ex. gr. in Calabro L. V. 419. *quid illud πεῖν? quid τῶνδε δῆεν?* non quod haec ignorabas vocabula: ſed quod quid in iſto loco ſignificare poſſent non videbas. Sic ego non videbam qui ſenſus aptus elici poſſet, ſi *μέλψαι* vulgari notione & orthographia acciperetur. delapſus igitur fui, ut putarem majuſculis literis τὸ ΜΕΛΨΑΙ fuiſſe exaratum pro ΜΕΛΨΑι, *cantabis.* *μέλπεσθαι* enim pro *μέλπειν* obvium. vel etiam pro *cantaberis.* nam futura media ſaepe pro paſſivis occurrunt. ut *πολεμίξομαι. νικάξομαι. νύξομαι. φθίσομαι. τιμήσομαι. καταλύσομαι.* aptior etiam locutio, *cantaberis in omnibus hominibus,* quam *cantabis.* Homerus, qui Graeciam obiiſſe traditur,

ditur, diceretur rite *cantaſſe in omnibus hominibus*, non adeo poëtria noſtra. Sed nihil adfirmo. hanc autem ſcripturam ſciebam non ſolummodo in libris majori charactere exaratis obtinere: & ita ſaepe exhibere quoque membranas minutioribus literis conſcriptas; ſed ex vetuſtioribus alius generis propagatas, ſed ſciebam praeterea ita ſaepe exaratum me oſtendiſſe in Cod. Anthologiae Palatino: unde hoc epigramma petitum. in quo & aliis Codd. ex. gr. in Antipatri Sidonii epigrammate (vide Wolfii Sapphica p. 162) ΜΝΑΣΑΜΕΝΑΙ pro *μνασαμένᾳ* vel ΝΗΣΑΜΕΝΑΙ pro *νησαμένᾳ*. putabam quoque *futurum* praeferendum, quia aptiſſime cohaerebat cum τῷ ἔσσεαι, item *futuro*. hoc Cloacio Vero noſtro non placet, & omni ope contendit, eſſe *imperat. medium*. at Graeci ſermonis non ignaro lectori omnino hic requiri futurum ſedebit, nec ullum locum habere poſſe imperativum. futura enim in utraque lingua ſaepe quidem pro imperativis: at non imperativi pro futuris ponuntur. quod ſi pergat pugnare laudatus Cloacius Verus pro ſuo imperativo, novus tertiusque candidatus ſuffragium meum feret, nempe Aoriſtus infinitivi activi: cui forte & ipſe faviſſet, ſi magis noviſſet, quam infinitivum ἦμεν ab εἰμὶ. nam hic infinitivus poſſet obtinere locum imperativi Pavonini. Sed omnino nego imperativo locum hic eſſe: ſeries ſententiae futurum requirit. futurum autem ex literarum habitu facile profluit, ſive μέλψᾳ velimus agnoſcere ipſum, ſive potius id mutare in μέλψῃ. quod ſi primam meam propoſitionem voluiſſet convellere homo, potuiſſet ſane, niſi eſſet dialectorum, ſi quis unquam, inperitiſſimus. veri enim ſpecie Δωρικώτερον μελψῇ requiri adſeruiſſet: qua terminatione & accentu Theocritus & alii ſecundam futuri medii proferre ſolent. Sed ignoto ſibi argumento uti nequiit: cui tamen

id opponi potuiſſet, dialectos eſſe geminas apud Dores, leniorem durioremque. quarum illa uſus fuit Theocritus, hac uſi ſunt alii, & uti potuit auctor epigrammatis, & me in trecentis locis literam alpha in Codd. inveniſſe, unde nunc male exſulat. Μέλψη ἀοίδιμος reddit facilem ſenſum, & idem ſignificat, quod ἔσῃ ἀοίδιμος μελιστής, quo titulo Anacreon mactatur Carm. LVI. in Anacreonteis. quare plorare jubeamus magiſtrum cum ſuo imperativo, quem ipſi perpetuum contradicendi ſuum κακόηθες ſubminiſtravit.

Haec ſunt quae Pavo in meis reprehendit: haec ſunt, quae in ipſo reprehenſore ego reprehendenda cenſui. tuum erit, lector, judicare, uter alterius meruerit magis cenſuram. quae hactenus diſputata, ad me, ut monui, ſpectant. quae porro in medium adferentur, potius ad aliud forum pertinerent: ſed propter cauſae affinitatem & conjunctionem coram eodem tribunali & haec pars peragetur: in qua non pauciora nec minus inſignia Pavonis flagitia literaria offendes. exhibebo autem ante omnia jam hoc epigramma, quale a V. Cl. Joanne Chriſtiano Wolfio editum: qui duobus in locis meas conjecturas, ſemel ſuam in ipſum contextum admiſit: cum ego in exemplari transmiſſo expreſſeram codicis ſcripturam, quantumvis vitioſam. In corrupto hoc epigrammate parum intererat, quo fieret modo. certe lectio codd. in ima paginae ora conſervata fuit. Unicum tamen capiti huic attexendum. vides me in fine eorum, quae ad hoc notavi carmen, ſcripſiſſe. *mox* κλυτᾶς Φάμας ἔσσεαι ἠπεδανά, *quae locutio!* haec quidem non edita a Wolfio: nec edi debebant. fatale tamen fuit etiam Pavoni a me diſſentire, licet ſententiam non ſciret meam. ille enim plane e contrario nihil difficultatis hic offendens ſcribit οὐ γὰρ ἔσσεαι. *neque eris* &c.

&c. *haec facillima ſunt & plana.* Sed magno doctori ego, & forte alii mecum, debuiſſemus minerval, ſi docuiſſet aliquo exemplo Graecos vocem ἠπεδανός cum genit. ea ſignificatione conſtruere, quam loci hujus ſententia requirit. Verum non praevideo loculos ita brevi evacuandos fore. rogamus tamen rationem noſtri habeat, quandocunque bilem purgare neceſſe ſentiens, animum ad ſcribendum rurſus applicuerit.

CAPUT III.

Cl. Joannis Chriſtiani Wolfii verſio & correctiones ejusdem epigrammatis defenduntur. Pavonis ſtupor & errores plurimi exponuntur.

JOannes Chriſtianus Wolfius V. Cl. in Sapphus Carminibus p. 166 & 167 ſic exhibuit:

Εἰς (1) Σαπφὼ, παρὰ τῶν Μουσῶν κοιμωμένην.
Οὐκ ἄρα σοίγε ὀλίζον ἐπὶ (2) κλέος ὤπασε Μοῖρα
Ἤματα, τῷ πρῶτον (3) φῶς ἴδες ἀελίου,
Σαπφοῖ, σοὶ γὰρ κῦδος ἐν ἀμῖν (4) ἄφθιτον εἶμεν,
Σὺν δὲ πατὴρ πάντων νεῦσεν ἐρισφάραγος. (5)
Μέλψαι (6) δ᾽ ἐν πάντισσιν ἀοίδιμος ἀμερίοισιν,
Οὐ δὲ κλυτᾶς φάμας ἔσσεαι ἠπεδανά.
Ἐγερθεῖσα δὲ Σαπφὼ εἶπε τάδε.

Μ--(7) μάθες, θεῖος μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος. (8)

In Sapphonem apud Muſas dormientem.

Non ſane tibi paucos in gloriam dedit Parca
Dies, quando primum jubar Solis videbas,

Sappho, tibi enim gloria perennis in nobis ſimus,
Simul autem pater omnium annuit elato collo.
Cantabis autem celebris omnibus diebus,
Neque inclyta fama eris deſtituta.

Experrecta autem Sappho haec dixit:

Muſa intellexiſti, divinum mihi in ſomnis contigit ſomnium.

(1) Hoc epigramma ineditum V. C. *D'Orville* mecum benevole communicavit, qui illud vocat ineptum, ſaltem valde corruptum, ſed ad *Sapphus* res pertinens.

(2) Forte ἔτι *non aliis ſed etiam tibi.* Suſpicatus fui ita conſtituendos eſſe duos priores verſus: Ὀυκ ἄρα σοίγε ὀλίζον ἐπὶ κλέος κ. τ. λ. D'Orville.

(3) MS. habet: Ἥμαλι τῷ πρώτῳ.

(4) MS. σοὶ γὰρ κρίσιν ἐν ὕμνῳ· alius codex: σοὶ τὴν κρίσιν ἐνοῦ μὲν. unum non ſanius altero, nec medicum video. liberiori conjectura legi poſſet: σοὶ γὰρ κῦδος ἐν ἁμῖν. D'Orville.

(5) Forte ἐρισμάραγος, graviter tonans.

(6) Quid ſibi vult μέλψαι? an poſuit pro μέλψαι & id pro μέλψῃ? D'Orville

(7) Qui hanc appendicem commentus fuit, legit Μοῖσα non Μοῖρα. D'Orville.

(8) MS. habet: μάθες ὅς μοι ἐν ὕπνιον ἦλθεν ὄνειρος. ſed verſus deſcriptus eſt ex Homeri Odyſſ. Ξ. vs. 495.

κλῦτε φίλοι, θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος.

Hactenus Wolfiana.

Sic raucam attollit volucris Junonia vocem:
Fundere Cycneum dum putat ore melos.

In inſcriptione παρὰ τῶν μουσῶν (Pavo ait) *vertit* apud Muſas, *imperite & pueriliter. nam ſic ſcribenaum*

παρὰ

παρὰ ταῖς Μούσαις, *cum* παρὰ *pro* apud *jungatur Graece cum caſu tertio, non caſu ſecundo. vertendum igitur* ab ore Muſarum, a Muſis. *quae ſcilicet in epigrammate dicuntur, a Muſis dicuntur dormienti Sapphoni: Sappho dormit, & dum dormit, ei epigrammate comprehenſa dicunt Muſae.*

Muſas hic loqui, & Sapphonem dormientem induci, quisque ad lectionem primam perſpicit: & ſic ego & Cl. Wolfius accepimus. nihil igitur hic novi tanto ſupercilio vir ὀνειροχειλικώτατος lectorem docet. at cum εἰς Σαπφὼ παρὰ τῶν μουσῶν κοιμωμένην vertit, *In Sapphonem ab ore Muſarum, a Muſis dormientem*, id ſane novum, imo noviſſimum, & ore indictum alio. liceat in illuminatiſſimi viri abditiſſima animi ſenſa penitius paulo penetrare. quo opus, ſi intelligere velimus. poſt igitur iteratas meditationes hoc veroſimillimum inveni, voculam AB hic *cauſam, inſtrumentum* denotare, quod Sapphonem dormire fecit. *Sappho* igitur *ab ore Muſarum dormiens:* tantundem ſignificat, ac *Sappho Muſarum cantilenis in ſoporem delapſa.* & fingere debemus Muſarum chorum adſediſſe Sapphus lectulo, ut nutriculae infantulos naeniis ſuis ſopire adſueverunt. Vix tam appoſita interpretatio in mortalium ullius mentem incidere poſſit, ſi exceperis Pavonem: quem conſtat in re nutricia eſſe conſummatiſſimum, & ab ipſis Nymphis κουροτρόφοις edoctum. multum tamen experientia ipſa eum docuit. nam quoties non adſidiſſe debuit ille *nutriculis*, dum ſpurcas puerulis detraherent faſcias, qui in Libro de Alea p. 144. tam accurate, tam ſubtiliter naturam definit *infantilis* ἀφοδεύματος, id ſcilicet eſſe λεπτὸν. *tenue* eſſe infantium C... unde & in Heſychio optime legit κικκιλουβίς. *quia* ὄνθος (ſtercus) *in ea voce.* quae tamen modo obiter ibi tangit, *plura alias* docturus. ut ſpes ſit brevi ab ipſo

abſolutiſſimum commentarium proditum iri de origine, generibus, nominibus, proprietatibus & differentiis; omnium rerum Voluſianarum. cujus quicquid adhuc 'Ανὴρ hic Κόπρεος † edidit, poſſet videri eſſe inſtar prodromi: ſunt enim re vera chartae C... Sed ad rem. vidiſtine hominem confidentiorem, audaciorem, impudentiorem! ſcilicet ut minus cauto lectori illudat, duo vocabula παρὰ τῶν Μουσῶν ex medio evellit, & a voce κοιμωμένην, cui arcte cohaerent, abrumpit, eamque ſignificationem adfingit, quae nunquam iis in naturali ſede poſitis accidere poſſit. ſi ſcriptum haberetur. εἰς Σαπφὼ κοιμωμένην. παρὰ τῶν Μουσῶν· verti poſſet. *in Sappho dormientem. a Muſis*, id eſt, *ex perſona Muſarum. Muſae loquuntur.* ſed jam nec ipſo Pyracmonos malleo talis ſenſus verbis hiſce extundi poteſt: niſi ſubdolus hic ῥηματολινάκλωρ tacite rurſus, ut in vocibus τὴν κρίσιν & ἐνθύμιον, vocabula tranſpoſuiſſet. Si hanc interpretandi viam ingrediamur, quidvis e quovis facere poſſumus. Ineptiſſime Pave, vertendum erat, *in Sapphonem a Muſis ſopitam.* Scilicet Muſae Sapphoni ſomnium immiſerant, ut, quemadmodum dii ſaepe mortales admonent, poëtriam in ſomno certiorem facerent de futura ex carminibus gloria. Cl. Wolfius melius quam tu, ô literarum Graecarum oblivio, norat παρὰ cum genitivo *ab* non *apud* notare. ſed procul dubio ſenſum voluit exprimere, non adeo praepoſitionis vim: & accepit haec, quaſi Sappho a Muſis in Helicone eſſet ſopita: ut Aſcanius in collibus Idaliis juxta Virgilium:

At Venus Aſcanio placidam per membra quietem
Irrigat, & fotum gremio Dea tollit in altos
Idaliae lucos. ubi mollis amaracus illum
Floribus & dulci adſpirans amplectitur umbra.

Sappho

† *Eleganter hominem vilem* ſic voco ex καταπεπιλημένῃ illa Obſervatione p. 106. *de Alea.*

Sappho non minus apud Muſas, quam Aſcanius apud Venerem dormiviſſe dici poteſt. & illa interpretatio tuam centum paraſangis praecurrit, & tolerari poteſt: tua omnium ineptiarum epitome eſt, & ſola oſtendit, te ſaepe vertiginibus agi, qui niſi ex rotato cerebello tam contortas interpretationes projicere non poſſes.

Mox Noſter ad haec

Σαπφοῖ σοὶ γὰρ κῦδος ἐν ἁμῖν ἄφθιτον εἶμεν.

Quid hoc? neque Graeca ſic ſcripta capio, neque Latina ex illis expreſſa. Sappho, tibi enim gloria perennis in nobis ſimus.

Graecis optimum ſenſum ineſſe ſupra oſtendimus, modo conjugationes Graecas noviſſet Ariſtarchus. Latinis ſenſum non ineſſe fateor. at quid tum! quid mali commiſſum! quid quod non omnes faciunt, qui fragmenta & corrupta vertunt, verba non ſenſum exhibentes. an ex. grat. Nic. Carminius Falco (qui tribus voluminibus in folio Dionem integrum publicare meditatur) Caſſii fragmenta Librorum LXXVIII & LXXIX ex longe antiquiſſima & miſere habita membrana edens, peccavit, quod ſingula verba & truncatas ſententias ita prodidit & vertit, ut habebantur in codice? nihil aliud hic fecit Cl. Wolfius, & verſiculum ὑλικῶς vertit. εἶμεν enim ὑπάρχοιμεν notare ſupra vidimus. & cum ego modo breviter prodidiſſem verſiculi tertii emendationem, & non addidiſſem ſenſum pendere juxta me a ſequenti verſu: integram ſententiam quod ad ſyntaxin hoc in verſu conſtituit ille; licet ſenſus claudicaret. quin tamen, quoniam adeo praefracte illud negat Pavo, aliquem ſenſum his verbis ineſſe ajo, nempe ut Muſae dicant: *Simus tibi, o Sappho, gloria ſive gloriae, quae*

in & ex nobis perennis : quaere ex nobis perennem gloriam. ſed verterit ὑλικῶς Vir doctiſſimus.

Hinc pleno impetu in notulam quarto verſui adjectam invehitur. Talis eſt verſiculus :

Σὺν δὲ πατὴρ πάντων νεῦσεν ἐρισφάραγος.

notula eſt. *forte* ἐρισμάραγος *graviter tonans.* ad hanc Argus noſter μορμυρωπός. *corrigitur* ἐρισμάραγος *perperam. quia de nutu ſermo eſt , qui cum capite peragatur eo ſignatior , quo collum eſt prolixius. magno Jovi magnum caput & magnum collum. eo ſignate annuit. Emphatice Neptunus, unus ex tribus Diis majoribus, etiam* ἐρισφάραγος *dicitur in hymnis, qui Homero adſcribuntur vulgo. plura alias.*

Antequam criticum cribrum a peſſulo detraham ad hos Pavoninos furfures cernendos, reminiſcatur lector, Cl. Wolfium haec plane ad mentem Pavonis vertiſſe:

Simul autem pater omnium annuit elato collo.

vidit tamen tale epitheton minus Jovi convenire, & ideo ad facilem devenit emendationem : quam etiam ſolita ſua modeſtia vocula *forte* mollit. ἐρισμάραγος enim Jovis epitheton apud Heſiodum Θ. 815.

Αὐτὰρ ἐρισμαράγοιο Διὸς κλειτοὶ ἐπίκουροι.

Orpheus in Jovem Fulg. p. 118.

Κικλήσκω μέγαν, ἁγνὸν, ἐρισμάραγον.

qui eadem pag. σμαραγῇ ἢ κεραυνός. Lucian. Timon. p. 52. ἐρισμάραγος ἀστραπή.

&

& hinc paſſim ὑψιβρεμέτης, ἐρίγδουπος. βαρύγδουπος. βαρυβρεμέτης. παντοτινάκτης. βαρύκτυπος, μεγαλοβρεμέτης pro Jove βρονταίῳ apud Poëtas Graecos occurrit. quin hae voces ſaepe confundi ſolent. ex. gr. in Theocriti Syringe, ubi in Antiquiſſimis Editionibus legitur πυρισφαράγου. in codd. exhibetur πνερισμαράγου vel πνερισμαράγω. nihil hic peccavit igitur Cl. Wolfius. Attamen Pavo contra ſtat: rationes ejus legiſti. *In nutu caput agitur, & vehementius agi poteſt, quo collum longius.* & ideo hoc Jovi annuenti epitheton accommodatiſſimum.

O tribus Anticyris caput inſanabile totis.

Tune Jovi, cui in omnibus monumentis a pictoribus & ſtatuariis aequum a vertice ad calces, & membris congruentibus aptam formam dari videmus, tune huic formoſiſſimo Deo anſeris vel gruis, vel Ibidis vel ciconiae vel tibi cognominis ferae longitudinem colli impie affingere audes!

Forſan in amplexus voluit ſic tendere Ledae:
Longaque juſſit amor colla decere Jovem.
Sed non ſic magno graditur metuendus Olympo:
Aut ſic Aethiopum fertur adire dapes.

Quin tu hunc apud politiſſimos Graecos natum, ſaltem educatum Deum, & Deabus & heroinis ob morum elegantiam etiam commendatiſſimum, tune hunc ruſticis ſimilem facis Cudelſtaertenſibus, qui interrogati Domino Priori & Dominis Canonicis omnia capite & collo toto, ceu flagellum vibrantes, annuere ſoleant! quem indecentem annuendi geſtum nec in pueris noſtris ferimus, & ideo a prima infantia ut agreſtium Hollandorum mores mature exuant, in ſcholas Francicas tanto cum fructu amandamus, unde

de tam politi & teretes corpore & animo exeunt, ac eburnea Pygmalionis ſtatua. & te hoc facere hominem antiquarium, qui ſaltem ex Theologia gentili noſcere deberes Deum, Jovem illum *cuncta ſupercilio moventem.* qui certe apud Homerum legiſti (nam eum edere inter ceteros minaris)

Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.
Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπεῤῥώσαντο ἄνακτος
Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον.

& apud Ovidium:

Terrificam capitis concuſſit terque quaterque
Caeſariem, cum qua terram, mare, ſidera, movit.

in quibus *caput*, *caeſariem*, *ſupercilia* memorari videmus, non *cervicem vel collum.*

Certe R. Bentlejus more juxta te ſuo ineptire tibi videbitur, cum apud Terentium in Eunucho III. 5. 42. legendum ſuſpicatur, *At quem Deum, qui templa coeli ſumma* nutu* *concutit:* & inde principem Britannorum poetarum J.Miltonum emendare ſuſtinet, L. II. 351. magni operis:

So was his will
Pronounc'd among the Gods; *and by a* Nod, †
That ſhook Heav'n's whole circumference, confirm'd.

Forte ſi res arbitrii tui eſſet, ubi jam legimus apud Virgilium:

Annuit & totum nutu tremefecit Olympum.

legeremus

Annuit

* Vulgo *ſonitu.*
† Vulgo *an Oath.*

Annuit & longo tremeſecit ſidera collo.

Ut Jupiter non aliter Junoni, quam Harlequinus Columbinae, annuerit.

Βάλλ' ἐς κόρακας, *abi igitur in malam rem, abi ad patibulum* (quo Bentlejum & † alios miſiſti ſaepe) cum tua impia interpretatione, Pavo ἐρισφάραγε. aut ſi tibi adeo longum collum placeat, te illo jacta ipſum inter tui ſimiles aves, vel ſi hae te fugant, inter graculos, ad quorum gregem te pertinere omnes & ſinguli mox per me ſcient.

Ego vero vulgatam lectionem ſervandam cenſuerim, at explicandam ea ſignificatione, quae obtinet in ἐρισμάραγος. Apud Heſychium quidem invenimus Ἐρισφάραγος. μεγαλαύχην, ὑψηλοφόρος. ubi prima gloſſa favet ſignificationi τοῦ *collum longum.* at altera nihil huc facere videtur. quin novi, qui utrumque interpretamentum habeat ſuſpectum. & primo loco μεγαλαυχῶν vel μεγαλαυχὴς reponat. ut e contrario ἐριαύχην in Homeri Hymno XXXI. 9. recte obtinet, pro quo alii ἐριαυχὴς. quin ſi μεγαλαύχην retineamus, ſignificatione τοῦ μεγαλαυχὴς accipiendum. ut ὑψαύχην in Anthol. L. VII. p. 459.

Ὁ θρασὺς, ὑψαύχην τε, καὶ ὀφρύας εἰς ἓν ἀγείρων,
Κεῖται τῆς ἰδίης παίγνιον ἀφραδίης.

& eodem Libro p. 466.

Ἀλλ' οὐ σῆς κραδίης ὑψαύχενος ὤκλασεν ὄγκος.

nec ὑψηλοφόρος ipſi placebat: ſed reponi volebat ὑψηλόφωνος. ego vero nolim ereptum ire ſignificationem τοῦ *altum collum* huic voci. ſed huc facere eam nego:

† Menand. 10. & p. 74.

nego: & longe aptiorem eſſe τοῦ *valde ſtrepens, ſonans, tonans.* & vocibus σφάραγος & σφαραγεῖν non competere ſolummodo hanc notionem, ſed etiam primariam eſſe antiqui Grammatici paſſim docent: imo *gulam, guttur* (unde magis καταχρηστικῶς coepit ſignificare *collum, cervices*) ita dictum adſeverant ἀπὸ τοῦ σφαραγεῖν & ſono, *qui in gutture fit.* verbum enim ὀνοματοπεποιημένον, hoc eſt, ad ſonum effictum, ut Suidas teſtatur; quem tamen ibi non intelligens doctiſſimus Kuſterus fruſtra ſupplere voluit. Lexicographi verba ſunt. σφαραγεῦντο. ἦχον προΐεντο. ὄνομα πεποιημένον (Kuſterus ſupplet ἀπὸ τοῦ σφάραγγος, ὅ ἐστιν ἡ φάρυγξ. ſed nihil deſit) καθ' ὅ καὶ σφαραγίζω. τὸ ἠχῶ. & paulo prius σφάραγον. ὁ Ἀππίων. φάρυγγα ἀπὸ τοῦ περὶ αὐτὸν γινομένου ψόφου. Euſtath. in Iliad. X. p. 1272. 11. σφάραγος, λαιμὸς, βρόχος. τράχηλος ἀπὸ τοῦ περὶ τὸν τόπον ψόφου. Heſych. inter alia σφάραγγος. ψόφος. imo ſignificatio accommodatiſſima ibidem. σφαραγγεῖ. σφαραγίζει. ΒΡΟΝΤΑΙ. ταράττει. ψοφεῖ. —— σφαραγεῦντο. ἐψόφουν. —— ἐσφαράγιζον. ἐδόνουν. μετὰ ψόφου ἤχουν. Sch. Nicandri Theriac. 553. σφαραγεύμεναι. ταρασσόμεναι. apte igitur hinc Jupiter, qui ταράττει, δονεῖ τὸν οὐρανὸν ταῖς βρονταῖς dicitur ἐρισφάραγος. Quin hanc ipſam vocem Euſtathius ad Odyſſ. p. 1636. teſtatur a Pindaro ἐπὶ πολυήχου. *de valde ſonante* uſurpatam. In Pindaricis hodie quidem, quod ſciam, non exſtat. ſed habemus Pyth. IX. 6. ἀνεμοσφαράγου Παλίου κόλπους. *Pelei montis ventis ſonantes ſinus.* at juxta Pavonem Pelio erit *ventoſum collum.* &, quod rem extra dubium ponit omnino, in eodem Pindaro βαρυσφάραγος occurrit: quae vox idem notat. ut ἐρίγδουπος. & βαρύγδουπος. ἐριβρεμέτης & βαρυβρεμέτης. & ſic ἐρισμάραγος ἡ βαρεῖα. apud Suidam. ubi interpretes toto coelo aberrare, & de lapide pretioſo cogitandum puto. jam illud βαρυσφάραγος eſt ipſius Jovis, ut hic, epi-

epitheton. in Iſthm. VIII. 48. Aeacum vocat filium πατρὸς βαρυσφαράγου. *gravium tonitruum ſtrepitum excitantis.* ut recte interpretes. Pavonis ex doctrina Jupiter hic cervicibus opimis & obeſo collo ſtupebit. Apud Oppian. L. IV. Cyneg. 441. legimus

Ἢν δ' ὀλίγον πνεύσωσι πολυσφαράγων ἀπὸ λαιμῶν.

Si damae paullum reſpirarint ſonoro e gutture.

tu, pro amore †, quo in hunc poëtam te ferri profiteris, & quo ductus quot attigiſti ejus loca, tot corrupiſti, huc *plurima tua colla & cervices* damis accommoda, & nova monſtra crea. Cupidini quoque ſive τῷ πυρισφαράγῳ πόθῳ in Theocriti Syringe *collum igneum* adſingas. putaverasne, lector, homini ſuam ἀκρίβειαν, κρίσιν & acumen ubique ſtolide adeo jactanti tantam ineſſe negligentiam, ſtuporem & ἀκρισίαν? vis originem erroris hoc in loco. ille, ut plerumque, natus eſt ex ignorantia. nam notio vocis σφαραγεῖν ipſi parum perſpecta & cognita erat. nam ad Q. Calabrum L. XIV. vs. 282. σφαραγεῖν ait *minus eſſe notum quam* σπαργᾶν & σπαργεῖν. at, Pavo, ſi vox σφαραγεῖν tibi inter minus nota, quidquamne te in Graecis ſcire credemus? vox enim paſſim obvia & notiſſima. pro qua Theocr. Idyl. XVII. 94. ἀσφαραγεῖν *de armorum ſono* habet.

Atat Neptunus etiam vocatur ἐρισφάραγος *longo collo inſignis.* in hymno in Mercurium, qui vulgo Homero adſcribitur. vs. 185.

Αὐτὰρ Ἀπόλλων
Ὀγχηστὸν δ' ἀφίκανε κιὼν, πολυήρατον ἄλσος
Ἁγνὸν ἐρισφαράγοιο Γαιηόχου.

Sed

† *Horap.* p. 385.

Sed Apollo pervenit Onchestum, multum amabilem lucum graviſtrepi *Neptuni.*

ut ibi rectiſſime vertit Joſ. Barneſius, homo a te ter centies ineptiſſimi titulo ſalutatus. at dic, omnium ineptorum ineptiſſime Pavo, cur Neptunus hic tali collo inſtruitur. an hic quoque de *nutu* agitur, quae tua cavillatio circa Jovem fuit? an ἐρισφάραγος potius reſpondet aliis Neptuni epithetis Βαρύκτυπος γαίης τινάκτωρ. ἐννοσίγαιος. ἐνοσίχθων. ἐρίκτυπος. βαρύδουπος & centum aliis? † „ Apage ineptias igitur „ Pavonis (Euſtathii) quae omnem ſtultitiam ſupe- „ rant, & inter ineptias familiam ducunt. & tamen „ haec bella adblandiri potuerunt Pavoni (Salmaſio) „ ubi alia caſtigata erant ad manum! (Viri eruditiſ- „ ſimi) me miſeret pudetque. ſed *alias* de voce Ἐρισφάραγος *plura* promittit. At nos jam ſatis de eo vocabulo. tamen non linquo adhuc hominem. haec pagina enim plures adhuc ineptias alit. nam non contentus ad ſuam deformitatem configurare elegantiſſimum Jovem: in alios Deos non minus injurius hic hominum Deorumque contemtor, Mezentius alter. nam cum adhuc omnes didicerimus duodecim eſſe Conſentes & majorum gentium Deos, qui plebi Deorum, ſemideis, nymphis & Faunis & ruricolis Silvanis nobilitate & poteſtate inmane quantum praeſtant, hic ipſam Palladem, quae proximos Jovi traditur honores occupaſſe, &, Praeſidem noſtrum, Apollinem magnum, ceterosque

Ῥίψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο.

& ſolos agnoſcit *Jovem*, *Neptunum & Plutonem majores Deos.* Ait enim, *Neptunus unus ex* TRIBUS *Diis*

† Diatrib. de Alea p. 68.

Diis majoribus. aliter ſenſiſſet, ſi fidem habuiſſet, quae circa haec eximii Viri, Hildebrandus, Cippingius & Danetius tradiderunt.

Εὖγε, εὖγε, ὑπέρευγε! Io triumphe! Io triumphe! *nam omnes*, Pavo clamat, *qui linguam primis modo labris deguſtarunt ſciunt*, ἡμερίυς *dici* ἀνθρώπυς. *at vir doctus* ἐν πάντεσιν ἀμερίοισιν (Pavo ἀμερίοισι neſciens lenem hic locum habere) *vertit in omnibus diebus.*

Adſpice, purpureae pandit ſpectacula caudae,
Provocat & collo verſicolore jubar!
Adſpice, metitur paſſu ſola Pavo ſuperbo,
Et prae ſe cunctas ſpernere gaudet aves!
At jamjam vanae volucris tumor iſte reſidet:
Informes ſimulac viderit ipſa pedes.

A quo ἡ Ἀσραία ſtet, dijudicare non debeo, qui extra partes non ſim poſitus: & merito arbitrium meum rejiceretur. Id tamen dicam, parum Sapphus referre, an ipſi ſpondeatur gloria *in omnibus hominibus*, an *in omnibus diebus. homines* enim pro *tempore*, & *tempus* paſſim pro *hominibus*: nec fugit virum in Poëtarum lectione verſatiſſimum apud ipſos ἡμερίυς & ἐφημερίυς dici *homines in diem viventes.*

Οἱ θνατοὶ πελόμεσθα, τὸ δ' αὔριον ὐκ ἐσορῶμες.

id praeterea dicam: ſi jam hic quidquam peccatum, longe decentius & majore cum judicum favore hanc actionem potuiſſe ſuſcipi a quovis alio, quam a te, Pavo: qui in eodem genere longe gravius ſaepe erraſti. Nam, niſi fallor, tu Quiris ollus es, qui ante ſex admodum annos in Philae cap. XXXVI. pro *vulpe*, † quae κερδὼ Graecis dicitur, nobis vendidiſti *ſimiam*, quae πίθηκος ipſis audit. en verba Philae & tua:

φύσει πονηρὸν, οἷα κερδὼ, τὺς τρόπυς.
Natura improbum, ut ſimia, *moribus.*

† Miſcell. Crit. Vol. II. Tom. III. p. 441.

Et dedita opera & meditatum te hoc feciſſe veroſimile eſt, quia hic te ſoni ſimilitudo in κερδῷ & πίθηκος fallere non poterat. neſcio tamen an a ſimiis & Bavianis gratiam ſic magnam inieris, qui pro tua maledicendi κακοηθείᾳ ipſis πονηροὺς τρόπους exprobraſti palam: & quidem ſumma injuria, cum apud omnes conſtet ſimias eſſe ſcitiſſimas & tantum non humanas beſtias, & moribus politiſſimis praeditas: adeo, ut & ipſe Horapollo tuus L. II. ἱερογλυφικῶν C. 61. τὸ πίθηκον οὐρῶντα, κρύπτειν τὸ ἴδιον οὖρον. *mejentem ſimium occulere propriam urinam* tradat. quo quid nitidius politiusque & moratum magis? Sed quem locum tu, odio in genus cognatum Vatiniano ablatus, ὦ ἄνερ τριπιθήκινε, incruſtare ſatagis, & ex fide Codicis Pierii Valeriani, hominis quem tu ipſe ironice (*a*) *bonum* & *boni animi* vocas, ſed ſerio loquens ut *ineptiſſimum*, *inſulſiſſimum*, imo *fallacem* exagitas, ſubſtituere conaris αἴλουρον, *felem*. idque *neminem adſpernaturum* affirmas, qui *felem mejentem vidit aliquando. nihil* enim *notius. cum id tibi de ſimia non conſtet:* quare *videndum* pronuncias. Viſum ergo huc venias Pavo, & diverſorii Magiſtrum adi, qui vulgo *Coeruleus Joannes* audit: ille multos ſimios & Pavianos alit, & poteris curioſos oculos animumque philoſophicum illum tuum explere obſervando ſimias exſaturantius mejentes. colloca te in medio clathrorum & omnes (*b*) *concurrent*, qui *Aeſopum conſpicere volunt inter animalia bruta. tu enim* λόγων Συβαριτικῶν *pater, non gibboſus ut olim, ſed barbatus ad ipſum umbilicum.*

ſerio.

(*a*) Horap. p. 355. Pierius Valerianus *optimam lectionem peſſime explicat: nihil ineptius, nihil falſius.* p. 363. *at bonus ille* Pierius *mendam retinebat bono animo: quidquamne inſulſius?*

(*b*) Haec verba totidem blaterat in Bentlejum in Emend. Men. p. 125.

ſerio. ſerio. ſi haec viderint, nihil exoletius, nihil anilius, nihil tetrius viderint unquam. & cum ſpectarint leonem & Gigantem, te impenſius mirabuntur *bipedum ſtupidiſſimum: cui pro corde datum eſt foenum, omnia ſpurciſſimis unguibus contaminanti.*

Poteris eodem tempore & aliam emendationem tuam, circa coitum paſſerum, forte confirmare: nam ex India paſſeres pulcerrimi laudato Coeruleo Joanni enutriuntur: & erroris convincere vel Philippum* vel ejus deſcriptores, cum ἑπτάκις, *ſepties paſſerem horae tractu modo miſceri feminae* tradant: & *tu tamen paſſeres femellas tricies* (XXX) *unius horae ſpatio oſculantes obſervaveris:* adeoque Gaſparis Scioppii, cujus animam traducem habes, obſervationem de viginti coitibus numero denario tua accuratione viceris. *legendum* τριακοντάκις. *tricies. nam*, ut recte doces, paſſerinae naturae ſcrutator profundiſſime, *numerus vulgatus nimis certe exiguus pro paſſere bene viro.* Sed e diverticulo ad inſcitiſſimas & erroneas tuas Graecarum vocum verſiones revertamur.

Ad Hephaeſtionem quoque p. XXXIII in not. p. 124. vocem Πὰν πανὸς. *Pan Deus.* feciſti adjectivum Πᾶν πάντος. & vertiſti. *totum.* Vin' ut de plano Praetor cognoſcat? en Hephaeſtionis verba & tuam notam.

Χαῖρ' ὦ χρυσόκερως βαβάκτα γάλλων
Πᾶν Πελασγικὸν Ἄργος ἐμβατεύων.

hic tu. Βαβάκτα γάλλων *Gallorum chorage.* Vide *Heſych. Suid. alios.* ibidem. Πᾶν Πελασγικόν. *illud* πᾶν *non poteſt pendere ab* ἐμβατεύων. *nam ſic ineptum eſſet. Sequebantur igitur alia, cum quibus apte cohaerere poterat.* Totum Argos *Pelaſgicum, ſimulac intraveris, laetitia afficis, & exultare*

* Horapoll. p. 403.

tare facis tibi. hoc aut ſimile quid dixerunt Graeca. & ſic punctum poſt Γάλλων *etiam adpoſitiſſimum eſt.* Specimen egregium profecto, unde colligant omnes, quam tuum ingenium par ſit poëtarum fragmentis tractandis! in luce enim meridiana miſere hic caligas. quid! nonne illud epitheton χρυσόκερως βαβάκτης. *auratis cornibus choragus* tibi *Pana* indicare debuiſſet: qui Argos Pelaſgicum inire ſolebat: ſive cujus dies feſtus in iſta urbe celebrabatur. nam ἐμβατεύειν *ingredi locum quemvis*, ut ap. Sophocl. Oed. Tyr. 844. πατρῷος ἐμβατεύειν, ſed ſpeciatim dii ea voce locum aliquem vel templum inhabitare dicuntur, ut docuit tum juvenis te viro longe doctior G. Arnaldus in Animadv. c. XXXIV. Soph. Oedip. Col. 710.

Ἵν' ὁ βακχειώτας ἀεὶ
Διόνυσος ἐμβατεύει.

Eurip. Rheſo. 225.

Θυμβραῖε, καὶ Δάλιε, καὶ Λυκίας
Ναὸν ἐμβατεύων
Ἄπολλον.

Quin hoc te docuiſſe, & Pana tibi cognitum reddidiſſe debuerat Aeſchyli locus, ab eodem explicatus in Perſis vs. 447.

Νῆσός τις ἐστὶ πρόσθε Σαλαμῖνος τόπων,
Βαιά, δύσορμος ναυσὶν, ἣν ὁ φιλόχορος
Πὰν ἐμβατεύει.

ubi Schol. ἐμβατεύειν ταύτην ἢ νῆσον τοῦτον φησὶν, ἢ ὡς ἱερᾶς Πανὸς οὔσης τῆς νήσου, ἢ ὡς ἐρήμου. quem craſſum errorem quoque jam animadvertit Petrus Weſſelingius, nuper Franequerae, nunc Trajecti ornamentum.

tum. Turpiter igitur κερδῶ. *ſimiam*: turpiter Πὰν *totum* vertiſti. Sed operae pretium paulo diutius huic Hephaeſtionis loco inhaerere, ut guſtum praebeamus incredibilis tuae ignorantiae & negligentiae. eſt enim nidulus, unde erratorum omne genus pipilat. vidimus ipſum ignoraſſe, hic de Pane agi: at turpius hoc ignoravit, ſi veritas in propatulo. nam ſi inter illos *alios*, quos praeter Heſychium & Suidam laudat, conſuluiſſet auctorem M E. non ſolum ibi Πὰν pro πᾶν ſcriptum inveniſſet, ſed & plura alia, quae ſcire lectoris intererat. Nam praeterea tres aliae lectiones variae offeruntur, quae ſingulae praeſtant editis. exhibet enim

> Χαῖρε χρυσόκερω βάβακτα κήλων
> Πάν·

nam ὦ non opus. Χρυσόκερω ſignatus vocativus non deterior. Et κήλων pro Γάλλων praeſtare pronunciavit jam Iſ. Voſſius ad Catullum p. 162. qui ὀχευτὴν interpretatur, & poſtea explicatius modo laudatus Weſſelingius ad Itinerarium Antonini p. 641. interpretatus, ſecundum Suidam, θερμὸν εἰς τὴν συνουσίαν, Pani vaſato, ut ad Calabr. VI. 480. vocas, aptum docuit. & has lectiones eſſe veriores, non ſolummodo Etymologus editus adfirmat: quocum codex meus ejus Grammatici vetuſtiſſimus & accuratiſſimus conſentit: ſed & lib. † Florentinus Hephaeſtionis quem laudat Voſſius. Et ſic quoque laudavit D. Heinſius ad Silium Italicum L. XIII. 329. quae omnia ille ignoravit: imo longe plura. nam nec ſcivit eſſe Cratini fragmentum: quod Etymologus teſtatur: non Diphili, ut male Heinſium laudaſſe animadvertit Weſſelingius: & Cratini quidem Majoris, ſecundum Theod. Canterum in collectis Comicorum

 frag-

† An Cod.? an potius editio? quae ſic habet.

ſragmentis. imo haec non ſolum, ſed ne cogitavit quidem inquirere, quid ſit hic τὸ πελασγικὸν ἄργος. quod quidem notum ex Homeri Il. B. vs. 681. & ejus interpretibus. unde poſſemus hic innui credere Λύκαια vel ſimilia feſta non ſolummodo in Arcadia in Panis honorem, ſed & in Theſſalia celebrata; niſi minus veroſimile eſſet Athenienſem Comicum Cratinum huc reſpicere. At cum Panos antrum & ſacellum non procul ab Acropoli Athenienſi fuiſſe doceat J. Meurſius in Athenis Atticis L. II. c. 8 ex Pauſaniae Att. 28. & Herodot L. VI. 105. & Eurip. Ione vs. 938 & 493 ubi & chororum mentio fit: quin Luciani locum ex Bis Accuſato Tom. II. p 219. idem Meurſius adducat, ubi Pan dicitur τὴν ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλυγγα οἰκεῖν μικρὸν ὑπὸ (forte ἀπὸ) τοῦ ΠΕΛΑΣΓΙΚΟΥ. & Schol. dicat eſſe τόπον Ἀθήναις ἀπὸ Πελασγῶν ἐν αὐτῷ οἰκησάντων. poſſemus ſuſpicari illud ipſum Templum Panos indicari non procul a loco *Pelaſgicon* dicto: & quem Cratinus hic joco Comico vocat Ἄργος Πελασγικόν. qua de re utinam doctiſſimus Tiberius Hemſterhuſius ſententiam ſuam aliquando aperiat, ut ſperare fecit Weſſelingius, quem omnino conſulito ad Antoninum & V. V. Cl. Waſſium & Dukerum ad Thucyd. L. II. C. 16.

Videsne, Pavo, quam curta tibi ſupellex? cujus paupertatem celare conaris, dum ſine ullis teſtimoniis tua commenta lectori obtrudis. vides in quibus te potius occupare deberes, quam in aliena induſtria ſugillanda. nonne convinceris te re vera eſſe ſtipitem, fungum, papaver, algam & ſi quid vilius & ſtupidius iſtis? non vides? & tibi vel ſic places, Narciſſe? imo caudam tollis, Pavo? imo ἀναιδὲς Grylli abnepos, grunnis, & ſpinam dorſi incurvas inſtar trochi? quin age igitur, & rurſus quantocius ſaetoſa praebe tergora, ut iis alium impingam fuſtem. Ad eundem

dem Hephaeſtionem notas p. 182.

'Ιὼ Καΐκε, Μύσιαι τ' ἐπιῤῥοιαί.

fallor aut ſenarius hic mihi lectus in Euripide : ais. ex qua notula doctior ſane dimittitur lector: & ſcit jam Pavonem dubitare, utrum verſiculus exſtet in Euripide. quippe lectoris intereſt ſcire, non ſolummodo quae Pavo primus vel certo certius novit: verum etiam quae ſuſpicatur falſo inter triginta & amplius millia verſuum Euripideorum inveniri. at ſi vel legiſſes Strabonem Lib XIII. p 916. vel Macrob. Sat. V. 20. non ignoraſſes hunc verſum eſſe Aeſchyleum, & locatum fuiſſe in initio Prologi deperditae Tragoediae Μυρμιδόνων nomine. imo ſi Aeſchylum ipſum ex praeſtantiſſimi Stanleji editione verſaſſes unquam, ſed nec vidiſſe arbitror niſi forte per horulam commodatum ab amico, hoc fragmentum inveniſſes ſuo loco p. 641. recenſitum. & tu ille es, qui uno abortu tres nobis Tragicos effuſurum minitaris! quem tamen patet nec Euripidem nec Aeſchylum ulla cum cura legiſſe. qui Etymologici editionem etiam venditaſti fruſtra. & merito: cum nec hunc librum attigiſti, niſi ceu canis Nilum. ,, ‡ At
,, talis tua (Salmaſii) vaniſſima jactantia, qua, homo
,, glorioſe, ignorantiam tuam callide obtegis, ea pro-
,, mittens, quae praeſtare nunquam potes. cum ſis
,, in luſu totus, & multas minutias, de quibus dubi-
,, tare poteſt nemo, ſatis perplexe (prolixe) exſeque-
,, ris: cum alii viri eruditi ſaepe publice fateantur,
,, in multis ſe nihil videre & eo ipſo pectoris candidi
,, indicia praebent certa, quibus tua Μεγαλαυχία
,, ſaepiſſime deſtituitur.“ En, glorioſe miles, non Salmaſii, quod putabas, ſed tua imago.

Age

‡ P. 13. de luſu Aleae.

Age libet aliud ſtolidiſſimum facinus in vertendis Graecis huic capiti adjicere. alia alias occurrent. apud eundem Hephaeſtionem p. 55. & 56. hoc Sapphus fragmentum elegantiſſimum legitur.

Ἔςι μοι καλὰ παῖς χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν
Ἐμφερῆ ἔχουσα μορφὰν, κλεῖς ἀγαπητά.
Ἀντὶ τᾶς δ' ἐγὼ οὐδὲ Λυδίαν οὐδ' ἐραννάν.

Eſt mihi pulcra puella, aureis floribus
Similem habens formam, ——— dilecta.
Pro qua ego neque Lydiam neque amabilem.

ad quos verſiculos ita bellus noſter nugator. pag. 151. *illud addendum eſt uno verbo.* κλεὶς ἀγαπητὰ *per appoſitionem hic dicitur puella chara & formoſa. ratio loquendi non protrita ſane.* clavicula dilecta: clavicula amabilis: *quia ſcilicet pectus uniuſcujusque, quanquam firmiter occluſum, aperiebat ſtatim, ut cum cupiditatibus ſuis in illud intrare poſſet. forma & formae praeſtantia erat pro clavicula, qua intimos pectorum receſſus ſibi recludebat facile: nihil mellitius. eo ſenſu igitur accipiendum eſt illud* κλεὶς. Meminiſtine, lector, aliquid „ ineptius, putidius, exoletius, ſtolidius, anilius, puerilius “ legiſſe! cedat, cedat huic claviculae clavicula Salomonis. quae ſane quodcunque promittat L. I. c. 10. circa amores, ne comparanda ad hanc claviculam Pavoninam. magis probabiles nugas effutire licuiſſet, ſi, cum Athenaeus L. VII. c. 14. doceat κλεῖδας. *claves* (Pavoni Claviculae erunt, quando Athenaeum edet) Thunnorum in primis deliciis fuiſſe aſſatas: & ſic bellam puellam a delicatiori piſcis parte fuiſſe vocatam; qualis comparatio valde apud noſtrates viget & in curſu eſt (in *vuoge* Belgico Pavonino dixeris *) cum eximia & lauta

* Ad Ariſtaen. p. 268.

lauta quaevis vocitent ῥινίδιον Σάλμονος. ſed jocorum abunde. breviter potius omnium oculis exponamus incredibilem hominis inſcitiam, qua *ex puella clavim* fecerit. Κλεῖς enim & mater Sapphus & filia ex aviae nomine pro more denominata: quae ambae a Suida memorantur in Σαπφώ, & filia, tacito tamen nomine, ab Ovidio Epiſt. Her. XV. vs. 70.

Adcumulat curas filia parva meas.

ubi Bersmannus *Cleis haec. Suidas.* Et haec ad fragmentum hoc docuerant F. Urſinus in Fragmentis Poëtriarum p. 287. & J. Alb. Fabricius in Biblioth. Graeca Vol. I. p. 589. & P. Baelius in Lexico. & unicam hanc eſſe expoſitionem vox ἀγαπητά confirmat, quae adhiberi ſolet de unica & proinde dilectiſſima prole. merito igitur haec jam refutavit doctiſſimus Jo. Chriſtianus Wolfius in praef. Sapphicorum p. VIII. quod forte aegre ferens noſter δοκησίσοφος (nec cauſa fuit tamen, humaniſſimis enim verbis fuit reprehenſus) arripuit hanc occaſionem per latus meum in Ariſtaenetica Praefatione Virum eruditiſſimum, ſed plumbeo telo, petendi. At, Lector, qui adhuc aliquid putaras Pavoninas eſſe nugas, non tibi ſomnia narrare videor, cum tot enormia errata in eodem genere enumerata cernas. eat, eat nunc & inſultet manibus ſummi viri Lucae Holſtenii quod in Stephano p. 203. in hoc verſiculo

Τῇ δὲ τὴν ἐκ Μελίτης ἀργὸν κύνα φησὶν ὁ Πέτρος

ubi ait, *ex lapide nobis affabre factus eſt homo, ne unus Deucalion gloriari poſſet, ſe eo jure uſum. ridea non hominum ſed lapidum ineptias.* At tu, lector,

 de-

deteſtare pravi animi loliginem. error eſt Typothetae procul dubio: vel ſaltem ejus, qui poſt Holſtenii mortem Stephanum edidit. nec verſio adeſt. quî non vapulaſſet vir quidam doctiſſimus, cui idem error obrepſit in verſione Epigrammatis

Πέτρος ὅδε ξείνοισι βοάσεῖαι, ὡς ἀϊδαλές
Ἀσφαλὲς ἀνθρώποις ἐθὲν ἔνειμε τυχά.

Petrus hic &c.

at quid ipſe Pavo hic perpetravit, quia forte fortuna vox κλεὶς minuſcula litera expreſſa erat, non ex lapide hominem, quod beneficium: ſed ex tenella puella clavim ferream fecit. ut ſcilicet portentoſus iſte Pavonis vultus diriora deſignaret monſtra, quam Meduſae viperina facies: qua homines modo in ſaxa non in rigidiſſimam ferri maſſam induratos accepimus.

Sed me vocat ultima praefationis Pavoninae particula. Appendicem hujus epigrammatis doctiſſimus Wolfius obſervavit eſſe expreſſam ex Homero & ideo

Μ--- μαθες, ὅς μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος.

mutat in

Μ--- μαθες, θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος.

quae omnia cenſor vitio creatus rurſus *turbare* ait. at nemo niſi Pavone vel furioſo Oreſta inſanior de hac obſervatione Viri eruditiſſimi dubitarit; & veroſimile omnino eſt, ſyllabas θες ὅς ex θεῖός eſſe natas. noſter autem ut in fine hujus recenſionis non minus ineptiret quam

quam in principio, ſic ex norma MStae lectionis ſcribendum ait:

Μοῖσ' ἔμαθον δ' εὖ, ὅς μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος.

primo nota elegantiam Pavoninam in literula δ'. quae hic mira cum ἐμφάσει ponitur. deinde nota ſolitam in Pavoninis emendationibus ſtribiliginem: nempe δ' εὖ ita poſtponi. facillima tamen haec auctori videtur emendatio. nam *pro* μάθον vel ἔμαθον *ſcriptum erat* (at ἔμαθον ſcriptum fuiſſe primum conſtare debebat) *occultata cauda* μαθ' vel ἐμαθ'. ita ſolet Pavo compendia literarum fingere quae in nullo unquam MSto exſtiterunt. homo ἀλάζων, qui cum nunquam Codices MStos verſarit, vel ſi verſaſſet, non uti ſciviſſet, tamen in membranis legendis aevum triviſſe vult videri. addit praeterea, *ei qui verba facit regerere, verba quae feciſti, intellexiſti, ſtultitiam eſſe omnem ſtultitiam ſuperantem.* quibus verbis quid intellexerit doctor ſubtiliſſimus, alias intelligemus, ſpero. ſufficiebat hic vertiſſe, quae in Graecis. ea corrupta: nec Pavo verum vidit. an is vel alius poſtea ex puteo extracturus ſit veritatem, θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. Et ſic pervenimus ad finem ὑποκρίσεως, qua ſane artificio novo & plane admirabili emendatum & reſtitutum dedit hoc epigramma Joannes Cornelius Pavus, ut ſibi videtur, Criticus optimus maximus; at ut mihi & aliis ſedet, patellarius & minorum gentium; ſi quidem gentem habet; & non potius ad aerarios, Cerites & capite cenſos rejiciendus ſit, ad quorum tabulas principes in literis viros toties detruſit. Et ſic praefationis huic parti ad nos & Cl. Wolfium ſpectanti ſatisfactum arbitrantes, reliquam eruditionis qualiſcunque Pavoninae ſupellectilem, ut promiſimus, recenſebimus. incipere animus

animus erat ab ovo, & primam ejus opellam, epiſtolam Vibio Sequeſtri praemiſſam, percurrere, nam jam hic Pavo, Pavo eſt: ſed prius potius rerum quasdam ſummas per capita perſequemur, quia ſane libellus in nimiam molem excreſceret, ſi in ſingulis libris & notis ſigillatim maledicta, inſcitiam, ſtoliditatem, ineptias, audaciam, jactantiam, nam nulla animadverſio eſt in ullo ejus libro quae non aliquo ex his vitiis & aliquando pluribus & omnibus ſimul laboret, vellemus excutere. Quare age primo loco quam bonus ſit Grammaticus ex paucis ſpeciminibus mecum contemplere.

CAPUT IV.

De infantilibus Pavonis peccatis circa prima Linguae Graecae elementa.

Qui novus ad lectionem ſcriptorum Pavonis accedit, eumque Lynceis adeo oculis uti in aliorum lucubrationes animadvertit, ut ne minima παροράματα ſine cenſura acri praetermittat, accurationem non ſolummodo ſummam in ſuis libris adhibere veroſimile putaret: verum etiam in primis ſibi cavere ne turpiſſimorum errorum ipſe reus fieret. quam autem plane contrarium obtineat, ex ſuperioribus hic illic patuit. illis nunc adjiciemus inſigniora etiam inſcitiae & ſummae ignorantiae quaedam ſpecimina, ex quibus manifeſtum fiet non decennium puerorum ſed & juniorum vitia ab ipſo in Etymologiae & Syntaxeos canonas circa ipſas declinationes & conjugationes & alias Grammatices partes committi: ut ita majorem in modum mox contumelioſiſſimum virorum maximorum contemtum & inſolentiſſimam ſui jactationem mireris atque indigneris.

ris. Age, Lector, inſpice Q. Calabrum Lib. III. vs. 412.

οἵη δ' ἐκ πολέμοιο βελῶν ἐς τεῖχος ἀλέντων
οἰμωγὴ πέλεται.

> *qualis a pugna hominibus in moenia incluſis ploratus exſiſtit.*
>
> Pavo. ἀλέντων *hoc* ab ἀλίσκω : *&* captos *ſignificat . . . ſic ſententia bona eſt & verba ſunt bona.* ἀλέντων ἐς τεῖχος ἐκ πολέμοιο. *interpres inſulſe.*

ἀλέντων ab ἀλίσκω derivatur! quale monſtrum, Ἄπολλον ἀποτρόπαιε! pudeat, pudeat, Pave! puer ex tertia claſſe novit ἀλίσκω *capio* tempora ſua mutuari ab ἁλόω vel ἅλωμι & in Aoriſto ſecundo ἁλοὺς formare: idque in Genitivo facere ἁλόντος. ut δοὺς δόντος: non ἀλέντος non δέντος. at ἀλέω vel ἄλημι *congrego, contraho.* habere ἀλείς. *congregatus, conſpiſſatus.* idque in genitivo habere ἀλέντος. ut θέντος non ἁλόντος, non θόντος. vox frequentiſſimi uſus apud Homerum. Il. π. 714. ipſiſſima locutio.

ἢ λαοὺς εἰς τεῖχος ἀλῆναι, *vel populos muro includi.*

Il. Φ, 607.

πόλις δ' ἔπλητο ἀλέντων. *urbs implebatur ab incluſis.*

Il. X. 47.

τρώων εἰς ἄςυ ἀλέντων, *in urbe concluſorum.*

& vs. 12.

εἰς ἄςυ ἄλεν, *iu urbe concluſi ſunt.*

Heſy-

Heſychius ἀλέντων ἢ συγκλησάντων ἢ ἀθροισθέντων, ἢ συστρεψάντων. Alterum Homero, ut hoc obiter obſervem, producitur. Il. E. 487.

ἀψῖσι λίνου ἁλόντε πανάγρου.

nexibus lini capti omnia trahentis.

licet alii corripiant. Ut Aeſchylus Agamemn. 332.

καὶ τῶν ἁλόντων καὶ κρατησάντων δίχα.

in Eumen. 67. Ita Oppianus L. III. Hal. 604. & alii paſſim.

Quin optime quoque ſibi ita conſtat ſententia. vociferatio & ejulatus erat, qualis ſolet excitari ab iis, quorum urbs incenditur & vaſtatur, in quam poſt praelia in apertis campis vel in propugnaculis oppidi commiſſa, compulſi & concluſi fuerant. talem clamorem vide παθητικῶς valde deſcriptum a Diodoro Siculo L. XIII. p. 181. & Aeſchylo in Septem contra Thebas vs. 260 ut plane ebrium fuiſſe oporteat Pavonem, cum haec ſcriberet, & etiam addere auſus fuerit. *interpres inſulſe*. imo tu inſulſiſſime & ſtolidiſſime, ut omnes & ſinguli vident *nunc*.

In Ariſtaeneto L. II. Ep. XIV. Καὶ τῶν τείχων ἐφαπτομένη τοῖν δακτύλοιν ἐφίλουν ἀπεκχαίρουσα, legitur. dic, Pavo, ubi ita flectere didiciſti vocem τεῖχος? certe Rudimentis Graecis opus eſt homini. ipſius paradigmatos jam oblitus eſt. τειχέων, τειχῶν. praeterea, ſtipes, quae τείχη, *muri urbis vel caſtelli* hic locum habent! in aedibus, in cubiculo ſcena. omnino legendum τοίχων. *parietum.* qua notione τειχίον aliquando occurrere novi, non τεῖχος.

In Menandreis p. 52. habemus aliquid magis etiam exquiſitum. ubi pro corrupto προθέτωσαν reponit

προ-

προμελέτωσαν. *in primis curent :* & *certiſſimum* illud ipſi videtur : & ſic adſtruit. ἐπιμελέω *diligenter curo.* idem προμελέω. ut προδειδω *vehementer metuo.* dignus profecto vel puer qui talia effutit, non ferula excipi, ſed ῥαθαπυγίζεσθαι. quis unquam ἐπιμελέω uſurpavit ? quis puer decennis ἐπιπελοῦμαι dici non novit ? & ad hanc barbaram formam , etiam novas voces fingere audet! hic ille eſt qui poſt Bentlejum Menandrum emendare ſuſtinuit!

P. 79. Ejusdem ſartaginis πέμπον nobis pro ἔπεμπον in Menandreo verſiculo audacter obtrudit. ſed illa ſtribligo ſatis oſtendit vel ſola, correctionem eſſe falſam. licet enim paſſim apud Poëtas augmenta negligantur, id ſobrie magis fit apud Comicos. & uti talia minime mutanda, quando occurrunt : ſic eadem invitis auctoribus non obtrudenda. *Canonum Grammaticorum ſine dubio habenda ratio*, ut ipſe in Mercerum p. 48. Ariſtaeneti cenſor noſter graviter pronunciat. ſed non ſemel ita novus Palaemon hic peccat apud Hephaeſt. p. 34. legitur καταθνάσκει. id ille ob leviſſimam cauſam mutat in καταθνάσκε. *augmentum, ut vocant, omittitur*, ait. omittitur a te, Pavo, non ab auctore: & quia id non adeſt, praeſens tempus ſcriptum fuiſſe adparet. & illud longe efficacius. in accentu quoque erras κατάθνασκε ſcribendum eſſet. ſed aquila non captat muſcas. in Q Calabro I. 184. ἐπιδέρκεται. Pavo *nonne* ἐπιδέρκετο, vel ἐπεδέρκετο? At mutatio non opus. nam ſententia proba eſt, & augmenti abſentia innuit praeſenti auctorem uſum fuiſſe. L. III. 173. ὑποτρομέοντες ὁμοκλῶ. Pavo *non convenit participium. ſcribe :* ὑποτρομέεσκον. non ſcribo. nec augmentum hic in voce hac negligo. commode intelligitur verbum ex ſuperioribus. ſic XI. 143. καταχέυετο, & XIV. 574. ἐπιμαίνετο. haec etſi defendi poſſunt, & per ſe bona ſunt, tamen vitioſa, ſi

a

a Critico intruſa: & ſaltem negligentiam Pavonis oſtendunt & pravum judicium.

At quam verſatus ſit in conjugationibus Graecis duobus jam tribusve exemplis patuit. tria alia adjiciemus. primum ex Anacreonte. Od. IX. vs. 35. ubi Columba ait ſuſcitanti

ἔχεις ἅπαντ', ἄπελθε,
λαλιςέραν μ' ἔθηκας,
ἄνθρωπε, καὶ κορώνης.

Pavo. *neſcio quid alii dicturi ſint; mihi certe* ἄπελθε *minus arridet, ubi ad ſingula paulo accuratius attendo. quid multa? Fallor, aut ipſe Poëta* ſuaviculus *ſcripſit*,

ἔχεις ἅπαντ', ἀπέλθω.

ſic nihil accommodatius. & porro hoc illuſtrat noſtra formula, quam *ſciunt lepiduli:* ruſtici non: [*ik ga been*] *Quare de hac ſuſpiciuncula*, ut modeſte vocat, *vix dubitare poſſumus.* at ſcio doctiſſimos Actorum Lipſienſium auctores dudum ne minimum quidem dubitaſſe, quin ἀπέλθω ſit puerile admodum vitium pro ἀπέρχομαι & ferula dignum. quibuscum ego ſentio, & omnes & ſinguli ſentient, qui Graeca elementa callent nam ſi tu exceperis eſſe ſubjunctivi modum, prius docendi ſumus in adfirmantis ſermone, iſti modo locum eſſe. vide ipſos in Actis anni MDCCXXXII. p. 205.

In Horapoll. p. 277. πληρώσασαν. praeſens hic & idem quod πληρȣ̃σαν *complentem.* Mercerus peſſime *completis.* hominem audimus tantum quod ex Ionia adpulſum, vocales contrahere neſcit. quis enim in proſa alias non πληρȣ̃σαν dixerit? notes praeterea novam doctrinam, Aoriſtum hic praeſentis vice fungi.

At

At bella, bella ſuppeditat nobis locus Calabri L. VII. 258.

Ἠΰτε βοῦς ἐν ὄρεσσιν ἀπειρέσιον μεμακυῖα
Πόρτιν ἑὴν δίζηται ἐν ἄγκεσιν, ἀμφὶ δὲ μακρὰ
Οὔρεος αἰπεινοῖο περιβρεμέουσι κολῶναι.

Pavo. *pro* περιβρεμέουσι, *ubi* δίζηται *praecedit, rectius legeretur* περιβρεμέωσι.

Ride, ride. homini qui † *Graeca non tumultuarie didiciſſe ſe* gloriatur, δίζηται eſt ſubjunctivus, ignotumque ei eſt obvium verbum δίζημαι? o incredibilis ſtupor & ignorantia? Theocr. XVI. 67.

Δίζημαι δέ τινι θνατῶν κεχαρισμένος ἐνθεῖν.
VII. 60. Πλέον διζημένῳ ἐς Μιτυλάναν.

hunc locum tetigit rurſus ad Lib. XIV. vs. 264. ubi Rhod. χεύῃ in χεύη mutat. & Pavo addit. *miror, ubi hanc modorum convenientiam toties in his neglexit R.* In addendis autem ait. *Ex. gr.* V. 389. VII. 258. *ubi nos correctorem egimus non* MALE, *ſed minus etiam neceſſarie.* ubi nondum reſipuit & modo agnoſcit aliquando modorum differentiam dari. quod ad librum quintum nondum noverat, quodque extra dubium apud Gr. & Lat. vide Horat modo Lib. I. Od. 8. ubi fruſtra hac differentia offenditur Cl. Bentlejus.

Stolidus hic error inde ortus, quod parum illi nota ipſa verba Δίζω & Δίζομαι. nam ſignificationem eorum, eandem cum δίζημαι, modo per nebulam vidit ad Lib. IV. Calabr. 15.

Ἕτειρε δὲ (Ἀργείους) ἀνίη
Λευγαλέη, καὶ πένθος, ἐπεί ῥά μιν (Achillem) ὡς ἐὸν υἷα Δίζοντο.

† Ad Anacr. p. 59.

Rhod. ſ. ἅζοντο. *colebant*. Pauw δίζοντ' *deſiderabant*, *curabant*. Heſych. δίζειν, φροντίζειν, ἐρευνᾷν, ζητεῖν.

At malum, Pavo, quid Heſychius huc facit, cum vox ſignificatione ꝗ *deſiderare*, *quaerere*, millies occurrat: nec ſignificatio *curare* hic, & forte nullo in loco ἁπλῶς obtineat. *cum cura quaerere*, *deſiderare* notat, ut abſentes & mortuos ſolemus. & ita ſaepe *deſiderium* & *deſiderare* apud Lat. verte igitur *deſiderabant*. vel *requirebant*. non *curabant*. Horat. I. Od 24.

Quis deſiderio ſit pudor aut modus
Tam cari capitis?

Et L. IV. 5. *Sic deſideriis icta fidelibus*
Quaerit patria Caeſarem.

Theocr. XXV. 37.

Ἤτοι Ἀργείων ἢ καὶ δμώων τινὰ κείνου
Δίζεαι.

Theogn. 83. τοὺς δ' οὐχ εὑρήσεις διζήμενος. cujus vs. 415. quidam, δίζημαι cum Pavone ignorantes, ediderunt διζόμενος. alii cum Codd. recte Διζήμενος. de mortuis Anthol. L. III. p. 212.

Εἰ δὲ Μένανδρον
Δίζηαι, δήεις ἐν Διὸς ἢ μακάρων.

L. III. p. 234.

Κρηθίδα τὴν πολύμυθον, ἐπισταμένην καλὰ παίζειν,
Δίζονται Σαμίων πολλάκι θυγατέρες.

Noſter quia hoc non perſpexit, in Calabri loco quoque *non incongrue* legi poſſe putat. φιλεῦντ' vel φιλοῦντ'. at, Pavo, qui reprehendis R. quod ἅζοντο ſit nimium; *quia filius patrem*, *non pater filium colit*: id quod nec omni ex parte verum: nam major minorem etiam *colere* & *obſervare* dicitur: & Aeſchyl. Eum. 1005. παλλάδος δ' ὑπὸ πτεροῖς ὄντας ἅζεται πατήρ. vide Supplic. 660.

Tunc

Tune contendis recte Graecos dici Achillem *amaſſe ut filium*? non *amabatur* Achilles, ſed *timebatur*. ob virtutem tamen ex oculis ſublatum quaerebant & deſiderabant. praeterea illud φιλεῦντ' oſtendendum fuerat Calabro aliis in locis placuiſſe. Sed quia Auctor Hymni XXIV inter Homero adſcriptos φιλεῦνται habet, Calabro hoc infarciendum. at nondum ad Critica pervenimus errata, in puerilibus vitiis verſamur. patebit tamen, te tibi vaticinium cantaſſe ipſum, cum de Bentlejo ſcribebas, † *ſic hominem ubique infelicitas ſubſequitur, ſive maſcula, ſive puerilia tractet.* O inpurum Pavonis roſtrum!

Quoties autem non ante adſpiratam vocalem tenui conſonanti locum vel facit vel relinquit in Hephaeſtionis contextu p. 14. vitio typothetico litera omiſſa in φόως γῆνε. ἠνίκ'. ‡ ibi Pavo p. 110. *ſcribe:* γένετ' ἠνίκ'. imo γένεθ'. de hoc loco plura dicentur alias. ſed cur non hic dicam? ibi pergit igitur.

Γείτων | ἰσοπαρ|χὸν κλεῖ|νε καὶ | ἁρμοδ|διος.

ineptiſſima dimenſio, quae effecit, ut ineptientes ineptiſſime etiam pro ἁρμόδιος *ſcripſerint* ἁρμόδδιος. *tu ſcribe, ut pentametrum iterum pentametrum ſe prodat*

Γείτων | ἰσοπαρ|χὸν | κλεῖνε καὶ | ἁρμόδι|ος.

At ignoras, magiſter, duplicem dimetiendi pentametri modum: quem prodit Terentianus Maurus p 87. & quem didiciſſe oportebat ex magni Voſſii Proſodia p. 157. nempe tertio pede ſpondeum, duobus ultimis Anapaeſtos duos agnoſci.

Natu|rae ſequi|tur ſe|mina quis|que ſuae.

quare ipſe ineptis, dum plus emendas, quam debebas. debebas enim modo duos ultimos pedes rectos red-

† Menandr. p. 144.
‡ Recte Juntina Editio.

reddere, qui curvi fuerant †. quod attinet ad duas emendatiunculas, eas ſuffuratus es vel F. Urſino in Lyr. p. 161. vel H. Stephano in Antholog. p. 513. vel Meurſio in Piſiſtrato p. 100. vel Voſſio in Proſodia. quibus omnibus locis & forte decem aliis ſeſe recte haec habent in iſto loco Proſodiae praeſtitiſſet longe variam nonnullius momenti lectionem obſervaſſe, & ponderaſſe. legitur enim ibi

Γείτων ἱπαπαρχὸν ἦγε καὶ ἁρμόδιος.

At quam ridiculus hic Pavo! qui cum tot in locis recte legatur γένεθ' ita tamen philoſophatur. „*ſcribe* „ φόως γένετ'. *operarum videtur error.*" qui de tali re dubitare poteſt, trypanizetur.

In eodem Hephaeſt. p. 58. ἐπ' ἱμέρτῳ. Pavo ita reliquit. Urſinus p. 13. & Wolfius p. 64. recte ἐφ' ἱμέρτῳ.

P. 87 laudatur primus verſus ex Euripidis Bacchis:

Διόνυσος, ὃν τίκτει πότ' ἡ κάδμου κόρη.

non potuit corrigere πόθ'.

In Calabr. X. 335. corrigit:

Ἑζομένη κατ' ὄλυμπον τ' ἦχι διός.

ſaltem θ' ſcripſiſſet, & caeſura carentem verſum poſt tertium pedem condonaſſemus numeroſiſſimo volucrum Pavoni, licet optime Rh. ὅπη correxerit.

IX. 353. corrigit λαίνεον τ', ὅλ.

XI. 93. legendum pronunciat πέτρην τ' ἠφάσοιο.
278. corrigit. τοὶ δέ τ' ὑπ' ἐννεσίῃσι.

L. XIV. 210. homo haec vitia forſan olfaciens etiam de-

† In Phile p. 241. ait: hic *βρόχον rectum eſt, quod ſupra curvum correximus.* eleganter.

defendere videtur, quaſi utroque ſcribi poſſet modo. *ſcribe*, ait, *μέμνηντ'* vel *μέμνηνθ'*, *ὅσ'*. Sic L. V. 25. legitur ἔνθ' ἄρα καὶ πόλεμος. Pavo. ἔνθ' *hic poſitum pro* ἔν τε, *quod* ἐν ᾗ *excipit. quare mallem* ἔντ' *ne male accipiatur pro* ἔνθα. at, Pavo, † *non malle ſed ſcribere debemus* ἔντ'. aliud barbarum. quis adſpiravit *tenuem* ante *ſpiritum lenem?*

In hoc genere autem valde ridicule *ceſpitavit* Naſutulus noſter in Anacreonte p. 56.

> Θέλω, θέλω φιλῆσαι.
> Ἔπειθ' ἔρως φιλεῖν με.

En Pavonina. *Liber Vaticanus.*

> Ἔπειθ' ἔρως φιλεῖ με.

nihil ineptius, ubi mox ſequitur οὐκ ἐπείθην. *& tota ſententia hic deſiderat* ἔπειθε. *Barneſius hoc recte, ſed illud male, quod* ἔπειτ' *ſcribendum putet, recepto* φιλεῖ. *nam quid? an* ἔπειθ' pro ἔπειτα *ante vocalem non noverat vir Graece doctus? vah, vah ineptiae.*

En notam Rev. Joſephi Trapp: qui poſt Pavonem edidit Anacreontem, & in calce brevem ſed juſtam cenſuram in Pavoninas nugas exercuit. idem eſt, cujus in manibus ſunt elegantiſſimae praelectiones Poëticae. ille p. 196. *voluit dicere procul dubio Vir Graece doctus de Pauw, ante vocalem* adſpiratam, *nam ante vocalem non adſpiratam* (qualis eſt, *de qua agitur ε in* ἔρως.) ἔπειθ' *pro* ἔπειτ' *novit nemo.* o miſelle Pavo. Anglis quoque jam innoteſcis & exſibilaris. nunquam, nunquam jam Canonicus fies Windoſorienſis. Itineris Britannici in aeternum jam obliviſcere:

† Id in Mercerum jactat. Ariſtaen. p. 109.

viſcere: & emc ſepulcrum in Joannaea aede Ultrajecti.

Haec quamvis levia: ad nitorem linguae faciunt: nec debent hae minutiae, ſi ita vis, negligi ab eo, qui edit Auctores Graecos. qui talia negligeret in Latinis exſibilaretur: & proin noſter jam nunc non niſi ſibilis excipiendus. ex.gr. in Theognide paſſim in Editt quibusdam ἐφ' ἔργμασιν editur. at Codd & Editt. meliores ἐπ' ἔργμασι. ſi quis Theogniden edat, ut meretur, taliane negliget?

Ad aliud genus peccatorum tranſeamus, non minus ei frequens. nempe ν̄ ἐφελκυστικὸν negligit ſaepe ante vocalem, cum Codd. antiqui etiam illam literam addere ſaepe ante conſonantes ſoleant. quam ut alii ad Grammaticam ἀκρίβειαν oſtentandam ejecerunt; ſic Noſter forſan negligit, ut ſuam oſtentet ἀνακρίβειαν· verbo novo veniam des, Pavo, qui tot nova finxiſti: aliquot decades mox recenſebuntur. in eo genere, exempli gratia, peccat verſiculus Aeſchyli Eumen 7. ubi legendum. Φοίβῃ, δίδωσι δ' ἡ γενέθλιον δόσιν: cauſa in aprico eſt. vulgo δίδωσιν. ſed ad Pavonina.

In Horapoll. L. I. c. 8. λέγουσι ἀγνοοῦντες. quod & in notis p 281. ſi Ionice ſcripſiſſe oſtendat Philippum, & hoc ignoſcemus, ea conditione tamen, ut auctorem ſibi ubique ſimilem reddat. p 323. *liber ille ſacer*, ait, γράμμασι Ἀιγυπτίοις *conſignatus erat.* in Ariſtaen. p. 108. πᾶσι ἔιναι. Ariſtaen. p. 244. e contrario peccat, & aliquoties ἐστιν δεδογμένον ſcribit. ubi ex mera contradicendi libidine certiſſimam emendationem Merceri ἔστω, δεδόχθω convellere conatur. & ridicule addit: quin *& commode ſcribi poſſet.* ἔστιν, δέδοκται: *ſic enim* ἔστιν *cum emphaſi occurrit etiam alibi, niſi me memoria fallat.* procul dubio te fallit, o literarum Graecarum oblivio. Sed plura ad Ariſtaenetum.

netum. in Calabro L. V. 40. Rhod. & Scal. pro χεῦε, ὅτ' ſcribi jubent recte χεῦεν ὅτ'. quid noſter? *Non neceſſe, & ſpiritus aſper facit, ut hiatus non ſit indecorus* & φορτικῶς addit, *ne ſimus nimis diligentes in his.* at nonne nimis diligens tu in eodem Calabro L. XI. 4. cum operae pretium duxiſti commemorare, in Baſileenſi eſſe οὐκ λῆγε pro οὐ λῆγε: & id expreſſiſſe R. in ſua editione? nonne hoc ſine nota corrigere potueras, o minutiarum pater! At de vi aſpirationis opportuniori loco. quia pueri tam alta, tam recondita, non adeo capiunt. verſamur adhuc in infantilibus tuis vitiis. ad hoc genus facit, quod legimus in Horap. p. 281. ἐπειδὰν δὲ γεννήσῃ, οὐχ ὅπερ σπανίως γίνεται, δύο ἀρσενικὰ, ἢ δύο θηλυκά. de audacia inſerciendi particulam negativam nihil dico jam: ſaltem οὐχ ὅπερ ſcripſiſſes. nota quoque facilem verborum ordinem, qui admodum favet ſcilicet emendationi. gravius autem etiam peccavit in eodem Horapoll p. 275. ubi etiam audacter inſercit hanc voculam & ſcribit οὐ ἀθάνατον. & ne vitium typographicum putes p. 321. idem vitium repetit, μόνον οὐ ἀθάνατος. an & hic *ſpiritus aſper facit, ne hiatus ſit indecorus?*

Sed nares meas ferit ſpiritus quidam aſper & teter ex Sicilia; *propudioſum* illud *anotisphoros* ſecum vectans; in quo ceu ſcopulo, vix e portu ſolvens * *Pavonini ingenioli cymba naufragium fecit.* forte quia in *talibus allidere non adeo periculoſum* arbitretur: peſſimum tamen omen futurarum calamitatum fuiſſe adparet! intelligo, omnium primam notulam, quam ex cerebello Seraphinico protruſit Pavonis ſtupor in Vibii Sequeſtris haec verba: *Anecus Siciliae, qui per duo millia paſſuum ſub terra mergens Syracuſis mari miſcetur, appellaturque Ano, poſt Anopos caenos, ſuperior*

* De Alea p. 140.

ſuperior Anoteſphoros. Ubi poſt alias inanias, de quibus nunc nihil dicam (ex. gr. quod defendat *Anecus*, cum in duobus Cod. *Ancus.* quo modo & meus liber: quod ſomniet *Anopos caenos* eſſe mutandum in *Anopos* κενὸς. cum Codd. conſtanter habeant *caenos* καινὸς & *Anopos* boni commatis putet) haec effutit. *Tandem propudioſum illud* Anotiſphoros *muto in* Anopoſphoros. *ſcilicet ut* boſphorus, *maris dicitur anguſtia, quae bovis natantis recipit trajectum . . ita pars fluvii alveus Anapi ſuperior*, *qui* Oceano *proximus*, Anapoſphorus, *quia deducit quaſi, eique procurat tranſitum: uno verbo Boſphorus bovis*, Anapoſphorus Anapi trajectus? *quid quaeſo probabilius?*

Haec nota tam ſingulari doctrina ſane referta eſt, ut Pavum credam per quindecim brumales noctes ipſi doctrinarum Deae Παλλάδι † Ἀθηνῇ incubuiſſe. primo enim diſcimus Inſulam Siciliam in *Oceano* ſitam eſſe: & in eum ſe exonerare Anapum, non in majorem portum Syracuſanum. Nam Geographice, & ut jam tum meditans novam Stephani περὶ πόλεων editionem hic loquitur Pavo, non poëtice; qua lingua ſane Oceanus aliquando mare mediterraneum notat, ſed qua ſemel modo in aevo utitur Pavo, poſt Jubileum nempe. ſecundo diſcimus φόρος hic notare *trajectum*. ego putaram πόρος, unde πορεύω, id notare: at Giganteum illum Sanctum Χειστοφόρον dictum, quia ſacrum onus humeris per flumen Jordanis tranſportaſſet. & ſane *alveus ſuperior* Anapi apte dici videretur *Anapoſphoros:* quia ita humeris quaſi Anapum fluvium veheret, nec inconcinne alvei dicantur *vectare*, *vehere aquas.* Tertio hinc diſcimus Graecos ſolere integra, non in fine fracta, vocabula componere: quare Codd omnes corruptos puto in voce Χειστοφόρος & ſimilibus. Scribendum enim Χειστοσφόρος ut

† Menandr. p. 137. ubi Bentl. Socrati incubare fecit.

ut ἀναποσφόρος. ſic enim quoque ipſum illud βοσφόρος. ſic σελασφόρος & σακεσφόρος & alia. denique hinc conſtat omnes eruditos errare, qui cum * Stephano Byzantino cenſent illos παραγραμματίζειν qui cum ſpiritu ſcribunt &, ominor, miſer Stephanus olim hoc nomine vapulabit, vel barbarus ejus epitomator Hermolaus. procul dubio quoque Poëtarum Graecorum ſoſpitator noſter, quando Orphea edet, in Argonauticis reponendum docebit vs. 1053.

Δίοσαις δ᾽ ἐν τελμέροισι βοὸς φόρον ἐξικόμεσθα.

ubi nunc peſſime legitur βοὸς πόρον. Stephanus quoque addit, accolis *Boſphorion* dici, non contra. quid ni ipſorum ἐγχωρείων hic auctoritas praepolleat: praecipue ſi huic ſuffragium Pavoninum accedat. quin ſic hodie vocari probabile ſit; legi enim modo in Novellis diei Saturni proximi, *Tattaros Boſphorum* transiiſſe. faceſſant, faceſſant igitur qui contra auctoritatem Tattarorum, Pavoninam, & Gazettarum *boſporos* ſcribunt. ad alia. ſed verbum. en ſcripturam Cod. mei Vibiani. *Ancus Siciliae, qui per duo millia paſſuum ſub terram mergens Siracuſis miſcetur mari, appellaturque ano poſt anopos caenos ſuperior anatos phaeos.*

* Videatur Cl. Dauſquejus in Orth. T. II. p. 61.

* *ECce Palaemonia ſit Pavo quantus in arte!*
Pavo rudimentis clarus ab ipſe ſuis!
Cedat Ariſtarchus, veteris laus prima cathedrae:
Cedant Voſſiadae, Scoppiadaeque ſimul.

Atque

* Inſcriptionem hujus Elegiae, ut ab inſulſis librariis profectam, omiſimus.

Atque omnes ſcuticae proni venerentur habenas,
Grammaticus nomen quis dat habere Canon.
At tu majores, Lector, comitare triumphos,
De Criticûm tota quos ſibi gente parat!
Scaligeros cernes, manibus poſt terga retortis,
Aonidum fruſtra perdita ſceptra queri.
Quique erat adſuetus comes ire Caſaubonus illis,
Ibit inauratas ſquallidus ante rotas.
Noſtin' non una percuſſum pectora plaga,
Figentemque ſolo lumina torva virum?
Optimus interpres veteris Salmaſius aevi
Hic eſt: at titulis excidit ille ſuis.
Huc & Merceri venient, venientque Valeſi:
Pompa Brodaeus erit, pompa Bochartus erit.
At quantum tribuet mulier decus una triumpho
Anna Fabri, docto filia docta patre!
Barthius en duris oneratus colla catenis
Nutat: at Hoeſchelii compede crura ſonant.
Et cum Bersmanno rapitur Camerarius ingens.
Tu, Rittershuſi; tu, Rhodomanne, gemis.
Fallor an e docta captivos gente Britannum
Baxterum video, Barneſiumque ſenes?
Hei mihi! ſtigmatibus compuncti membra probroſis
Corpora vix miſeri debilitata trahunt!
Fallor an & domiti deſlent civilibus armis
Heinſius amiſſum Meurſiadesque decus?
Adſpice, dejecta praeëunt cervice, quot aetas
Noſtra pares priſcis jactat habetque viros.
Quisquis enim Phoebi fuit unquam caſtra ſecutus,
Aut dedit, aut jamjam colla premenda dabit.
Nomen & hinc Pavi, Criticis fatale domandis,
Fama trecenteno gutture ſola canet.

Digitized by Google

CAPUT V.

De contumelioſo Pavonis ſcribendi genere.

Viris Criticae arti inpenſius deditis etiam mali libri hoc in genere leguntur. notus proinde ipſis

Durus homo, atque odio qui poſſit vincere quemvis,
Confidens, tumidusque: adeo ſermonis amari
Scoppiadas & equis Vallas praecurrat ut albis:

ut autem ceteris quoque ejus incomparabilis maledicendi & convitiandi petulantia quam pleniſſime & facillime innoteſcat, Indicem confecimus virorum eruditorum, quos paſſim indignis modis proſcindit. quos inter non modo de plebe literatos; ſed principes Viros demiraberis inveniri. hoc capite autem non inquirimus, utrum hallucinati fuerint illi, quod ab humana natura non alienum. Sed an, ſi vel graviſſime erraſſent, tam contumelioſo ſtylo eorum errata deceret exagitari tuum erit decernere, Lector. Et tamen in pleriſque locis horum emendationes & explicationes, ſi non omni exceptione carentes, ſaltem Pavoninis commentis longe praeſtantiores. ſed illud jam non agimus. ut tamen fatigatas rauco tot convitiorum ſtrepitu identidem recrearemus aures, hic illic notulam ſubjecimus.

INDEX ATER JOANNIS CORNELII PAVONIS,

Τȣ̃ Συκοφάντȣ τȣ̃ καθολικȣ̃.

ALDUS *

In Horapoll.

p. 287. *ἄνελκον Aldi ipſo inepto ineptius.*

JOSUA BARNESIUS & WILHELMUS BAXTERUS. *Angli.* †

Ad Anacreontem.

p. 5. ex uno illo odario integrum poema ſibi confinxit ſatis *ſtolide pro more ſuo.*

p. 20. quid Baxterus! ex nomine fecit verbum, & legendum eſſe cenſuit. adeo *putide & inepte*, ut

nihil

* Poteram re vera hunc virum hoc in albo omiſiſſe: ſed ſic Alphabetum capite caruiſſet. ſcomma enim non in perſonam, ſed in lectionem: quod tolerabilius. & ſaepe eo genere delectatur. praecipue vero debacchatur in Codd. quos non amat, quia iis uti nequit: & in primis ſaepe admiſſis invehitur habenis in Vaticanam Anacreontis membranam: quia, credo, ipſa alii uſi cum fructu fuerant, vel quia ego ipſi eam commendaram.

† Comparavimus hos viros, quia paribus conviтiis excipiuntur. En pauca e plurimis.

nihil magis. nam ut alia praeteream, *barbarum* eſt illud ἐρῶ σε & dignum ipſa *morbonia*. Quare Barneſius ſi *ſapuiſſet*, *nugas illas* debuiſſet proſcribere.

p. 21. Dii boni! quidquamne *ſtolidius*? quidquamne *ineptum* magis?

p. 25. longe *ineptiſſima* haec Barneſii conjectura. ſed criticus ille *ineptiebat* plane, nec ullum habebat *judicii* uſum.

p. 32. qui δὲ ante φιλῆσαι producunt, *ſplendide nugantur*. ut ſic repetitio quaedam notetur. quod adeo *ineptum*, ut nihil magis. *Vah ineptiae*, quae ſtomachum mihi cient.

p. 40. Barneſius vertit quam *inſulſe*, vix dicam *tibi*. dicam tribus verbis, quod verum eſt & olfacere non potuit bonus, quia nares habebat obeſas.

p. 68. Barneſius —— nihil *ſtultius*, nihil *inficetius* unquam vidi.

p. 79. quod nonne egregium & vere Barneſianum? ſed ita forte bonus, ut *nullibi ſibi eſſet ſimilis*.

p. 95. fateor nihil ſuavius & Barneſianum magis excogitari poteſt. quare pauci credo appetituri ſunt, quod ille ſibi intrivit ſoli.

p. 108. ſi Barneſium & Baxterum audias ... quod commentum adeo *inſulſum*, ut nihil magis ... *falſiſſimum* igitur eſt quod *blaterant* miſeri.

3) p. 169. & tamen conjecturae *inſulſae* parens ... ſecutus eſt pravum. mirarer, niſi ita ſaperet ubique. *

p. 173. quicquid Barneſius aliique *ineptientes blaterant*,

p. 204. de cetero, *nugae & nugae merae* ſunt, quas Bar-

* Et hic tamen B. ſuſpicionem adprobat & ſuam facit.

Barneſius Barneſiique ſimiles hic crepant de Venere ἀναδυομένη.

p. 222. Baxterus ſuo more perperam & *inepte*.

p. 267. vah *ineptiae*, quae ipſis *pueris* ſunt indignae, & nauſeam mihi creant.

p. 272. *inſulſum* Barneſii commentum.

* p. 297. apage apage *ineptias* plus quam *ineptas*.

Ad Hephaeſtionem.

p. 132, Barneſius in fragmentis Anacreonticis vere *ineptit* . . . ride, ride hominis acumen.

p. 133. nihil *ineptius* unquam vidi. ſed ita ſapiebat ille.

p. 146. Criticus *dupondius*.

p. 151. per inprudentiam hominis irrepſit.

CAS-

* Haec ſolum ad Anacreontem in Baxterum & Barneſium evomuit. ab ultimo tamen in primis innumeras auctoritates ſuffuratus eſt, imo ex eo omnem farraginem fragmentorum intervertit, plagium occultans, dum ὕστερα πρότερα exhibet. imo etiam auctores ad unum omnes, ubi inveniuntur ex eo deſcripſit, ſed in eo etiam arte quadam utens. ut ex. gr. quando Barneſius pag. laudat, ille librum & caput citet, & contra. quam autem ipſi curta ſupellex domi ſit, inde patet, quod ne unicum fragmentum ſua induſtria acquiſitum adjecerit: cum tamen procul dubio plura hic illic lateant, & nos ſuo loco quaedam adpoſituri ſimus. in praefatione tamen Barneſium inter ceteros nominare dignatur: ſed ipſi omnia deberi agnoſcendum fuerat.

CASPAR BARTHIUS.

Ad Ariſtaenet. ep. II. VII.

p. 222. quod adeo *ineptum*, ut nihil *ineptius* excogitari poſſit.

Ep. II. XXI. p. 282. *inſulſe & coacte:* ita ubique ille, praecipue in Graecis. deceptus eſt vir *Naſutus*. quod adeo *putidum*, ut nihil re vera excogitari poſſet magis.

* RICHARDUS BENTLEJUS, *Anglus.*

In Menandreis Emendationibus.

p. 8. quia *mares* plus adamat homo, quam *Hermaphroditos.*

Ibidem.

* Si omnem copiam ſcommatum, quae effutivit Pavo in praecellentem hunc Criticum, recenſere vellem, liber excreſceret ex iis ſolis, quae in Menandreis emendationibus inveniuntur. in quibus quaedam adeo obſcoena & virulenta, ut ſine indignatione, ſcio, legere non potueris. Clerico, ſi reſpondens violentiori ſtylo uſus fuiſſet, ignoviſſem facile: ſed tertium & cui nihil ibi ſerebatur vel metebatur, tam indecenti, tam acerba oratione primae claſſis inter eruditos virum, & a quo nec verbo nec facto laeſus fuerat, invadere, an quiſquam, niſi caeco ſtudio abreptus, & ſimile facinus patrare paratus, probare poſſit, vehementer dubito. At quid dixi tamen, rem illam nihil attinuiſſe ad Pavonem! imo quam maxime tangebat periclitabatur enim omnem eruditionis in Graecis famam J. Clericus: coryphaeus inter

Ibidem. ad corvos cum tua maledicentia, dignus es *patibulo.*

p. 10. *devoto ſceleſtiſſimo maſtigia.*

p. 44. fide non mala, ſed *peſſima*, mihi credas; ut ita per *fraudes* ſtabilitum iret id quod conjecerat ipſe. *ineptit* homo & ſciens prudensque fallit.

p. 61. an autem ſint verba alicujus *lenae* amatorem ad arrhabonem ſibi dandum ſollicitantis, tu, credo, melius dijudicare potes quam ego: nec tibi id invideo.

p. 74. vide quid *impudentia* poſſit, ubi ſemel infandum illud monſtrum vires pernicioſiſſimas ſumſit. Auctor anonymus, *ſycophantarum primipilus.* cujus ſcripti ſimile, ſi *inprobitatem*, ſi *mendacia* ſpectes nulla hominum vidit aetas. *ad corvos*, *ad corvos*, Timon, cum tua maledicentia &c. *grunniat* per me licet.

p. 80. *blaterans* ille *canis.* quam ſophiſticum hoc quam improbum.

p. 87. peſſimus eſt *ſycophanta.* hic nugas quoque blaterat.

p. 88. *dii me perdant*, ſi ipſa baubo anilius quid & *inficetius* effutierit unquam. niſi omnia contaminare velit, & pro ſententiis egregiis nobis obtrudere aniles fabulas: nam ita *judicio* deſtitutus eſt, ut rana plumis.

p 89.

inter eruditos, qui eadem cum Pavone dogmata ſequuntur. & ſic Pavonis *pietatem* etiam ſummis laudibus efferendam cenſeo, quod vacillanti Clerico fulcrum ſupponere tentarit. Totae autem paginae in illis Emendationibus nihil fere niſi convitia continent. videantur pag. 60. 72. 79. 85. 100. & aliae. de ipſo libello forte quaedam in ſequentibus occurrent.

p. 89. *ſervo pecori.* abeat in *malam rem* cum ſuis inaniis.

p. 99. nonne atrociſſimas *ſervi pecoris calumnias* abominari debent, nonne mecum confiteri pejorem *ſycophantam* hodie non vivere.

p. 115. unguibus *ſuis ſceleratis.*

p. 116. ſic omnes & ſinguli ſciant, qua fronte *ſycophantarum primipilus*, cui nec *pudor* eſt nec humanitatis mica.

p. 126. iisdem *futiliſſimis* naeniis ſunt expoſita. ſic pulcre ſuaviculus noſter, omnium ſuffragiis ad praetorem & cognatos amandari poterit, qui medicos accerſant, ut ab *inſania* reſipiſcat.

p. 148. *canem latrantem* non audio.

In Anacreonte.

p. 63. ne *nugas* agamus quaeſo. *cerritus* me hercule ſit, qui aliter ſentiat: *apage*, *apage* igitur *commentum*, ſi lyrici ingenium ſpectes ſatis ſiniſtrum & contumelioſum. ſic tota evaneſcit ratio, quae ad corrigendum inpulit *Anglum*.

p. 180. mira, mira, ſed nimis me hercule mira. quare ea captum meum ſuperant, & aliud requiro, quod naturalius ſit & mentem poëtae rite explanet. id autem ubi in aliorum *commentis* etiam non offendo, paucis quod res eſt tibi exponam . . . nihil lepidius, nihil naturalius [*commento Pavonino*]

p. 309. Richardus Bentlejus, qui epigramma iſtud tentavit primus, ſed *infeliciter*. diſtichon primum ita conſtituit vir eruditus. . . perperam & *inepte*. abſit: abſit. quare pro *commento* mihi erit, donec ſtabilitum fuerit teſtimonio antiquo.

In Hephaeſt.

*p. 165. ſic ſaepe praeſul ut amtruat, vulgus redamtruat.

STEPHANUS BERGLERUS.

In Ariſtaen.

p. 10. Adſentiatur nemo. *coecutientes* vident.
p. 193. non accedo. Graeca *non ſatis intelligit*. alias non mutaſſet.

†GREGORIUS BERSMANNUS, & JOACHIMUS CAMERARIUS.

Ex Praefat. in Philen: quae ſic incipit:

Philen ad te mitto non ſpurium illum & adulterinum, quem ex *ergaſtulo ſuo* in publicum protruſit G. B. . . . non potuit non *facinus* illud hominis non ineruditi mihi (*homini modeſtiſſimo & minime inepto*) & temerarium videri & *ineptum*. quia autem B. non minus *temere & inepte* omnia *praeceptoris* ſui *commenta* . . . omiſſis Critici *ſomniculoſi ineptiis* . . . ſyllabas dimenſus eſt adeo inperite & adeo *incondite*, ut ipſi tyrones ea & melius & felicius praeſtare poſſent.
p. 7. diſcipulus & praeceptor.
p. 16. diſcipulo cum magiſtro.
p. 29. Bersmannus cum Joachimo ſuo.
p. 40. B. & C. *peſſime*.

p. 72.

* Praeſul eſt Scaliger, e vulgo Bentlejus. quem vide ad Callimachi fragm. 118.

† Quia in ἐξεϊάσει mea & aliis in locis cauſſa hujus de literis meritiſſimi viri jam acta fuit, paucis contentus ero.

p. 72 cur hic ſilebat B. cum praeceptore ſuo & non legebant *boni*.

p. 96. *nugas* non amo, & parentibus ſuis C. & B. relinquo lubens.

p. 169. B. nullo jure aut *judicio*.

p. 205. B. pro . . *peſſime* ſcripſit . . . quod *peſſimum* illud . . . excluſit, & *ineptiis* viam ſtruxit: fallor aut bonus diſcipulus in eo ſecutus eſt *bonum* magiſtrum.

p. 227. B. & C. ediderunt. nihil *exoletum* magis aut inconditum.

p. 278. *caecus* diſcipnlus, *caecus* magiſter.

* p. 288. diſcipulus cum praeceptore ſuo legit. παραυλίκ' ἀποτέθνηκε. τὶ δεῖ φαρμάκων. infeliciter profecto: nam ſic verſus ſenarius etiam non incedit, ſed reptat. cur non legebant boni?

Παραυλίκ' ἀποτέθνηκε, φαρμάκων τί δεῖ;

idne calidius videbatur Criticis adeo modeſtis? rideas, rideas licet.

† p. 306. Berſmannus & Camerarius haec ita conſtituerunt & accommodarunt ad captum ſuum . . . ho-

* Imo ride Pavonem, qui tam violento remedio opus eſſe putet, ut verſus recto incedat talo. modo ante δεῖ placuiſſet Berſmanno ϛ inſerere, verſus ſe athletice habuiſſet. obiter dicam, Berſmannum in praefat. Philae p. 26. profiteri, ſe *in metro nihil tentaſſe: ſed Camerarium ſecutum.* Si crimen quod obtemperarit tanto viro, illud ſemel in praefat. monuiſſe ſatis fuiſſet. iniquiſſimas proinde paſſim in Berſmannum cavillationes Pavonis eſſe adparet ſuper metro. de eo enim cavebat Camerarius.

† Haeccine inpune evomi ab diobolari hoc literatore in

homines digni, ita vivam, quibus *ferularum inſligantur ictus:* nihil *pejus* aut *perplexius.*

p. 320. *quam acute, quam ſuaviter, quam ſcite.*

SAMUEL BOCHARTUS

in Horapoll.

p. 335. illud diſplicet Bocharto qui in ejus locum ſubſtituit . . non poterat *infelicius.* nam ſic *peſſime* ſequitur . . . & *qua fronte* igitur ab ipſo . . . auxilium petere potuit vir doctus? id ego mehercule ignoro & mera *ſocordia* factum eſt.

p. 385. an Baal Aruch pro magiſtello obtrudendus? *ineptiae ineptae.* & ſic virum eruditum miror ſcripturae publicae adeo adverſum. ſed ſcio quod accidit ei: nova & hactenus inaudita oculos ejus effaſcinarunt, & ut magiſtrum Hebraeum obſtringeret ſibi, Graecis inſciis & ignaris teſtimonium denunciavit pro arbitrio ſuo. ita fieri ſolet ut lepidiores ſciunt.

In

in J. Camerarium, virum de quo J. Douſa in Plautin. Explic. p. 114. hoc elogium dedit. *flos ille Germaniae ſuae, imo univerſae adeo Europae ornamentum.* & J. Rutgerſius L. I. V. L. c. 10. *Germanorum qui haec ſtudia coluerunt maximus.* Deſinant Germani quidam Batavis nonnullis, qui neſcio quos centonum conſarcinatores, ludibrio exponunt, ſuccenſere, & juſtiſſimam in hunc canem convertant iram. „Vah! „ literas, quae ab humanitate ſortiuntur nomen, ita „ contaminari, ita omnium ſibilis exponi, a quodam „ lucifuga, qui, omni humanitate relicta, barbam „ colit, & odio turgens ſuaviſſima Muſarum ſacra „ triſtiſſimo vultu adire audet.“ Haec Menandrea p. 99. quin in ipſum Auctorem mirifice conveniant, nemo dubitabit.

In Phile. *

p. 25. Berſmannus inepte hic . . . neque melius Bochartus.

p. 193. in his *peſſime* utrumque genus miſcet.

JOANNES BRODAEUS.

In Q. Calabro.

IV. 558. Brodaeus augurabatur . . . perquam *inficete* & perquam *incongrue*, ita vivam & valeam.

VI. 267. IX. 461. XIII. 268. *inepte* Brodaeus. *ineptiſſime* Dausquejus.

VII. 224. Brodaei *ξᾶνι peſſimum* eſt. *pueri* vident.

X. 273. qui aliter ſentit, nihil ſentit. Brodaei & Dausqueji commenta *riſum* mihi incutiunt.

† CORNELIUS VAN BYNKERSHOEK.

In Phile.

p. 285. quod fruſtra ſuſpectum erat Juriſconſulto, qui noviſſime legem illam explicuit ſatis *verboſe*.

JOA-

* Igitur & Bochartus *inepte*. ex cujus tamen divite penu ſaepe loca cum pulviſculo aufert. ex. gr. in Horapoll. p. 305. *ubi reponendum ἀνασεισιλλᾶσθαι* vel ἀνασεισιλλῶσθαι. ita jam juſſerat Bochartus in Hierozoico p. 726. & H. Stephanus antea in Lexici Indice. & plura ibi ſublegit ex notis ad Pollucem L. 4. §. 138. in loco autem quem p. 307. laudat ἀνάσιλλος. bis cod. meus agnoſcit. p. 306. Peſſima *illa mutatio*, quae ablegunda eſt *ad ipſos corvos*, eſt Sylburgii ad Etym. M. Cujus libri Auctor p. 309. *ridiculus* eſt. ille enim deducit ab ἴλλος. In eodem Horapoll p. 340. quatuor loca ex Bocharto corraſit. ita & graſſatur p. 365.

† Nec ab ampliſſimo & doctiſſimo Curiae Hol-

 lan-

JOACHIMUS CAMERARIUS.

vide in *Berſmanno*.

* GUILIELMUS CANTERUS.

Anacreonte.

p. 61. G. Canterus . . . exponit . . idne probabimus? *nequaquam* certe . . . . hoc autem nihil ad ſcutum. *pueri vident* & nihil apertius.
p. 96. nollem factum. nam ſic ſatis *craſſe* erravit vir Graece eruditiſſimus.

Ariſtaenet.

p. 271. quod ego tamen etiam non ſatis probo: *dabo meliora: id ſpondeo: & ſpondeo tibi certo.*

ISAA-

landicae Praeſide maledicam abſtinere potuit linguam, quem taxat ſuper Libri ſingularis ad L. IX. D. de lege Rhodia. cap. IV. p. 288.

* Modeſte ſane pro petulantia ſua reprehendit Canterum: niſi quod eum *pueris caeciorem* innuat. modeſtiam forte ab ipſo inpetravit popularitatis jus: quo merito & ipſe Pavo, ſi memini, elogium reportavit. & nos Hollandos ſolere in cives uti laudibus profuſioribus catiſſime animadvertit dudum Hieronymus Gundlingius. homines ſumus. utinam hoc peſſimum Batavorum vitium. Legi in epiſtola quadam Joannis Beverlandi ad Jacobum Perizonium data. *Cum Gallorum alter alterum ſemper collaudet, fragilitatesque fratris involvat taciturnitate & charitate: Belgae omnes in fermento calumniandi.* Sed ita erat olim ſcilicet, cum Beverlandus vivebat.

* ISAACUS CASAUBONUS.

De Alea.

p. 96. ad Vopiſcum, ad quem ſuas *inanias conſcribillarunt* viri egregii.

In Anacreonte.

p. 94. Caſaubonus ea una cum hoc loco accipit *perperam* . . . *perperam* ut dixi . . igitur hoc loco *non recte* expoſuit.

In Ariſtaenet.

p. 23. qui legebant . . vulnus non ſanarunt, ſed tetigerunt, & in verbis nectendis *caecutierunt miſere*.

p. 270. illud *marcidum* eſt, & rem non occultat ſatis.

p. 102. ſatis *marcide*.

† NICOLAUS CAUSSINUS.

In Horapoll.

p. 301. de quo Cauſſinus adeo *inepte*, ut nihil *ineptius*

* Si nec princeps hic in literis Graecis vir hos Theoninos effugere potuit dentes, quid ceteri nos ſperare poſſumus, qui certe ad Pavonem comparati bimulorum inſtar ſapimus ſinguli & omnes. egregios autem illos viros, qui *inanias conſcribillaſſe* dicuntur, noſti procul dubio, nempe Caſaubonum & Salmaſium! Vae autem miſero Caſaubono, ſi quando hypercriticus noſter Athenaeum edat, tum adparebit, ex triginta emendationibus & explicationibus vix unam eſſe unius aſſis. promittit autem hanc opellam in Horapoll. p. 284. *tentabimus ſuo loco.* & p. 360. *plura ſuo loco.* & ad Anacr. p. 94. & aliis locis.

† Quam craſſis typothetarum erratis conſpurcati e manu Pavonis mittantur auctores, alias patebit. hic interea habemus inſigne ſocordiae talis ſpecimen. Nicolaus enim hic *Cauſſinus* per triginta paginas in prima fronte vocatur Joannes a p. 237.

tius excogitari poſſit. neque juvat *bonum* locus... *pueri vident*, & in re clara verbis parco lubens.

p. 325. C. de his adeo *inepte*, ut nihil *ineptius* excogitari poſſet. id omnes vident *nunc*.

p. 333. Quae N. C. hic comminiſcitur ejusdem commatis ſunt, cujus reliqua ejus viri, id eſt, *diſtorta atque inepta*. * Salmaſius tamen ad Solinum

Sed homo hiſtoriae literariae callentiſſimus forte haec ex Archivariis quibusdam hauſit.

* Tune Salmaſium Cauſſini notas *callide compilaſſe* adfirmas, ſycophanta depudoratiſſime? Salmaſius ſcilicet indiguit Cauſſini opibus? quî tu ſcis an non Cauſſinus haec debeat Salmaſio a ſe conſulto? re vera quidem in explicatione vocis διὰ μέσυ & καθίζειν convenit Salmaſio cum Cauſſino: Sed verbo καθίζειν ineſſe ſignificationem activam *deponere* docuit dudum ante. Cauſſinum Caſaub. in Theocr. Lect. C. I. Liban. Ep. MCCCII. ἐκάθισε κλαίοντας. Et διὰ μέσυ certe *mediante* ſignificare aliunde quam a Cauſſino ſcire potuit Salmaſius. quin eo ipſo loco utrosque compilas τὸ καθίζειν accipiens active. Sed vertis *adducere*. quam ſignificationem debebas probaſſe. verbi natura *motum continuum* non ſignificat, ſed *quietem* vel *motus finem*. notat *deponere*, ut patet ex exemplis a Caſaubono adductis. deinde διὰ μέσυ *per medium; mediante illo* ſuſpectum tibi eſt, quia exempla non adducuntur. at non dubito, quin iſtam ſignificationem ſtatuminare potuerit Salmaſius, quamvis mihi & tibi ejus exemplum jam non occurrat. Vide hinc, Pavo, quam mali exempli ſit, ita modo ſignificationes vocum in medium adferre ſine auctoritate, quod tu facis millies minus probabilibus in locutionibus. Sed διὰ μέσυ quod tu reponis, ubi *in medium* ſignificare didiciſti? *per medium* notat? non *in medium*. ut διὰ μέσυ τοσύτυ, *per tantum intervallum*, ap. Liban. Ep. MXXIX. quod

num p. 462. *non nominato* Cauſſino, ad normam eorum *callide* accommodavit ſua. hominis eruditi *commenta* probare non poſſum.

p. 352. quod Cauſſinus notat longe *ineptiſſimum* eſt, & cachinnos meretur ſolutos.

p. 353. fateor hoc *lepidiſſimum* eſt hominis commentum, & ipſi *pueri* in hac luce literaria ridebunt forte. Iterum *caecutivit* ſupra omnes alios. a Sole ad ſtatuam Apollinis confugit *bonus:* credo ut ibi tutus eſſet ab *ineptiarum* & *ſocordiae* poena. nam nihil *inſulſum* magis hoc loco. melius quam *patris Jeſuitae* ſomnia. *

p. 380. 381. C. *ineptias* non moror: *inepte* etiam & *pueriliter.*

GIS-

quod etiam ablativo exprimitur. Ariſtaen. II. 12. 12. πολλῷ τῷ μέσῳ παρελθεῖν. ſignificat praeterea *in medio. inter duo.* Ariſtaenet. I. 18. τὸ δὲ διὰ μέσου. ut corrigendum e Platon. Polit. V. p. 474. Longin. C. X. p. 86. Ed. Toll. ἐγκαταστάττοντες διὰ μέσου. *inter alia ponentes.* Idem C. XXII. p. 142. διὰ μέσου ἐπεισκυκλεῖν. *inter duo vel plura aliquid aggerere.* vide Hephaeſt. Schol. p. 92. οἱ διὰ μέσου ἀνάπαιστοι. apud Ictos διὰ μέσου ſaepe notat per *nuntium*, *per epiſtolam.* quod ſane Salmaſianae notioni proximum. vide Harmenop. L. IV. T. I. §. 21. & T. IV. §. 5. at tu tuum quoque probas; unde? εἰς μέσον παριέναι. *ipſi tyrones tenent & ſciunt*, *in medium prodire.* Sed praeſtat nulla exempla quam tam diſparia laudare. Audaciſſime eodem loco διὰ μέσου αὐτοῦ, ὡς τινῶν γνωμόνων mutas in διὰ μέσου, αὐτῷ, ὥς τινι γνώμονι. & *facillimam* correctionem vocas. Et hoc ignoſcimus; non quod talia in Salmaſium audeas, furum literariorum ſagaciſſime! poteratne ulterius hominisne dicam an canis inpudentia progredi!

* Quid attinebat hic poſt fere ſeculum Cauſſino

GISBERTUS CUPERUS.

In Horapoll.

p. 311. Cuperus in ſuo [*non in alieno*] Harpocrate de Sera hic *perperam* cogitat . . . ſed ea etiam *infeliciter* tentabat vir doctus.

ANDREAS DACIERIUS.

In Anacreonte.

p. 195. illud nunc procul ablegandum eſt ad *ipſos corvos*. quid tamen Dacierius? ille conjecturam iſtam audaculam arripuit, eique adjunxit ſuam longe adhuc *audaciorem* . . . rem *lepidam*, puto, & jocoſam: nihil *ridiculum* magis ejus *ineptiis*.

p. 215. quo commento nihil *audacius*, dicam & *ineptius* . . . *nugae*, *nugae*, quae cum *peſſima* corrigendi *audacia* faceſſant ad *ipſos Corvos*.

ANNA DACERIA,

Tanaquilli Fabri filia.

In Anacreonte.

p. 82. Erudita Tanaquilli Fabri filia *legit . . . *perperam*

no ſectam ſuam exprobrare, & praecipue Jeſuitae minime malo, ut teſtatur Patinus in Sylloge Epiſt. Brantii p. 200. aegre jure ferres, ſi quis tuam ſine cauſa divulgaret.

* Daceriae ſententiam humanis verbis, ut decebat, jam improbarat Longuepiereus, nec Pavonina opus erat Φηχείᾳ. Sed urbaniſſimus Polyphemulus noſter (frater ejus natu major, qua comitate in Galateam uſus ſit, in vulgus notum) ſemineum ſexum demereri procul dubio voluit, & luce meridiana clarius oſtendere Annam hanc, qua Gynaecea adhuc gloriata fuerant, re vera fuiſſe ſtolidam & ridiculam mulierem.

peram certe. deinde *inepte* Bacchus ⁚ . quare *commentum* illud *muliebre* non uno modo peccat.

p. 189. quo nihil ita vivam ac valeam *ſtultius* & *ridiculum* magis.

p. 221. a Stephano decepta ſine dubio *mulier* erudita: quae hic *miſere caecutivit*, & ea ſcripſit, quae *fuſum* potius redolent quam doctas librorum chartas. *apage* illud, *apage* alterum . . . nihil horum vel *caſſa nuce* dignum eſt. nam in vulgus vulgatum.

p. 238. qui legunt, *ineptiunt* ſtrenue, & *riſum* mehercule debent.

JACOBUS DALECAMPIUS

In Horapolline.

p. 318. D . . . ad ipſam Aegyptiorum originem refert. *inprovide* & nullo *judicio*.

In Phile. *

p. 313. hoc novum: hoc inauditum. ita tamen leguntur verba Athenaei ab omnibus, ita ab erudito Medico vertuntur Latine. nihil *inſulſius* mehercule, nihil *oſcitantius* unquam vidi.

JOAN-

* Inter hos eſt Iſ. Caſaubonus. qui ita ſentit ad Athenaeum. Deſcende igitur de ſella curuli, Iſaace, & locum qui tibi indicabitur, inter *inſulſos* & *oſcitantes* cape, iſtis in ſubſelliis. age, exſurge & excute ſimul pulvinum: ut molliculas ponat molliter clunes, qui unus iſta ſede dignus inventus eſt, Orbis litterarii indefeſſus Atlas, Joannes Cornelius Pavus.

JOANNES DAVISIUS. *Anglus.*

In Anacreonte.

p. 101. *perperam* & *inprudenter* ita legebat. nam ut nihil aliud dicam . . . . *

CLAUDIUS DAUSQUEJUS. †

L. II. 196. *Tortuoſa* ſunt, quae D. in medium adfert, ut *omnia* fere, quae ex *tortuoſo* illo *cerebello* enata ſunt.

Vs. 223.

* Id eſt, ne vel *inſulſum* vel *ineptum* vocem. pluſculas in Anacreontem Daviſius habet emendationes, ut ad Ciceronis L. II. de N. D. c. 47. quas, ſi bene memini, ad unum omnes inprobat. hanc dum condemnat, ſimul compilat. nam ex eo ſumſit ὖμιν. Sive ut Noſter ſcribit ὔμιν. quod accentu peccat. Scribitur enim ὖμιν vel ὐμὶν, quando corripienda ſyllaba. videatur H. Stephanus de Dialecto Attica p. 195. quod ſaepe reſtituendum Sophocli. Dores ὔμμιν ἄμμιν. quod Theognidi reddendum vs. 195. 235. & aliis locis. ἄμμιν, ὔμμιν. *Pueri decennes norunt.* & Pavo *qui haec ignorat, proinde pueris eſt inficetior, bis puer, nec tamen ſenex*: Menand. 140.

† Plauſtra convitiorum in hunc virum congeſſit Pavo. Novi quid Lipſius & Gronovius de ipſo: ſed ſola *Orthographia veteris & novi Latii*, & liber de *Terra & aqua* eum a contemtu, nedum a tam indignis injuriis vindicare debebant. pauca adponemus, neglectis locis, ubi ſimpliciter *nugarum & ineptiarum* poſtulatur.

Vs. 223. *putidiſſimo* errore *Bonus* D. ſuſpicabatur. nihil *ineptius* & *ſtolidius* excogitari poteſt; ejus *nugas* adeat, qui volet: hic locum non merentur. *

III. 102. D. *commentum* non moror. nemo ſeparabit: qui *prima linguae elementa* didicerit. quod inperitos *ſeducere* poſſet: & Dausquejum forte *ſeduxit*.

V. 617. legiſtine *ridicula* magis & *inſulſa* .. omnem *ſtultitiam* hercule ſuperant. *nugae* ita vivam & *nugae nugaciſſimae*, quae ego neſcio, quomodo in mentem cujusquam *ſani* & *ſobrii* intrare poſſunt.

VI. 73. *pueri* vident & *bonus* D. *ſtultitiam* certe debet.

440. vide modo D. *balbutiem*, qua chartam *conſpurcare* nolo.

VII. 240. Dausquejum non moror, in *Graecis Tyronem*. quam *belle* etiam . . . .

— 331.

* Imo merebantur: nam ſi vel verae nugae, cum tuis unum pannum concinne facturae erant. ſed in primis merebantur, ut ne tam impune ejus commentarios expilares ſaepe. vin' te convincam e veſtigio, Cace furaciſſime? L. XIII. Q. Calabri vs. 553. ſupprimis Brodaei & Dausqueji notas: at ex iis ſubducis & Hygini & Ovidii & Sch. Arati locum. at plagium ita celare ſperas, quod tu Hyginum laudes in Aſtron. Poët. 2. c. 21. apud eos habeatur Hyg. L. ſign. Coeleſt. 2. in Tauro. Tu notiſſima illa Ovidii recinas: illi Ovid. Faſt. IV. memorent. tibi Schol. Arati, illis Interpres Arati vocetur in teſtimonium. Sed ſimilia plagia ne memoratu quidem digna, cum non erubeſcas aliquando non unam, ſed duas tresve ſimul emendationes ſciens videnſque tibi vindicare, quae aliis debentur. Operire aliquantum, Autolyce; lictores manicas jam expediunt.

— 331. multa ſcribis, o bone, & ſic tamen ſcribis nihil, quod proſit: quantum eſt ſapere. *

404. Criticus *miſellus* & *riſu* mehercule dignus.

IX. 376. haec adſcribo, ut *rideas* hominis *acumen.*

336. poſt quem aliquid *cornicari* voluit criticus *miſellus.*

517. de commento D. non loquor. dignum *morbonia.*

XIV. 380. bonus Dauſquejus non *viriliter* ſed *aniliter ineptit:* nihil *ſtultius* hercule legi unquam.

476. quicquid criticus *miſellus crocitet.*

485. quare ne literam muto cum Σχολαστικωτάτῳ Dauſquejo. †

TA-

* *Multa ſcribis*, o Pave, & *ſic tamen ſcribis nihil quod proſit.* teſtes ſinguli tui libelli, in quibus ſani nihil, omnia vana. auſim dejerare in tot emendatiunculis tuis non eſſe δικάδα, quae ſe viris recti judicii adprobare poſſent. *quantum eſt ſapere*, Pave!

† Dubito ſitne convitium an titulus honoris. hoc fere crediderim, quia Pavo hic Dauſquejum ſequitur: & quia in rebus Conſtantinopolitanis, & temporis iſtius titulis verſatiſſimus eſt. ut patuit cum ex titulo σοφωτάτου conciliare voluit Phileti ſuo ſingularem ſapientiam. Pavo proinde novit *Advocatos* iſto tempore dictos fuiſſe Σχολαστικοὺς. Sed invenio tamen hunc Dauſquejum Canonicum Tornaci fuiſſe. An igitur variandi ſermonis cauſſa poſuit pro homine φορτικῷ, inepto, & qui nec loci nec temporis, nec perſonarum rationem habeat. Ut, ex. gr. ſi quis in conſeſſum virorum gravium invocatus irruat, dum ludo zatricii curas diſſipant: proclametque, ut poſſeſſus a daemone; „ Quid per omnes diabolos tempus zatricio ludendo perditis? ludite Imperatoris „ Zenonis ludum, cujus ego primus mortalium in- „ veni

TANAQUILLUS FABER.

In Anacreont.

p. 60. an igitur cum Tanaquillo Fabro vertendum: cave putes: nihil re vera *ineptius*.
p. 79 T. F. ſuſpicabatur: *audacter & inepte*.
p. 91 & 144 quare *ineptit* Faber. *ineptiunt* alii.
p. 150. & quid igitur T. F. quid alii hic? *ſtultitiam* hercule debent & audiendi non ſunt.
p. 192. Faber hic etiam *nugas* agit.
p. 207. de quibus tamen *nihil oculatus* ille Faber.

CUNRADUS GESNERUS.

In Phile.

p. 292. Interpres Aeliani ſine dubio *nugas egit*, & mentem auctoris non fuit adſecutus.

In

„ veni docuique methodum. *res eſt, quam omnes ignoratis, & nemo tamen ignorare poteſt absque ſummo dedecore.* en Schema, en librum: quem ſemper in ſacco promtum mecum porto Si illum noviſſetis ludum: nullum alium velletis ludere unquam. niſi forte illum, quem Palamedes luſit, cum ante Trojam in caſamattis vigilias agebat: cujus methodum ut nomen meum teneo. nec revelabo tamen facile. audio enim magnum Mogolum, perditiſſimum omnium ludorum amatorem, praemium decem millium aureorum promiſiſſe, qui denuo hanc artem reſuſcitet. quod ſi Ordines mihi vel dimidium conceſſerint: hic manebo. alioquin ἀπέλθω in Mogoliam, ubi inventa utilia pinguius compenſantur." Si ita intellexerit, per me ſit unus & alter Canonicus Τριχολαστικώτατος.

In Horapoll.

p. 333. Aliter de his Geſnerus *in libro de* Anim. Vivipar. quem conſulere potes ſi velis *. ego poſt locum recte conſtitutum aliorum *inaniis* diutius immorari nolo.

JOANNES ALBERTUS FABRICIUS. †

Horapoll.

In Praefat. Interpretes Horapoll. ceteroquin ita ineptire non potuiſſent. Confer Bibl. Graec. T. I. p. 90.

p. 273. Confer Fabricii Biblioth. Graec. Tom. I. p. 87.

In Phile.

p. 347. Confer Miſcell. Obſerv. Vol. I. Tom. III. p. 444.

T I-

* L. I. p. 770. Nam come fuiſſet librum & paginam addidiſſe, Pavo, & ita tempori Lectoris, rei precioſiſſimae, parcere. Sed tu id raro vel nunquam facis, ſine judicio morem ſecutus, quem olim neceſſario tenuerunt; cum libri pauci in capita diſpartiti: vel ex ignaviſſima & maligna inertia: vel potius, ut vero ſimillimum habeo, ne furta tua & παραλογισμοὶ ita facile detegerentur.

† In his locis Virum hunc, nuper magno cum literarum damno vita functum, non quidem compellat: ſed tamen ſolita ſua petulantia tacite proſcindit. Nam ejus Bibliothecam Graecam, licet nominare non dignetur, ſaepe ab amico commodatam inſpexit & compilavit. at, cum Philen edebat, e contrario adparatus ibi expoſitos attracto naſo ſprevit, licet ab amico commonſtratos & commendatos.

TIBERIUS HEMSTERHUSIUS.

De Alea.

p. 126. mittant igitur, mittant Kuhnius & alii ſuas ſenariorum *tricas* & dicant quod dicimus.

p. 149. ad Polluc. L. IX §. 95. jactum ſatis ambitioſe explicat princeps. vix oculis meis credo, cum iſta lego. *Vah ineptiae* longe *putidiſſimae*, quibus tamen *faſtus* & *ſupercilium* ineſt. Hoc moneo virum *acutiſſimum*, qui iſta ſcribens *naſum* non potuit ducem ſequi.

In Menandr.

p. 9. itane ais, ubi *perſpicaciſſimus* ille Hemſterhuſius in ſuis παρεκβολαῖς ad Polluc. de re, quam tu puſillam vocas, ita ſerio ſentit . . . *lepide* ita ſim felix . . . utinam in addendis poſtea hanc ſuam ſententiam non retractaſſet ὁ πάνυ: nam haec talia nos beare poſſunt. *

Hephaeſt.

p. 144. Hemſterhuſius ad Polluc. . . . quod non probare poſſum. debemus in his eſſe cauti, quia locos integros non dedit Hephaeſt. ſi pro . . . dixiſſet, id longe ſpecioſius. [quia Pavoninum]

FRANCISCUS GUJETUS.

de Alea p. 121.

Vs. 19. Gujetus. pro πέτρῳ ad marginem reſcripſerat τ' ἀνδρός. Quod adeo *ineptum* ut nihil ſupra.

* Vide iniquitatem Pavi, qui, quod ipſe doctiſſimus vir emendavit, tamen carpat. in pluribus aliis locis non minus amice cum Cl. V. agit.

ut nihil ſupra. Neſcio ubi mens, ubi oculi ita emendanti.

De Alea.

p. 135. Ad quae Gujetus. quod adeo *ineptum* ut nihil ſupra. *nugae*, *nugae*.

DANIEL HEINSIUS.

In Anacr.

p. 110. Daniel Heinſius ad oram libri correxerat. non modo ſine ulla neceſſitate, ſed etiam absque *ullo judicio.* quare miſere erravit vir eruditus. & ejus conjectura non modo *ſupervacanea*, ſed & *peſſima* eſt. de eo non dubitandum. *

DAVID HOESCHELIUS. †

Praef. in Horapoll.

Male & *nullo judicio* . . . miſere profecto errat & *pueriliter* plane . . . faceſſant, faceſſant *nugae*, quod

* Caveamus ne quid minus cogitati ad oras librorum quotidiani uſus adlinamus: ne, ſi mala fortuna in Pavoni ſimilium manus perveniant, ineptiarum notam non effugiamus. vide aequitatem & benignitatem *duri* & *πεμνιυ viri.* Menand. p. 59.

† Sive ut paſſim vocatur *Haeſchelius:* quemadmodum etiam ſcribit centies *Tragaedia. Comaedia. Phaeniſſae. Phaenix. ſolaecum.* utinam ὁ δεῖνα viveret, qui aliquando philoſophicam Studioſi diſſertationem de PHOENOMENIS tam acriter caſtigavit! quam tu illi vapulares, Pavo. minus autem haec vitia ipſi inputarem, niſi certus eſſem, ipſum corrigere typothetica ſpecimina, & miſero correctori panem invidere. alioquin eadem vitia non poſſent eſſe tam

quod in aliorum ore *ineptum* eſt, in ore Hoeſchelii *ineptiſſimum* eſt.

p. 289. Menda leviſſima obſidet locum, quam Critici *inſulſi* non potuerunt deprehendere.

p. 325. Hoeſchelius referebat ad ſplenem: vix dicam quam *inepte. apage, apage nugas vere nugas.*

p. 343. errat *lepide.*

p. 357. perperam haud dubie & *inepte.*

p. 365. *inepte* & absque ullo *judicio.*

p 391. Mercerus *ineptit.* H. mallet: non mallem ego, quia longe *ineptiſſimum* eſt.

LUCAS HOLSTENIUS.

de Alea.

p. 121. Videatur p. 57. Vanni hujus. ubi animadvertimus Holſtenio inſultari, quia Πέτρος ſcripſerit in Ste-

phano

tam conſtantia. exempli gratia, vix invenies librum Pavonis ubi non toties ad minimum *ellypſis* quam *ellipſis* occurrat. jam cum toties mutet Bibliopolas (ſive potius mutare cogatur, quia forum vertere nolentes, mercem malam caro emere iterum detrectant) non veroſimile, ſemper eundem praelo adfuiſſe emendatorem: niſi ipſe Pavo fuerit. Et ſane genii adeo duri, & ſtupidi homo hanc artem exercere deberet ſolam. Sed negligentia & ſocordia, imo inſcitia inpedirent tamen, quo minus & bonus ſpeciminum corrector eſſe poſſet. quicquid ſit, Pavo, licet in ἐξελάσας admonitus, *ellypſis* omnibus paginis ceu egregium emblema inſerit. In libello Gallico nuper multas quoque *eclypſes* Lunae & Solis obſervavi. illi Pavoninum oraculum conſuluerunt procul dubio. quare forte in poſterum *Eclypſes* & *Ellypſes* ceteri quoque hujus claſſis eruditi ſcripturi videntur.

phano Byz. pro πέτρ@·. * re vera Pavus minutiarum pater dici meretur. nam, credo, decies in Hephaeſtione graviter admonet lectorem, majuſculam literam pro minuſcula a ſe reſtitutam. p. 117. *in Edit. Turnebi majuſculae paſſim neglectae ſunt, quas in hac noſtra expreſſimus paſſim.* p. 120. *Majuſcula hic male moratur.* p. 122. ὐδὲ. *diſtinctius ſcriberetur* Οὐδὲ. εὖγε, εὖγε ineptiarum: in quibus ipſis tamen ſaepe peccat.

THOMAS HYDE, *Anglus*.

de Alea.

p. 94. in quem praeter Rutgerſium *miſere impegit* Th. H. cujus *commenta* ſi ſequaris, plane *deſipuit bonus Iſacius.* Tu virum eruditum adi, qui in Graecis *errores* certe commiſit plures, qui . . . . *maſcule nugantur.* quae ipſi *imberbes* aliter habuiſſe ſciunt. haec omnem *fidem ſuperant*, & non poſſunt ſine *ſtomacho* legi.

p. 145. H. *infeliciſſime* de hoc jactu. *apage, apage nugas.*

p. 146. de jactu hoc *peſſime* etiam Ludorum orientalium ſcriptor. Hercules tuam fidem, ita *aberraſſe* virum doctum.

GOTHOFREDUS JUNGERMANNUS.

de Alea.

p. 97. ita certe viros eruditos ſenſiſſe ſcio, ſed *perperam & inepte.*

p 128.

* Felix H. Stephanus quod non obſervavit in Edit. Anthol. p. 316. L. II. legi Πέτρ@· ἔτη Νιόβα. nam linea tranſverſa indicat nomen proprium. beatum praedico, quod latuit. alioquin inter lapides quoque locum accepiſſet.

p. 128. omnes Hemſterhuſius, Kuhnius, Bentlejus &c. quia de verſibus ſenariis *ſomniaverunt* alte.
p. 130. ſenariorum artifices id *jugularant* adhuc pejus.

JOACHIMUS KUHNIUS. Vide *Jungermannum.*

LUDOVICUS KUSTERUS.

de Alea.

p. 150. id Suidae editori nupero etiam placuit . . . *belle*, ita ſim felix. hoc *novum*. ſed quid moramur & *nugis* inhaeremus.

In Phile.

p. 87. pro quo Suidae editor nuperus *peſſime*, & *nullo judicio. ineptus* ille *Criticus* in Suida centena *peſſime corrupit*, & ſi Heſychium eadem *inperitia* tentaſſet, plures ei intuliſſet plagas, quam olim ab ipſis Amanuenſibus accepit. *

LONGUE-PIERRE. †

Vide *Annam Daceriam.*

PHILIPPUS JACOBUS MAUSSACUS.

In Epiſtola Vibio praemiſſa.

Sic ſentit Mauſſacus, verum enim vero id credat Ju-

* Hercules tuam fidem: En in Kuſtero Cornelioli noſtri imaginem ab ipſo artificioſiſſime expreſſam ad vivum; *nam peſſimus & ineptiſſimus Criticorum corrumpit omnia prae imperitia.* Sed bonus pictor ſit Pavus, modo malus vates, & omen ejus mendax futurum eſſe egregiam ſpem alo ex iis, quae de Kuſteriano labore olim & nuper accepi.

† P. 203. in Anacreonte, frigido joco *Longum Petrum* eum vocat Joannes noſter, homo longiſſimus & fatuiſſimus. τεσσαρεσκαιδεκάπηχυς ἀνήρ.

Judaeus apella, non ego: nihil, ita ſim felix! *inficetius* foret, nihil *anilius*. ad divae criticae provoco tribunal.

& paulo ante.

M. vere *delicias* agit & *audiendus* non eſt.

AEGIDIUS MENAGIUS.

Anacr.

p 129. Interpres Gallicus librum AE. M. vidit, in cujus ora . . *nove* profecto & *inepte*.

p 148 Regnerius Menagium laudat, qui haec ita legerit:

Ἴδε πῶς ἔαρος φανέντος
Κάλυκες ῥόδα βρύουσιν.

non adſentior, nec adſentiri poſſum . . . *abſit, abſit* . . . quare *apage*, *apage* illud κάλυκες, quod *nomen generale* * eſt, & nihil in ſe habens eximium, ipſas

* Vel inſcitiae vel mendacii poenas debet, vocem κάλυκες *generalem* eſſe adſeverans. nam in centum locis ad roſas reſtringitur, & pro ipſis illis floribus ponitur; Sch. Nicandri Theriac. 638. κάλυξ ἢ τὸ κεκλεισμενον ἄνθος τοῦ ῥόδου. Etym M. κάλυξ ἄνθος ῥόδου μεμυκότος. Anth. III. p. 229. Anth. IV. p. 332. 375. Anthol. VII. p. 452.

—— λάμπουσ' ὡς ῥόδεαι κάλυκες.

L. VII. 486.

Καὶ ςόμα πορφυρέης τερπνότερον κάλυκος.

Muſaeus vs. 57.

Ὡς ῥόδον ἐκ καλύκων διδυμόχροον.

Ex quibus locis ſatis patet notionem vocis κάλυξ ſaepe

ipſas roſas hic omni venuſtate & pulchritudine privat.

JOSIAS

pe reſtringi ad roſam: Addamus haec exempla ex Anthol. inedita.

> Μᾶλλον τῶν καλύκων ἐρυθαίνετο, &
> Γυμνὴν Ἀντιφίλου ζητῶν χάειν, ὡς ἐπ' ἀκάνθαις
> Εὑρήσεις ῥοδέαν φυομένην κάλυκα. &
> Τὶς κάλυκας συνέκρινε βάθῳ.

Confer Theocritum Idyll. V. vs. 93. quamvis alioquin κάλυκες de omnibus floribus & frugibus. Sophocl. Oed. Tyr. 26. ἐγκαρποι κάλυκες.

Sed infeliciter philoſophatur & alio loco circa roſam. Carm. LIII. vs. 41. legimus:

> Μακάρων Θεῶν ὅμιλος
> Ἀνέτειλεν ἐξ ἀκάνθης
> Τὸ ῥόδον. *coetus Deorum*
> *roſam oriri fecit ex ſpina.*

contra quod corollarium ita inſurgit Dialecticus noſter. *Sed an eo poſito recte ſequitur de Deorum ſenatu* ἀνέτειλεν ἐξ ἀκάνθης? *haud puto. nam ſic* ἐκ κάλυκος *ſcribere debuiſſet homo: quia non ex ſpina, ſed ex calyce ſurgit flos. & haec etiam eſt* ἀκυρολογία.

Nihil vidi, ita vivam & valeam, ineptius aut anilius hac criſi: cujus fatuitatem quisque mecum videt ſtatim, qui non oculis captus eſt. quare verbum non addo, nec nugis refutandis immoror, quae ſe ipſae refutant ſatis.

Accipe tamen haec duo loca & junge illis modo laudatum qui incipit Γυμνὴν. Ex Anthol. ined. Meleagri.

> Ναὶ μὴν Ἡράκλειτον ἐπέπλεκεν ὡς ἀπ' ἀκάνθης
> Ἓν ῥόδον.

Et ipſiſſima verba hoc verſiculo habet Joannes Grammaticus apud J. Rutgerſ. Var. Lect. L. II. C. VII. v. 360.

> Καὶ ῥόδα μαρμαίροντα φίλης ἀνέτειλεν ἀκάνθης.

JOSIAS MERCERUS.

In Horapoll.

p. 293. quod addit M. *ineptum eſt* & *Graeca* non ferunt: *pueri vident & ſentiunt* etiam, quam *marcidum* ſit illud ipſum.

p. 337. miror Hoeſchelium & Mercerum . . . nihil *inſulſius*, nihil *indignius* horum Eruditorum ingeniis

p. 349. nihil *ineptius* eſt, quam quod Mercerus hoc loco habet

p. 388. 391. Mercerus *ineptit*.

In Ariſtaeneto.

p. 5. inepta lectio. Mercerus longe *ineptius*.

p. 8. interpres dixit quod voluit & tamen *balbutiit miſere*. p. 127. eadem.

p. 66 interpres . . *apage nugas* vere *nugas*, & viro erudito plane indignas.

p. 69. M. facit, quod *Naſuti* facere ſolent ſaepe.

p. 102. M. error ſatis *inficetus* σκμανείσης * αὐτὸν: nam

* Videtur omnino error typographicus: nam exempla adducta probant doctiſſimum virum voluiſſe σκμηνάσης. contra ſtas, gladiator ſine miſſione pugnans! quid ſi ergo hoc eodem in loco, eodem in verbo, inficetiorem errorem commiſeris, qui in participii aoriſto flectis σκμανεὶς. inſpice editionem tuam. totidem literis habetur. *barbatulo ciconiam pingite pueri*. Menand. 144.

nam ita non loquuntur Graeci, ut ipſi *tyrones* ſciunt: ſic ſaltem dediſſet ἐκμαινούσης αὐτὸν vel ἐκμηναίσης αὐτὸν: quo eum attrahere poterant ipſa exempla adducta.

p. 103. M. male. quare cave ita *incondite* & *perplexe* legas.

p. 105. locus peſſime habitus, cui reſtituendo *impar fuit ingenium* Merceri.

p. 152. M. *promiſit*, quae *non praeſtitit:* & ut videmus ex *notula* ejus, rem *parum feliciter expediviſſet.*

p. 154. Mercer. quo nihil *exoletius.*

p. 166. Mercerus *putide ineptit.*

p. 169. alterum non eſt *unius aſſis* & dignum *morbonia.*

p. 229. *apage*, *apage* Merceri *nugas*, ne quidem boni habentes ſpeciem.

p. 246. acutum eſt, quod Mercerus ex *notiſſima* adfert Sapphus oda, ſed *judicii fulcro* non ſubnixum.

p. 258. M. *ineptiſſime.*

p. 266. *miſere erravit* M. *

JOAN-

* Quam longe abiit petulcus noſter Cornelius a conſilio ſaluberrimo, quod Lucas Holſtenius in Epiſt. V. ſuggerit nepoti ſuo Petro Lambecio, editionem Ariſtaeneti paranti: *Illud autem*, Vir ſummus ait, *ſi me amas & tuam famam, quam cautiſſime cave, ne Merceri politiſſimi & humaniſſimi viri manes vel uno verbo laedas, etiamſi manifeſta ab eo diſſentiendi ſit cauſa: ita enim ejus virtus, doctrina & ſingularis modeſtia meretur.*

JOANNES MEURSIUS.

de Alea.

p. 42. quid M. ex *porta eburnea* ita ſim felix. *ſomniavit lepide*, & vocem mere Latinam (Δίβος), quae in epigrammate Graeco exſtabat, *perperam* pro voce habuit mere Graeca. nihil *ſuavius*. hoc vident omnes. de loco Arnobii egimus alibi, nec in eo quidquam praeſidii eſt *ſomniculoſo* commento.

FREDERICUS MORELLUS.

In Phile.

p. 74. Morellus eadem qua Camerarius & Bersmannus *intemperie*.
p. 75. Morellus θηρᾶται εὐθὺς. *quantum eſt ſapere.*
p. 76. taedium quod iſtae Cam. Bersm. & Morelli *inaniae* animo adferunt, ita parumper minuam.

THOMAS MUNKERUS.

Anacreonte.

p. 51. Conjectura M. non eſt inelegans, ſed quavis *aura levior* . . . *abſit*, *abſit*. Si *judicio* fuiſſet uſus acri: nunc etiam *nimium* tribuit conjecturae ſuae. nihil igitur mutes, *ſi ſapias.*

PHILIPPUS PHASIANINUS.

Horapoll.

p. 342. *ineptiſſime* Phaſianinus, qui *ingeniolum* ſuum ſecutus eſt.

Praefat. Horapoll.

Ingeniolum ſuum ſecutus eſt homo *Italus*.

[Quaſi non & aliarum nationum viri ſuum ingeniolum ſequerentur. & qui illam Cynoſuram ſequuntur, licet obtuſiori lumine fulgentem, eſt, ut portum attingant. at tu qui in ſtuporis, ignorantiae, δοκησισοφίας tenebris ſemper jactaris, non poteris non ſemper naufragium facere.]

JOANNES PIERIUS VALERIANUS.

Videatur p. 50. hujus Libri. ubi *bonus*, *animi boni*, *ineptus*, *inſulſus* & *fallere* dicitur Criticus hic praecellens.

AEMILIUS PORTUS. *

Anacr.

p. 215. qui legunt . . *miſere ineptiunt.*
p. 233. *faceſſant igitur*, qui ſcribunt . . *nugae, nugae.*

LAURENTIUS RHODOMANNUS.

In Calabro.

I. vs. 279. *ridiculi* ſunt, qui talia comparant.
II. vs. 229. *perperam & inepte.*
III. 601. R. *caſſa nuce* non eſt dignum.
V. 176. R. vocem moleſtam in verſione *callide* neglexit. †

VI. 617.

* Inter hos Portus ad Lyricos p.233. vide eandem paginam Lyricorum.

† Imo ſic tibi emendationis anſam praebuit ſeu verae ſeu falſae.

VI. 617. re vera *ineptiſſime* R. ita *ineptiiſſe* miror.
645. R. βαθύσκιον ἠέρα *ineptias* alit. *
VII. 224. interpretum commenta non placent. R. *inepta & audax eſt conjectura.*
680. in ſententia R. *miſere coecutiit.*
VIII. 4. *inepte & inperite* R.
X. 38.

* Imo tuum βαθίςην marcidum & ineptum. legitur:

Εἰ μὴ νὺξ ἐπόρουσε βαθὺν ἠέρ' ἄγουσα.

Semipes deeſt verſui. Dausquei βαθεῖαν ἐπ' ἀέρ' ἄγουσα nec mihi diſplicet: quo contentus fuiſſe debueras. veroſimilius tamen θοὴ ut Rhod. vel βροτοῖς ut Scaliger, deeſt. Sed videamus porro ineptias tuas. increpas D. quod docet ἠέρα aliquando cum feminino copulari. & *caliginem*, tu ais, notans *feminine* effertur. *pueri ſciunt. quare* βαθὺν ἀέρα *nullo modo probare potes.* An igitur negas praeſracte ἀὴρ *caligo* unquam *maſculino* efferri? aliter ſtatuit Euſtath. ad Il. E. vs. 776. aliter multi ſtatuunt ad D. Pauli Epiſt ad Epheſios C. II. vs 2. ſed idem negas ἀὴρ *aer* feminine efferri ad L. XII 93. „ἠέρα πᾶσαν ὕπερθε. *ſcribendum* ἠέρα πάντα. *nam maſculinum eſt* ἀὴρ pro *aëre.*“ Satis pro imperio, Magiſter: corrige igitur & aliis locis tuum auctorem. ut L. IX. 260. κενεὴν ἠέρα. vs. 264. εἰς ἠέρα μακρήν. ita enim edidiſti ex Ald. cum Rh. (juxta te ſaltem recte) edidiſſet μακρόν. Sed ut ſis *Joannes Contrarius in aeternum*, tibi ipſi ſaepe adverſaris. at, homo, neſcis centies ἀὴρ feminino genere poni pro *aëre?* vide Dauſqu L. VI. 645. Heſiod. Θ. 696 Moſch. Idyl. ζ. 140. γλαυκῆς ὑπὲρ ἠέρος ὕψόσ' ἀερθείς. praeterea πάντα ὕπερθε hiatum facit: qui a poëta factus decorus, a Critico contra. ſed fallor, ſpiritus aſper adeſt. Erras ergo craſſe, & cum ἀὴρ *caligo* efferri maſculine, & cum ἀὴρ *aer* negas feminine recte adhiberi.

X. 38. & 130. *peſſime* mutavit. *turpiter* hic lapſus R.
XI. 353. R. nimis *durum* & *craſſum* eſt.
XII. 68. R. ἔαϛοις non *unius aſſis* eſt.
XIII. 76. ne R. *ſuſpiciuncula* tibi ſit fraudi.
381. miror viri incogitantiam.
XIV. 121. quod R. *infercit*, *jejunum eſt*.
467. minus *gnaviter & perite*.
649. *nugae nugaciſſimae*, quas hic *crepat* R.

CONRADUS RITTERSHUSIUS.

Horap.

p. 382. *inepte* Rittershuſius. id enim *arena ſine calce eſt*.

p. 384. & hunc R. aliique viri eruditi ſequuntur. vix dicam, quam *ridicule & inepte*.

JANUS RUTGERSIUS.

de Alea.

p. 95. in quem Rutgerſius *miſere impegit* praeter Thomam Hyde.

In Ariſtaeneto.

p. 208. Merceri *inepta* ſunt & *prava*: neque *melius* aut *felicius* illud Rutgerſii.

CLAUDIUS SALMASIUS.

de Alea.

p. 26. & 28. S. *ineptiſſime* ita vivam & *nullo judicio*. Haec ſciunt qui linguam callent & aliquem habent *judicii* uſum. * quare *ineptiit* vir Eruditus & plane aliena *effutiit*.

p. 41.

* S. ſcilicet nec linguam calluit, & judicio deſtitutus fuit ut rana plumis.

p. 41. nonne haec appoſitiſſima ſunt? Sic puto, ita vivam & valeam! faceſſant, faceſſant igitur *nugae Salmaſianae*, quas nunquam legi aut legere potui abſque *riſu. mirum mirum.*

p. 42. aut nihil ſentis, aut haec longe *ineptiſſima* & vere PUERILIA eſſe ſentis ſtatim.

p. 63. S. Schema adeo *ineptum*, ut nihil *ineptius* excogitari poſſit.

p. 65. S. ſtatuit. *inperite* admodum.

p. 79. fateor nihil venuſtius, nihil lepidius [*inventis Pavoninis*] excogitari poſſe. Quare ego Salmaſio me hercule ſuccenſeo, qui iſtas elegantias nobis extorquet & AUDACTER reponit. APAGE, APAGE DIRAM CORRIGENDI LIBIDINEM CUM SUMMA IGNORANTIA CONJUNCTAM . . quid ais, nonne ea Criticum *naſutum* plorare jubent?

p. 85. Salmaſius quae comminiſcitur non *unius aſſis*.

p. 88. ridebis, ridebis Lector, ſi tibi dixero cur ita legit S. ita ſentit *magnus* ille Polyhiſtor. fateor haec *riſum* non merentur, ſed ipſos ſolutos *cachinnos*.

p. 89. *apage*, *apage nugas vere nugas*.

p. 90. commentum *ridiculum*. *faceſſat*, *faceſſat* S. cum infundibulo ſuo OBSCOENO, quod *aeternis tenebris* digniſſimum eſt.

p. 148. *inepte* mutat S. imo qui haec corrigere audet, *ficulneus* ſit oportet.

p. 180. quae *peſſime* S. Amphidi adſcribit. nam hoc eſt *ineptias agere ineptiſſimas*.

p. 188. nihil certius, nihil indubitatius. [*Pavonina ſententia.*] S. de his *infeliciſſime*. vide modo ejus *commenta*.

Ad Hephaeſt.

p. 136. S. inepte. etiam ἥρανος de regina femina plane *rus* olet.

In

In Horapoll.

p. 304. Quid Polyhiſtoris illud? dicam libere: nihil ANILIUS, nihil EXOLETIUS. alia praetereo, & cum *nugis* diutius conflictari nolo.

p. 333. 334. *apage*, *apage* eas cum ipſis illis *ineptiis*, quibus nixae ſunt. Sic *virum Grammaticum* hic, ut *centies* alibi, deprehendes ſibi *adverſum* planeque diſſimilem.

p. 347. vidiſtine *audacius* aut *inſolentius* aliquid? ſic ex quovis facere licet quidvis. & veteres olim non ſcripſerunt nobis, † ſed nos hodie ſcribimus illis. *Apage* tam *diram corrigendi audaciam*. locus non eget tam violento & inſolito remedio.

p. 355. S. cum baſto ſuo *miſere ineptit*.

p. 375. ſic adparet, quam *inepta* ſint, quae Claudius Salmaſius de his ſcribit. *Apage nugas nugaciſſimas*, de quibus nos plura forte alias.

p. 394. ut virum *Naſutum*, ubi tempus erit, *exſibiles digne*.

Q Calab.

III. 233. de Chelidoniis non *multa*, ſed *nimia* ſuo more Salmaſius ad Solinum. hunc locum non vidit. alibi forte plura. [ut Salmaſii *Nimia* temperes]

JU-

† Utinam hujus praecepti unquam ipſe memor fuiſſes: *Virum* Grammaticum, *virum* Commentatorem, *virum* Interpretem in bonos Auctores: non *virum* contemtorem, *virum* calumniatorem, *virum* corruptorem egiſſes, & ad exemplum Euſtathii, Pollucis, Heſychii & aliorum *virorum* Scholiaſtarum & *virorum* Onomaſticographorum & *virorum* Lexicographorum, tuos Auctores explicuiſſes.

JULIUS CAESAR SCALIGER.

In Praefat. ad Anacr. *

Si quaeras, cur non recenſui ſeptem illa fragmenta, quae ex Scaligero de re poëtica recenſuit Barneſius. dicam factum, cum quia ignoro, unde Scaliger ea depromſerit, tum quia vehementer ego ſuſpicor, illa ab ipſo Scaligero *conficta* eſſe. . . Barneſius ipſe *coecus* ducem *coecum* ſequitur.

JOSEPHUS JUSTUS SCALIGER.

In Horapoll. †

p. 312. viri eruditi in Ariſtophanis fragmentorum ſylloge *inepte* ex uno verſu bono duos fecerunt malos.

In Anacreont.

p. 35. Scaligerum ſecutus fuit in eo, quod *pravum* eſt. reliquit in eo, quod bonum eſt. faceſſant *ineptiae*,

* De hac re videte Eruditiſſimos Auctores Act. Lipſienſ. Anno MDCCXXXII. p 203 ut Pauw tamen ſentiat, quam aequus in ipſum etiamnum ſim: ſciat Lector hominem injuria ibi accuſari, quaſi J. C. Scaligerum adpellaſſet hominem *bellum* & putidi & craſſi erroris reum feciſſet: nam hi mellitorum verborum globuli non in Scaligerum, ſed in ineptum illum Barneſium directi fuerunt. non abhorrebat tamen a labiis Pavoninis pejus convitiatus eſt aliquando in magnos viros.& ſuſpicio confictorum fragmentorum an admodum honorifica ſit, valde dubito.

† Hi ſunt J. J. Scaliger & Guilielmus Coddaeus.

ineptiae, & dicamus tandem ſententiam noſtram.

p. 42. Joſ. Scalig. ad oram * libri adſcripſerat. *lepidum* eſt hominis eruditi commentum, ut *multa* alia ſunt ejus. nam illud 'Ανάκρεαν plane exemplo caret.

p. 130. Scaligero placebat. nihil in iſto etiam *commento* placet.

p. 147. Scaliger κάρτα *egregio* & *miro*, ita vivam, *acumine:* ſic ſcilicet . . . *rideo*, *rideo*. & id *facias* mecum, cordate Lector.

p. 169. Scaliger ad oram . . . *perperam & inepte.*

p. 203. Scaliger ad marginem . . . quo nihil *inficetius*.

JACOBUS SIRMONDUS.

Vide *Henricum Valeſium*.

DANIEL SOUTERIUS.

Scio *bonum* illum Souterium. certe in re metrica *puer eſt* †, qui ita ſentiat. quare apage, apage illud telum, mere *plumbeum*.

HEN-

* Ingenuo viro dignum iterum facit, cum ita exagitet, quae privatos in uſus Docti Codicibus ſuis allinunt. mihi omnino aequum videtur, ſi talibus utamur, ut maturo judicio adhibito plane erronea vel his proxima tenebris mandemus, & longe benignius omnia accipiamus. notes praeterea, lector, rurſus adfectationem gloriolae in Pavone, qui paſſim oras & margines librorum manu erudita inſignium crepet: quaſi illas vel conſuluiſſet ipſe, vel etiam poſſideret: nihil minus. ita a Barneſio & aliis laudantur. idem adfectat circa Codices.

† Quam verſatus fuerit S. in re metrica neſcio: te in illa eſſe re vera infantem, non puerum, ſi bene numerum inii, centenis exemplis demonſtrabo.

HENRICUS STEPHANUS.

In Praefat. ad Anacreont.

Putide errarunt, qui legerunt.

p. 12. iſta Stephani ſuſpiciuncula *peccat* non uno, ſed *omnibus modis*.

p. 41. quare *ineptum* certe eſt.

p. 42. *nugae*, *nugae*.

p. 58. Stephani: *ineptias* quoque alit.

p. 103. quod adeo *ineptum*, ut viro erudito in mentem veniſſe mirer. *Apage*, *apage ineptias*, quae ipſis *pueris* ſunt indignae.

p. 104. *ineptiſſima* ſuſpicio.

p. 112. *apage*, *apage ineptias* St.

p. 122. an Stephanus audiendus? fateor, nihil *inſulſius* vidi, & virum diligentiſſimum ita *ineptiiſſe* miror.

p. 125. *delicias* agebant, qui . *apage*, *apage ἀκεῤσίαν peſſimam.*

p. 136. pleraque longe *ineptiſſima*, ex quo genere haud dubie etiam eſt illud St.

p. 197. St. legebat. quo nihil *ſtolidius* & *inficetius*.

p. 221. illud ſcio, *ineptiſſimam* lectionem & St. plane indignam.

JACOBUS TOLLIUS.

In Anacreont.

p. 35. J. T. ſuſpicio *prava & incongrua eſt.*

HENRICUS VALESIUS.

de Alea.

p 181. Valeſius nova attulit, quae refutare non neceſſe, quia *ſe refutant ipſa*. vellem ἔκλυπον illud videre, ut *nugas* abigere poſſem, quo debebam. Nam procul dubio vel ipſe Valeſius *erravit*, vel a Sirmondo, qui id narraverat ei, inductus *in errorem*. & *peſſime* duo pyrgi ... neque viris eruditis, qui cum Salmaſio *alte ſomniabant*, FIDEM *habendam* puto.

Index Ater feliciter explicit.

Vera-

Veracem me fuiſſe, Lector, vides, cum in prooemio adſeverarim neminem hominem a renatis literis exſtitiſſe maledicentiorem vel in viros eruditos ingratiorem: plura alia nec minus gravia teſtimonia ad manum ſunt: ſed pene obrutum omnino te ſuffocare nolim. vix enim quinta pars ſcommatum & calumniarum a me in medium allata. nec loca tetigi, ubi tacito nomine alios inſectatur; vel prae ὑπεροψίᾳ & faſtu, vel quia forte ultorem ſtylum revereretur. praetermiſi quoque non pauca convitia, quae in omnes interpretes, in omnes ſimul viros doctos conjecit: quorum exempla invenire eſt in Anacr. p. 70. 89. 188. 194. 232. & in aliis ejus libris. cenſuras quoque iniquiſſimas, imo contumelioſas invectivas in veteres Auctores, non exceptis quidem Novi Foederis Scriptoribus *, in illum locum rejiciendas cenſui, quo de ejus ἀκρισίᾳ ſigillatim agemus.

Saepe mecum demiratus fui hominem, qui ſe ingenue natum eſſe ubique adeo jactat, ut ipſe de ea re dubitare videatur, genus ſcribendi adeo a moribus ingenuis alienum ſequi. Et aliis quoque id mirum videri arbitror. Teterrimarum intemperiarum varias comminiſci cauſas quis poſſet. Quid morbi, & morborum male exſtirpatae radices etiam in mente humana operentur, experientia manifeſtum. comis & mitis indoles ſic ſaepe exacerbatur. In Philoctata triſte exemplum antiquitas celebravit, qui Diomedem & Ulixem, veteres amicos, etiam ſagittis transfigere voluit, impatientia doloris victus Infortunia quoque ſaepe hominis animum in deterius mutant.

* Quos cum *vulgo & iis, qui minus accurate loquebantur locutos* cenſet, *homines puriori Helleniſmo non adſuetos.* & *odario Anacreonteo multum de pretio ſuo decedere* ſtatuit; *ſi locutio N. T. in eo occurrat.* Anacr. p. 115.

tant. & ſic poſt calamitatum Iliada Priami optima conjux Hecuba,

Perdidit infelix hominis poſt omnia formam,
Externasque novo latratu terruit auras.

Sed Pavonem nec morboſum nec calamitoſum novi. ſi de hora natali hominis mihi conſtaret, Mathematicum conſulerem. forte ſub Arietis ſigno geneſis ejus inveniretur. Nam Critici & Scholaſtici ſub hoc ſidere nati petulci & contumelioſi eſſe perhibentur. Sed vereor, ut huic aſtro ſatis ſit malignarum virium. dejerarim pene, ſi huic arti fides habenda, Noſtrum ſub Caniculae ſigno natum, cujus geniturae effectus ſi comparetur cum moribus & inſtitutis hominis, vix dubito, quin pedibus omnes in hanc ſententiam eant. mores viri tenetis: en ſtellae vires, a Manilio hujus diſciplinae expertiſſimo deſcriptas L. V. vs. 220.

Haec ubi ſe ponto per pronas extulit oras,
Naſcentem ſi quem pelagi praeſtrinxerit unda,
Effraenos animos, violentaque pectora finget;
Irarumque dabit fluctus, odiumque metumque
Totius vulgi: praecurrunt verba loquentis;
Ante os eſt animus. nec magnis concita cauſis
Corda micant, & lingua rabit, latratque loquendo,
Morſibus in crebris dentes in voce relinquit.
Ardeſcit vitio vitium, vireſque miniſtrat
Bacchus, & in flamma ſaevas exſuſcitat iras.

Quod ſi ita ſe res haberet, miſereri nos hominis deceret, qui forte minime malus futurus fuiſſet, ſi ſub meliori ſidere naſci contigiſſet.

Verum enim vero ſi vel ex aſtris diriſſima haec peſtis in pectus Pavonis deſcenderit: ſuperbia tamen & invidia tetrum hoc vitium ibi primum excluſerunt: ſtultitia & communis ſenſus inopia enutriverunt: amor

amor ſui & aliorum contemtus porro in tantum robur adoleſcere fecerunt. moderari enim huic animi pravitati debuiſſet, non liberas habenas permittere: & vel ex literis eum fructum colligere, ut animum hac praecipue in parte corrigeret: ut feciſſe in genere alicubi * jactat, minime ulla ex parte feciſſe apud omnes cònſtat. Imo eo ſtuporis dicamne an furoris dudum pervenit, ut hoc teterrimo morbo laborantes demum *cordatos*, *humanos & ingenuos* viros eſſe nobis perſuadere contendat: & adulationes moribus honeſtis indignas eſſe, nemine contraria perhibente, hic illic rhetoricatus, longe deterioribus malis, *obtrectationi & maledicentiae*, patrocinium parare ſtudeat: atque ſtultorum inſtar, videns ſciensque, vitium unum evitans, in contrarium & pejus incurrat. Audiamus illum, quaeſo, in dedicatione Anacreontis, qua J. Clericum cohoneſtare voluit. *Scis quam frequens ſit inter literatos blandum illud adulandi ſtudium: - - - ab eo nos abſtinuimus ſedulo, & nihil tale in illis, quae tu edidiſti vel ego edidi. recta ratio ſcilicet nos docuit amicitiam veram non cohoneſtari, ſed deturpari ejusmodi inaniis: quae hominibus cordatis ſtomachum cient & faciunt, ut boni, qui ita laudando ſeſe humaniores probare cupiunt, eo ipſo pro ſervis pecoribus ab illis habeantur, non immerito.* Vir ingenuus ut parce laudari amat, ita parce etiam laudat, *& eo ingenio niſi ſint literati, indigni re vera ſunt, qui literas tractent, quarum praecipua dos eſt, homines ingenuos facere* En verba Catonis novi, tantum non de coelo delapſi, & adhuc ſulfura olentis!

Profecto ſi *parce laudare & parce laudari*, virum demum ingenuum reddere poteſt: nemo dubitabit, quin Pavo vel ipſos imperatores & reges natalium ingenuitate

* Praef. Anacr.

genuitate longe poſt ſe relinquat: & merito proinde non ſolummodo *nobilis*, ſed etiam *nobiliſſimus* habeatur & ſalutetur. Et niſi ipſe tres vel quatuor laudaſſet amicos, & unicum, quantum ſcio, etiam elogium nactus fuiſſet, unus omnium mortalium

Non horum modo, ſed quot aut fuerunt,
Aut ſunt, aut aliis erunt in annis,

nobiliſſimus cenſeri deberet. nunc uni Buſiridi ingenuitate & nobilitate cedat, cujus ut plane *illaudati* praeconium fecit Mantuanus Vates,

Aut illaudati neſcit Buſiridis aras.

Sed ſcio quid huic Virgilii teſtimonio opponi poſſit. quare multi ambigent forte, utrum Pavoni an Buſiridi palma deferenda ſit.

Sed jocis omiſſis, ſerio loquamur. *Singulis fere pagellis, prolixis encomiis verbisque ſplendidis laudare eos, quibuscum amicitiam colimus & paulo arctius conjuncti ſumus*, aliquid reprehenſione digni in ſe habere, lubens fateor. credo tamen te morem hunc non adeo inprobare, quia vitii quid habet, ſed quia propter feros mores tuos vix ab ullo tui honorifica mentio facta eſt. atque ideo vulpis Aeſopiae inſtar uvas acerbas eſſe cauſaris. At quidquid hoc vitii ſit, non odio adeo dignum, quam quidem riſu. & omnino recte inter ceteros Britannici editores Miſcellaneorum in praefatione monuerunt titulos illos *eruditiſſimi*, *doctiſſimi*, *incomparabilis* eſſe ridiculos, in primis quia omnibus prodiguntur. ideoque omittendos cenſent. quibuscum ego facio. nec tamen video in bonos & decoros mores peccari, ſi frugaliter hic illic ſignificemus, quos viros magni faciamus. noſcimur enim etiam ex amicis. nec e contrario dedecet, in

fucos

fucos literarios, in mercenarios ſcriptores, & ingenuarum artium proſtitutores, vel tibi ſimiles ſuarum virtutum buccinatores, juſtam indignationem teſtari. id etiam juvenibus utilitati eſſe poteſt, qui ita pollinem a furfure ſecernere diſcunt. qui ſi in tuum intrent piſtrinum, omnes eruditos ejusdem farinae eſſe credent: omnes ineptos: omnes inſulſos: omnes imperitos, ne uno quidem excepto. Sed peccetur in nimiae laudis profuſione. humanitatis certe ſpecies in ea agnoſcitur. at *non ſemel atque iterum, ſed ſingulis omnino pagellis, prolixis convitiis, verbisque a ſplendida bile dictatis meritiſſimos in literis viros proſcindere & lacerare, & ſic tamen ingenuos & humanos velle videri*, id demum aeque ſtolidum, ac exoſum & abominabile vitium eſt. & peſſimi homines, qui ita agunt & ſcribunt, *non ſerva pecora*, quae utilitatis quid ſocietati adferre poſſunt, ſed ferae beſtiae, venenatae viperae, & rabidae canes ab aequis rerum aeſtimatoribus habentur. Et te, qui inter tales familiam ducis, ſcias ab omnibus illis haberi

Οὐδαίκ Κρονίδαο μέγαν κύνα χαλκεόφωνον.

Vana Jovis Stygii blaterantem probra Moloſſum.

Forte tibi places, quod Moloſſus audias: non canis. imo latratu ipſum triſaucem Cerberum aequas: at viribus ſuperaris a quovis de triviis,

Nuper ab inpura cecidit qui matre, catello.

At tu, bone, qui adeo ad tralatitios verborum honores frontem corrugas, quid in eodem illo loco facis, quod non abjectiſſimum deceat adulatorem? mira non ſolummodo praedicas de ſanctiſſima illa veſtra amicitia, ſed heroa tuum invidioſis laudibus tan-

tum non coelo beas, *& inter eos, qui hodie vivunt, pauciſſimos, qui cum eo conferri, ſi literarium bonum ſpectetur, & ne unum quidem, qui eum ſuperet, reperiri* adſeveras. miratus ſemper fui, quid ab anno MDCCXI, quo edidiſti Menandrea, ad annum MDCCXXVI. quo prodiit Ludicra tua Diatribe, egeris. Et ſemper ſuſpicatus adhuc fui tibi poſt tot effuſa venenata ſcommata accidiſſe, quod ſerpenti cuidam evenire tradunt, qui virus in cavitatem rupis evomitum condere ſoleat, ut innoxius cum muraena coëat, & a coitu rurſus idem reſorbeat. quod niſi inveniat, langueat, imo brevi moriatur. tibi quoque omne illud tempus opus fuiſſe, ut pulmones evacuatos ſanie & felle convitiorum repleres. ſed ipſam veritatem jam indagaſſe videor. hominum doctorum omnium & ſingulorum merita aequa tui judicii lance trutinaſti, ut decretoria hac ſententia Clericum tuum *a ne uno quidem* ſuperari pronuntiare poſſes. dignus profecto, quem omnibus D. Criticae tribunalibus ſine provocatione judicem ipſe Apollo conſtituat. Sed ſi Clericus ille tuus tantus ſit, ſcis, quid facis, dum laudibus ipſius paſſim adſocias & adaequas laudes tuas! facis idem illi,

Qui mêle en ſe vantant ſoi-même à tout propos,
Les loüanges d'un Fat à celles d'un Héros.

Tu quoque idem es, ut bellam iſtam praefationem linquam, nec ceteras tangam, qui in opella de Alea p. 14. ita poſt multum bilis in Salmaſium effuſae, pro tuo candore fateare: *Te plus veritati, quam nominibus iſtis ingentibus tribuere.* nemo profecto, nemo adeo caecus, Pave, quin videat, quo haec tendant. nempe, veritatis amore jactato, licentiam viros magnos inpune increpandi & exagitandi parare tibi niteris. Sed quis peſſimorum Atheorum

non

non veritatis ſtudium ſuis erroribus praetexuit! quis non profeſſus eſt, ſe magno myſteriorum nomine non abſterreri, quo minus vera propugnet: dum tamen nihil aliud ſpectet, quam ſanctiſſima diſciplinae Chriſtianae capita peſſum dare. Qui magna in literis nomina non reveretur, Pavo, indignus eſt, cui ullum nomen vel vivo vel poſt obitum contingat. iſta merces debetur, & ſola rependi poteſt virtuti ipſorum & conſtantiae, qua ingentes in utilitatem rei literariae exantlaverunt labores: quibus acceptum omnino referendum eſt, ſi in aliqua literarum clariori jam verſemur luce. Sed quid ego tibi merita magnorum virorum commendo & ob oculos pono, quaſi tu emendabilis eſſes, vel ipſorum intereſſet, quo pretio a te habeantur, & quaſi tuum judicium alicujus, vel apud vivos vel apud poſteros momenti eſſet futurum. decoxerunt, decoxerunt fidem tua de alienis meritis teſtimonia. Et quis deliranti & melancholico fidem habeat! nemo enim niſi his morbis obſeſſus Salmaſio *ſummam ignorantiam*, *inperitiam*, *& pueriles nugas*, *& cachinno dignas ineptias* objectare ſuſtineat! vel Bentlejum *ſceleſtiſſimum maſtigiam* adpellare audeat! *Non deſipis* * *igitur Pavo*, *ſed inſanis*; *ſed furis. & poſthac loca Bellerophontea inhabites*, *jubeo*, *ubi nec homines ſunt*, *nec literarum exauditur nomen: indignus es elegantiorum conſortio*, *indignus es*, *qui literas humaniores vel a limine ſalutes*, *cum ab omni humanitate ſis alieniſſimus.* †

Vidimus abunde de Pavonina maledicentia; videamus pauca de ejus jactantia & φιλαυτία.

* Menand. p. 141.
† Ibid. p. 74.

CAPUT VI.

De Jactantia & Philautia Pavonis.

QUamvis vehementer dubitem, an quiſquam unquam adeo ſuam eruditionem, ingenium, acumen & alias rariſſimas, ſi diis placet, dotes aeque, ac noſter Pavo ubique, omni modeſtia proculcata, venditarit: tamen homo ſibi ab omni vana gloriatione & amore proprio alieniſſimus eſſe videtur: ut verear, ne laterem lavans omnibus aliis prius perſuaſurus ſim, quam graviter his morbis laboret, quam illi, cujus in primis hoc ſcire intererat, ut medicinam circumſpicere poſſet. Videtur tamen hic vel ille Thraſonidem de his vitiis admonuiſſe: nam alioquin neſcio, quare ſe ab hac odioſa ſtoliditate abhorrere toties profiteretur, niſi forte conſcientia ipſi pro monitore fuerit. In Menandr. p. 44. ait: *rogo, quid indubitatius? nihil opportunius. non ſum* φίλαυτος. De Alea p. 33. *non ſum* φίλαυτος, *ſed dicam libere, in his nihil viderunt alii, nos* primi, *ſi non omnia, ſaltem pleraque & praecipua gnaviter jam deteximus.* Scilicet ipſe Narciſſus diu amarat, antequam ſua ſe forma captum ſentiret. & niſi noſter ſuis ſe virtutibus plane infatuaſſet, an ſcribere haec potuiſſet? * *Ego certe literas ita excolui ſemper, ut praeter animi correctionem* (ſi non accuratius quam Auctores correxerit, innumeris vitiis adhuc ſcatebit) *fructum ſatis inſignem ex illis percepiſſe videar, ſi temporis calculum mihi computandum ſubminiſtrent exactum, idque non ſegniter & ignave, ſed diligenter & ſedulo transactum eſſe videam.* Solent ſcilicet homines minime

* Dedic. Anacr.

minime φίλαυλοι talia ſibi exhibere ſedulitatis & diligentiae praeconia. Crediderim ſane ipſi ad manum fuiſſe aliquod teſtimonium, quo Studioſi poſt curricula Studiorum decurſa Politicis vel Eccleſiaſticis coetibus commendantur: idem ſtylus: eaedem formulae: ſi tamen ſunt prolixiora. nam alioquin *non ſegniter* & *ignave* ſufficere ſolet: nec ταυτόλογον *ſed diligenter & ſedulo* adjicitur. Verum, utut ſemper brevitati ſtudeat noſter, hic ingentem & incredibilem illam ſuam diligentiam repetita & ἰσοδυνάμῳ locutione praedicandam cenſuit. In praefatione ad eundem poëtam, ita homo modeſtiſſimus de Opera Anacreonti impenſa loquitur. *Utroque enim probato, ad corrigendum luxata & male habita alacris accedam, eaque non infelicius forte reſtituam, quam vel nunc reſtituta ſunt, vel poſtea fortaſſe reſtituentur. periculum faciant naſutuli & videant, quid poſſint. bellam hic occaſionem nacti ſunt oſtentandi acuminis ſui, eoque ſe praeſtandi viros optimos maximos.* in quibus ſe non modo extollit ſupra deceſſores ſuos (nam μείωσις ineſt vocibus *non infelicius*) ſed & victoriam de ſucceſſoribus in Anacreonte explicando auguratur. In libello de Alea (p. 129.) eſt locus, quem propter ſingulares Veneres hic exſcribam: in quo ita quoque ceteros provocat literarius hic pugil. *Si calidior eſſem, ipſe forte ſcribendum edicerem* πυγελίτης. Πύγελα *urbs ab Agamemnonis ſociis, qui* ex natibus *laborabant, condita. ejus civis* Πυγελίτης. *quin &* πυγελίτις *tibi commendare poſſem, ut meretricis nomen improbius, quo petulantiores turpiculam luſerunt olim: at nihil adfirmare conſtitui. quanquam in his aliquid nobismet fortaſſe indulgere poſſumus ludentes.* alii meliora promant, ſi poſſunt. *

In

* Notent hunc locum Critici, rogo. egregium enim myſterium continet, quo multa obſcuriſſima vocabula illuſtrari poterunt.

In eodem libello p. 68. Hypercriticum noſtrum ante aras D. Criticae genibus provolutum videre videor, & Divae gratias agentem, ſibique una gratulantem (poſtquam, ut ingenii nimis velocis, Salmaſio palam bene laviſſet caput) *quod ipſe paulo tardior ſit, & ſic veritatem, quae in medio poſita eſt, non praetervehatur ſubinde: qua de re ad lectoris tribunal provocat.* Divam autem hoc ſermone reſpondentem Pavoni audire videor. „Quid ais, cariſſime & γνησιώτατε filiorum
„ meorum, mea gloria, meum decus! Tune, ex-
„ ſuperantiſſime Criticorum, te ullo Critico tardio-
„ rem eſſe profiteris, cui ego ipſa ingenium, acu-
„ men, ἀγχίνοιαν, εὐστοχίαν, ἀκρίβειαν, & κυνὶ Cri-
„ tico aptam linguam dedi! cujus ego adhuc in cunis
„ va-

terunt. Scilicet ubi talis occurrat vox non intelligibilis, nomen meretricis eſſe fingas. & ſaepe hoc remedio feliciter uſus Pavo. de Alea p. 109. *Certe* Ἀμπελία *elegans eſt nomen meretriculae; quia vitem & vinum non ſpernere ſolent illae.* quare ſi quae adhuc nomine caretis, Bellatulae, ad Pavonem adite: ille vobis tam elegantes adpellationes inponet, ut nomine ſolo innumeros amantes ſitis allecturae. p. 132. *Scirene aves* (non puto) *quid mihi in mentem venit ea de re. Meretrix quae* Αἴγλη *dicebatur, huic jactui fortaſſe nomen dedit, & improbitate ſua eum perpetua infamia notavit. celeberrimum autem nomen eſt* Αἴγλη, *& quod multis etiam probis haud dubie datum fuit olim.* Sed, Pavo, ſi nomen probis & improbis commune, quis familiaris ſpiritus te docuit nomen ab his magis quam ab illis eſſe tractum? hoc ſolus procul dubio noviſti. p. 141. Ἀβρεμίας. legendum diviſim ἅβρα μυίας. *Quid* ἅβρα *ſit, omnes ſciunt. Myiae etiam non ignotae. mulieres ita dictae.* ἅβρα Μυίας *igitur* pediſſequa Myiae. *de qua* praeciſe *ſenſerint ludentes, ignoro: ſi meretricem etiam intelligere velis, quae ab omnibus aliis & in primis* Doctis & Philoſophantibus *illis diverſa, jactui nomen dederit, per me licet: ego id neque affirmare neque negare volo.* Dejerares hominem lenocinium per triginta annos Corinthi exercuiſſe, ita memoriter omnia meretricum nomina novit. *plura alias.* interea notes, iterum rogo, criticum iſtud εὕρημα.

„ vagientis βαβάζειν & παππάζειν * ori prima inpoſui!
„ quem mox vix trimulum ipſa *non tumultuarie*
„ *Graeca docui!* † Oblivíſceris tui, fili mi, nam in
„ multis locis mentionem facis ſingularis mei in te
„ favoris, & benevolentiam digne praedicas. In
„ Anacr. p. 181. *ita nullo negotio illuſtras, quod om-*
„ *nes viros doctos a renatis literis fruſtra torſit.* In
„ Men. p 37. *quam nativum, quam accommodatum*
„ *eſt, quod tibi in mentem venit, ſimulac locum adti-*
„ *giſti.* Anacr. p. 269. *verbum verbum. hoc ſubito*
„ *tibi, dum poſtrema pingis, in mentem venit, & ap-*
„ *poſitum hercule eſt. attende lector & judica.* In
„ Ariſtaen. p. 40. *locum reſtituere non potuit Merce-*
„ *rus: & ſuſpicaris ſcribendum - - utrumque bonum*
„ *& ex facili natum.* p. 105. *locus peſſime habitus,*
„ *cui reſtituendo inpar fuit ingenium Merceri.* [at non
„ tuum capitale illud.] *ſcribere enim jubes non magna*
„ *mutatione.* p. 48. *Mercerus non male, acutius ta-*
„ *men & melius, niſi fallor, ego.* p. 117. *aliquid*
„ *melius & exaſciatius longe mihi eſt ad manum.*
„ p. 170. *non male Mercerus, ſed melius ego niſi*
„ *fallor.* fili ſaccharine, ut hoc in parentheſi di-
„ cam, omitte in poſterum illud *niſi fallor:* nam,
„ ſcis ipſe, *non ſoles veritatem ſubinde praetervehi,*
„ & ipſo Pontifice Romano es infallibilior. quare bene
„ p. 185. ais, *non male Caſaubonus, ſed melius certe ego.*
„ ubi jure quoque tuo illud *certe* adjicis. at belliſſime
„ p. 271. debellatis Merceri, Caſauboni & Canteri ſu-
„ ſpiciunculis, τελάξας ipſe tibi coronam imponis.
„ *dabo meliora: id ſpondeo, & ſpondeo tibi certo.*
„ quare in poſterum dignitati tuae & meae rogo
„ conſulas, nec ita abjecte de te ſentias vel ſcribas
„ vel loquaris, ut ex. gr. in Anacr. p. 51. ſcribis.
„ *nam in repetitione voculae* σοὶ *non eſt exigua venu-*
„ *ſtas, ſi quid in his video.* alio divinam mentem ha-
„ buiſti,

* Hephaeſt. 181. † Anacr. p. 59.

„ buiſti, haec exarans: non enim aliquid, non mul-
„ tum, ſed omnia in his & aliis vides: & ſolus vi-
„ des: *nec oculatiſſimus ille Faber* (Anacr. p. 207.)
„ *nec perſpicaciſſimus ille Hemſterhuſius* (Menand.
„ p. 9.) tantum viderunt: imo, quemadmodum in-
„ terpretes Horap. p. 362. *talpis* ad te comparati ſunt
„ *caeciores*. Quid porro ais, φίλε τέκνον, an *exigua mo-*
„ *do venuſtas vuculae* σοὶ a te probatae & contrectatae
„ ineſſet! imo *non partes illae aniles & deformes*,
„ *quas Jacchus* in Anacreonte p. 181. *tangit & ſuc-*
„ *cutit, ipſo tactu ejus & ſuccuſſione, derepente magis*
„ *juvenculae & venuſtae factae*, quam omnia quae
„ tu tangis, venuſta ex deformibus evadunt. Nihil
„ enim ex *pyxidibus* tuis (Ariſtaen. 233.) quibus
„ cedat Helenae capſula, unde nepenthes prompſit,
„ & ipſius Veneris arcula, in qua ceſtum repone-
„ bat, prodit, *ſi tamen excutere velis*, quam *quo*
„ *nihil venuſtius, nihil concinnius, nihil quod non*
„ *veneres & gratias ſingulares habeat, nihil lepidius,*
„ *nihil blandius, nihil mellitius, nihil exaſciatius,*
„ *nihil accommodatius, nihil tornatius, nihil emacu-*
„ *latius & nihil* c . . . . inveniri poſſit.
„ Tandem bona tua noſcere incipias, oro; tan-
„ dem

„ *Quaeſitam meritis ſume ſuperbiam.*

„ Tu enim p. 47. de Alea. *de jactu breviter notas,*
„ *quod hactenus ignorarunt omnes.* p. 82. *data occa-*
„ *ſione obſervas, quae hactenus obſervavit eruditorum*
„ *nemo.* & mox p. 97. haec ſcribis. *ita certe viros*
„ *eruditos ſenſiſſe ſcio, ſed perperam & inepte, ut*
„ *omnes & ſinguli videbunt, ſi locum difficillimum*
„ *& leviter corruptum, quem nemo hactenus intelle-*
„ *xit, ad ſanitatem priſtinam reduxero, & facilli-*
„ *mum iis praeſtitero.* p. 185. *iterum paucis dicis,*

„ *quod*

„ *quod verum eſt, & ipſi Grammatici antiqui igno-*
„ *rarunt.* Menand. 49. *cujus acumen hactenus per-*
„ *cepit nemo eruditorum.* in Anacr. p. 120. *aliud no-*
„ *tas non paulo majoris momenti, & quod nec Ste-*
„ *phanus, nec alius notavit quisquam.* p 143. *quare*
„ *veriſſima,* mi Pavo, *iſta tua eſt ſuſpicio, & meri-*
„ *to eam confidentius nunc Lectori commendare non*
„ *erubeſcis.* Cur enim erubeſceres, & ori tuo bu-
„ xeo vim faceres! p 183. *in tranſitu explicas, quae*
„ *nemo eruditorum hactenus explicare potuit, & Sal-*
„ *maſius ad Solinum ita explicuit poſtremus, ut ſi*
„ *eum ſequaris, bonus Arnobius, quem verſionis Au-*
„ *ctorem perperam cenſet, in Graecis fuerit puer, &*
„ *vix ſanum habuerit ſinciput.* p. 269. a te, ceu do-
„ ctrinarum Sole, poſt ignorantiae *eclypſin* fugatam,
„ ſplendidiſſime radiante, *omnes nebulae ab his &*
„ *praecedentibus depulſae ſunt prorſus.* In Alea p. 44.
„ *quae de linea ſecunda ſcripſimus, egregia ſunt.* In
„ Hephaeſt. p 141. *a te egregie reſtitutum eſt* θα-
„ λασσομέδυσαν. nam Fulvius ille Urſinus in Poetr.
„ p. 66. ita modo edidit, non reſtituit. quare con-
„ ſulerem, ut ſemper corruptiſſimos contextus ad-
„ ſciſceres: ita acumen tuum oſtendere ubique po-
„ teris: ut negligeres quoque quidquid ab aliis ante
„ te ſcriptum: ſic labori parces: & quotidie magnam
„ facillimarum emendatiuncularum meſſem facere
„ poteris. & homines lubentius talia probabunt, non
„ quia vera, ſed quia Pavoni τῷ θαυμασίῳ ita viſa
„ fuerunt. iſtam autem correctionem ipſa tibi in-
„ ſpiravi. nam cum ſcriptum habeatur in Hephaeſt.
„ Edit. σαλασσομέδυσαν, quis niſi ipſius Criticae in-
„ ſtinctu ex iſtis elementis θαλασσομέδυσαν exſcul-
„ pere valuiſſet! p. 157. *tua ſuſpicio mihi atque ac*
„ *tibi lenocinatur, quia ſententia eſt optima, & lo-*
„ *cus omni ſcrupulo caret. id ego blanditiis ejus pel-*
„ *lecta*

,, *lecta adfirmare non erubeſco.* O Ambroſine Pavun-
,, cule, dic matri tuae Criticae, an amaſti unquam
,, bellatulam virgunculam? per venerem meam
,, amans fueris furioſiſſimus, qui ſuſpiciunculas tuas
,, tam inpotenti amore depereas. Horap. p. 283. *ver-*
,, *ſus* inſigniter *corruptos in tranſitu conjectura*, *ni*
,, *falleris*, inſigni *facis*; *ut iterum ſint ſynceriſſimi.*
,, p. 295. *Tu* primus, *niſi memoria falleris*, *ape-*
,, *ruiſti ſignificationem vocis* μόνος *pro praecipuus*, *ex-*
,, *cellens*, *unus*, *unicus*. p. 348. *quae alii dixerunt*,
,, *inepta ſunt prae iis*, *quae dixiſtis* primi. de Alea:
,, p. 158. *vos id indicatis* primi. in Ariſtaen. p. 152.
,, *vocem*, *quam non intellexit Salmaſius*, *explicuiſti*
,, primus. Jamne ipſe cognoſcere incipis, magne
,, Pavonazzo, quantus vir ſis: jamne ipſe de tuis
,, virtutibus ſingularibus melius opinari incipis? ſic
,, equidem ſpero atque confido. At

,, *Quae cura patrum, quaeve Quiritium*
,, *Plenis honorum muneribus, tuas*,
,, O Pave, *virtutes in aevum*,
,, *Per titulos memoresque faſtos*
,, *Aeternet? o qua Sol habitabiles*
,, *Illuſtrat oras, maxime Nugiven-*
,, *de.*

,, Sed me ſentio eſſe Criticam & malos verſus con-
,, dere. lego in Anacr. p. 43. *vel hoc verum eſt*,
,, *omnesque in poſterum ſequi debent.* & in Menand.
,, p. 55. *quare nunc edico primus*, *locum poſthac ita*
,, *legant*, *ita diſtinguant viri eruditi. jubes* quoque
,, ſaepe *tuo periculo* ſic legi. quid ſtatuam, haereo.
,, haec verba ad dominatum ſpectant. At non es igna-
,, rus, Literatos adhuc civitatem agitaſſe liberam.
,, invitos jugum ſubituros reor. & tamen locum non
,, ob-

„ obtines, quem tuarum virtutum ſplendor jure
„ ſibi poſtulare poſſet. quid ſi dictaturam tibi de-
„ ferrent? ſine provocatione forte obtinueris & tan-
„ dem perpetuam, poſteriſque transmittendam.
„ rempublicam in regnum mutaveris, quando lu-
„ buerit. vel ſi hoc periculi quid habere videatur,
„ umbram libertatis & nomen retine. re & vi ty-
„ rannum age. ſcis quid Romae, quid aliis in re-
„ gionibus uſu venerit. Et ſane opus eſt dictatore
„ reipublicae Criticorum. adeo tumultuantur: al-
„ tercantur: conviciantur inter ſe: factiones con-
„ flant: ſeditiones fovent. Dictatore opus eſt Criticis.
„ Si ille locus tibi non infra te videatur, & hyper-
„ critica tua majeſtas non dedignetur reipublicae
„ meae curam ſuſcipere, efficiam meo inſtinctu, ut
„ Senatus Populusque Criticus, te rogent, ſup-
„ plicent & tantum non cogant, ut dictaturam ſuſ-
„ cipias: ne porro Resp. quid detrimenti capiat.
„ novit ampliſſimus ordo, quam ipſis addictus ſis.
„ Tu enim in praefat. Calabri, *iſta doctis ſcribis*
„ *non indoctis.* & L. VII 4. *omnes qui habent aliquem*
„ *judicii uſum, haec videre ais*; *alios autem nec cu-*
„ *rari nec numerari a te.* & vs. 254. *Graece callentes*
„ *non dubitaturos: alios non curari: nec te illis ſcri-*
„ *bere.* Quantum quoque ſaepe periculorum &
„ aerumnarum Reip cauſa ſubiiſti! in Horapoll.
„ p. 362. parum abfuit, quin ceu alter Phaëton,
„ curru excuſſus, rupibus & ſcopulis lumbos & la-
„ tera, & durum infregeris caput. *fortaſſe enim to-*
„ *to coelo aberramus*, ais: *& cum nihil de his dicere*
„ *conſtitueramus, omnia de illis dicimus, quae Criti-*
„ *ces auxilio poſſumus. eo ſcilicet nos ducit te juvandi*
„ *ſtudium, Lector.* φεῦ τῆς πεδαντερείας. p. 381. *cer-*
„ *tiores ipſos facis quidem, hoc ſolummodo auxilium,*
„ *non aliud, a te eſſe expectandum.* exſpectant enim a

I „ te,

„ te, ut ceu Hercules μυίαγρος omnia monſtra do-
„ mes. tamen ſtatim pro benignitate tua, *revocas*
„ *dictum & tertium addis. ſcribendum forte quod tibi*
„ *ſubito in mentem venit: & hoc poſtremum facilli-*
„ *mum & veriſſimum.* nec ſolummodo primi ordinis
„ viri, ſed ipſa plebs, *ipſi proletarii noſtri & capite*
„ *cenſi* (Anacr. 110.) quamvis tuas elegantias non
„ capiant: quamvis aliquando duriuſcule a te habean-
„ tur: popularitatem tuam cognoverunt. quid enim
„ popularius, quam quod L. VIII. Calabri vs. 332.
„ *fateris te tuam emendationem non magis amare,*
„ *quam emendationem Dausqueji*, hominis ineptiſſimi!
„ Quare brevi efficiam, ſi placet, ut Canonicalis ſto-
„ la mutetur in Dictatoris trabeam. tu pro tua innata
„ ſapientia, ſapientiſſime Corneliole, rem omnem con-
„ ſidera. ſi repulſam non fero, tecum mox de novis
„ quibusdam legibus Criticis a te perferendis agam. "

Vides, Lector, Pavonem Divae huic a prima admiſſione eſſe: alioquin hominem non tam longo ſermone fuiſſet dignata. Sed forte haec per eburneam portam mihi in mentem venerunt: vel ſi quid tale accidit, ad D. Ἀκρισίας aram accidit: veram Criticam enim ne quidem a limine ſalutaſſe conſtat. Quidquid ſit, egregia ſpecimina vidiſti hominis modeſtiſſimi, minime jactabundi, non φιλαύτου. & his floſculis paſſim ſua ſcripta exornat. quamvis autem haec jam ſtomachum tibi, Lector, procul dubio moverunt: duo tamen adhuc exempla expromenda: ad quae niſi plane nauſeans hominem ἀπόπτυστον exſpuas, meſſoribus duriora te ilia habere contendam. In Dedic. iſta Anacreontica, prius in omnes literatos, ceu abjectos adulatores & mercenarios mendicantium dedicationum fatuorumque elogiorum conſarcinatores invectus, tandem addit. *nihil tale in iis, quae vel tu edidiſti, vel ego edidi. recta ratio ſcilicet nos docuit.*

Quo

Quo in loco non ſe modo Clerico, infantem viro, comparat: & editos a ſe libellos, quos laeva manu in cloacam, dignum Voluſianis ſcriptis locum, puer trimulus abjecerit, tot a laborioſo ſane Viro congeſtis voluminibus, ut Herculeis cervicibus oneri eſſe poſſint, componit, ſed & ſe & amicum ſolos a recta ratione edoctos gloriatur, ceteris, ne uno excepto, παρα-φρονεῖν juſſis. Verum in Alea p. 43. altiores tollit ſpiritus. Ibi enim Pyrgopolinices noſter ait, quaſi cataphractus in prima acie pugnaret: *Telum illud* EGO *non reformido: aut* SALMASIUS *reformidaſſet puto.* bene quod addat *puto.* imbellis enim Salmaſius poſt principia ſe recepiſſet procul dubio. daturne inpudentior jactantia? homo obſcurus, non ullo doctrinae ſpecimine clarus, primum tum cum nugaci de Alea libello in lucem prorepere auſus, ſe Salmaſio ita comparat, ceu non

Compoſitus melius cum Bitho Bacchius eſſet.

EGO & tu CLERICE, belle & mellite: EGO & SALMASIUS belliſſime & mellitiſſime! Quid cenſes, Lector? non re vera *ex domeſticis Pavonis encomiis facile integer libellus conſtrui poſſet?* quod Narciſſus noſter Viro Celeb. R. Bentlejo objectare auſus in Menand. p. 96. Ferimus quaedam, non laudamus in Scaligeris, Salmaſiis, & ejus notae viris, Pavo, quae in magiſtello, qualis tu es, exagitamus, increpamus & ſugillamus. rogas, cum in eodem genere peccent, ac tu, cur non eodem modo puniantur. vin' cauſam cognoſcere? exi portam Eſquilinam: conſpicisne ibi aliquos in purpura vel coccineis veſtibus patibulo ſuſpenſos; vel crucibus adfixos? omnes pullis tunicis induti plebejam originem indicant. ſcis quoque, quid medici in vilioribus corporibus facere adſueverunt. ſi non habes nares obeſas, olfacies quid haec velint. Forte tamen jactantiam tuam etiam

 patien-

patientius ferrent homines, niſi cum ſumma iſta tua maledicentia & ὑπερηφανία eſſet conjuncta.

Quid porro magis jactatorem prodit, quam quod ſingulis fere paginis illas formulas inſercis, *de illis accuratius alias. de illis enucleatius ſuo loco*, & ita hiantem Lectorem vana ſpe deſtituis? Sed non puto ex ſola gloriatione proficiſci, ſed ignorantiam tuam te hiſce obtegere conari. Nam cum talia per hoc decennium innumera promiſeris: non inveni ullum locum in omnibus tuis ſcriptis, quo aliquid enucleati vel accurati exhibeas. omnia ſicca & exſanguia. At tu Cl. Salmaſio, qui innumeris & doctiſſimis lucubrationibus rem literariam locupletavit, exprobrare ceu jactatori auſus, quod non omnia prodiderit, quae animo meditatus fuerat, & ex parte procul dubio jam perfecerat: quid de te opinaturos homines arbitraris, qui tot jam Auctores & alia editurum te promiſeris, ut ſi vel ad centeſimum annum aetatem protraxeris, ea perficere non poſſis! non opus ut indicem glorioſum prodam: Lector prope viginti quinque Auctores facile per ſe obſervaverit, atque inter eos magni voluminis quoſdam: ut Homerum, Athenaeum, Pollucem, Ariſtophanem & alios. ne loquar *de arte Critica*, quam promittere Horap. 304. 311. videris. in qua, ſpero, ſaltem Clerico tuo parces. an & huic inter ineptos locum dabis, ut dediſti aliis tuis olim amicis? nec de Diatriba, *de Nominibus propriis*, cujus mentionem facis ad Calabr. X. 89. verum eſt quidem aliis longe majori labore & induſtria ſuas lucubrationes conſtare: ideoque plus temporis ad illas requiri. Tu enim ſine ullo adparatu vel tuo vel alieno ad Auctorem edendum accedis: cui ſaepe ne toti quidem cum cura perlecto ex lecythis tuis aliquid ſuſpicionum frivolarum, emendatiuncularum vel omnino falſarum vel non neceſſariarum adlinis:

his

Digitized by Google

his addis multum gloriationum, nec minus maledictorum; & ſic commentarius Pavoninus exit. ut veriſimile fiat libellos a te conſcribi, dum vel herbam Θείαν potas, vel

Innocuos calices & amicam vatibus herbam
Ducis. nam Baviis bibiturque Maronibus illa.

nullo enim in loco ſterilem tuam criſin variae eruditionis floribus diſtinguis. nihil quod ad antiquitates, ad hiſtoriam veterem ſive literariam facit, intertexis. nec tibi crediderim quidquam in adverſariis eſſe reconditum, quod in hoc genere, ubi occaſio fert & res poſtulat, promere poſſis. quae cum ita ſe habeant, non mirum te quotannis libellum aliquem iſto notularum genere inſtructum prodere. nec dubito quin jam rurſus hic vel ille in equuleum Criticum a te conjectus ſit. Vae, vae ei, qui unquam iſtum auctorem attigerit! Sed ſi vel ita porro quae promiſiſti emittas, nec enim Aethiops pellem mutaveris, magna acceſſione Theod. J. Almelovenii *Bibliotheca Promiſſa* ex tuo penu augeri poterit, ubi ſemel ἄχθος ἀρούρης eſſe deſieris. & forte, qui primum locum occupes inter Δώσοντας, dignus invenieris. Ut autem adpareat, Lector, quid ſperandum ſit de iis, quae promittit, & uno & inſigni exemplo defungamur, quae adhuc ex Anthologia hic illic ſcriptis ſuis immiſcuit ad examen revocabimus: & niſi ego oſtenderim, Pavonem in iis plerumque nihil vidiſſe: quin incredibiles errores commiſiſſe, fiam

Μελάνθιος ἀντὶ Κομάτα.

CAPUT VII.

De Epigrammatibus quibuſdam ex Anthologia Edita atque Inedita, quae Pavo inſcite & ridicule explicuit & emendavit.

Sectio I.

EPigrammata haec recenſituris eodem ordine, quo in libellis Pavoninis occurrunt, initium faciendum foret ab iſto, * quod Noſtro occaſionem praebuit *Diatribes de Aleae luſu* corradendae. At quamvis Zatricium & ſimiles ludos, † *omnes hodie tenent, & nemo ignorat, aut hodie ignorare poteſt abſque dedecore*, fatendum tamen mihi eſt, non tamen ſine rubore, iſtis in ludis me numquam rudimenta depoſuiſſe. Spero tamen, non omnes viros eruditos & ingenuos adeo rigidae diſciplinae fore, ac noſtrum Stoicum eſſe video, qui certe hac in parte ipſum provocat Zenona. Quin tamen ex ipſius libelli locis, quae tangemus, patebit ſatis, eum in ipſis epigrammatis verbis ſaepe aberraſſe: unde fieri non poſſit, ut verum ſenſum illius carminis, vel veram ludi Zenoniani methodum ſit adſecutus. Quod ſi aleones ad praeſcriptum a Pavone canona artem forte exercere potuerint, Pavoninum ludum non Zenonianum ſe ludere ſciant, eoque nomine conceptas illi gratias agant, & rebus ipſis referre ſatagant. Et ſi Αἴγλη & Ἀμπελία & Μυῖα, famoſae meretrices, aeternam jactibus aleae a ſe dictis infamiam attulerunt, cur non Pavo aeternam gloriam ludo huic, a ſe invento, nominis participatione conciliarit! Meretur mehercule homo, ut in omnibus Galliarum Academiis [conventus ad aleam exercendam publici, non invito Platone, ita a lepidulis ibi vo-

* L. I. Anthol. C. 61.

† De Alea p. 96. confer cum Menandr. p. 4.

vocantur] ſaxeus adſtet, non minus quam olim Mercurius & Hercules in Gymnaſiis Graeciae. Si titulus baſi inſculpendus deſideretur, vel Pavus ipſe vel Academici me adeant, fatigabo Apollinem meum, ſi dignum quid perſona ἀργικυβευτοῦ inſpirare velit.

Ut tamen Lectorem circa hoc epigramma demereamur, adponamus H. Grotii verſionem, ex qua forte melius intelligetur ſenſus Agathiae, quam ex toto libello Paviano. quare ad ſequens epigramma ſtatim tranſitum faciemus, prius tamen admonito lectore, quidquid in tota Diatribe iſta occurrere videtur eruditae lectionis, illud omne inveniri in Salmaſianis lucubrationibus, & praecipue ad Vopiſci Proculum p. 736. & ſeqq. & Interpretum notis ad Pollucem: vix uno loco excepto.

AGATHIAE SCHOLASTICI
In
IMPERATORIS ZENONIS TABULAM.

Nos alii plebs parva ſumus: nec ſi quid agamus,
Egregium quamvis, fama celebrat anus.
At procerum ſi quis ſufflet modo, doctus ut Afer
Dixerat, hoc ſcribunt ex adamante notae.
Namque orbis dominum Zenona, urbisque parentem,
Dum pictum numeris dextera tractat ebur;
Teſſera quam varie mirum jactarit! ab albo
Ad metam tabulae qui capiebat iter,
Sexta habuit ſeptem: nonae canis, at duo ſummae
Puncta, nec his aut plus aut minus in decima.
Quae ſummam ſequitur monſtrat duo: rurſus at unum
Praefert quae Divi linea nomen habet.
At niger octava duo dat regione videri:
Nec vincit, nec ab hac vincitur undecima.

Quae bis ſexta fuit, ſortem monſtravit eandem:
Terdecima nudum rurſus habente canem.
Contigit Antigono bijugem geſtare figuram:
Quindecimae fatum jactus habebat idem.
Octavae & decimae ſimilis conſpectus: ab ima
Quarta pari caſu picta duobus erat.
Rex, cui contigerat niveam ductare phalangem,
Quas fortuna paret, non videt inſidias:
Nam gradibus clauſis artem prohibente fritillo
Alveolum triplex alea jacta ferit.
Sic duo, ſex, & quinque tulit: mox ſubiicit illis
Ordine damnoſos (quis putet) octo canes.
Sit procul a nobis, quotquot ſumus, alea: quando
Non timuit mundi fallere luſus herum.

Sectio II.

Pagina igitur centeſima decima quarta ejusdem opellae occurrit epigramma ſecundum, *quodque ſibi temperare non potuit, quo minus data nunc occaſione opportuna id integrum lectori* φιλομάθῳ *adponat, & niſi egregie fallatur,* GNAVITER *etiam corrigat.*

Antequam ad ipſum epigramma accedam, dicenda quaedam prius de *occaſione*, quae talis. Pavus poſt Salmaſium & alios obſervat vocem οἰνὸς [*unus*] notare etiam jactum aliter Χῖος dictum ex Pollucis Lib. VII. §. 204. Χῖος ὃν καὶ χῖον καὶ οἰνὸν καὶ οἴνην ἐκάλουν· ἐστὶ δ' καὶ οἰνὴ παρὰ Ἴωσι μονάς. ubi alii Codd. μόνος. alii μόνοις. Codex autem meus lectionem exhibet, quam an proferre debeam, dubito. nam certe ad corvos miſera amandabitur, & forte merito. χῖος ὃν καὶ χῖον κ. οἴδιω ἐκάλουν. ἐστι δ' καὶ ποινή. παρὰ τοῖς Φίωσι μονάς ille eligit μόνοις & voculam καὶ ut *flaccidam* & *moleſtam* expungit. reliqua autem ita explicat, ut Iones ſoli dixerint οἰνή: cum reliqui Graeci *maſculos*

magis

magis quam mulierculas * *amantes* dicerent οἰνός. cauſam rogas? non fruſtra eris. dabit ſubtiliſſimam, & ut procul dubio ipſe putat, certiſſimam. „ οἰνὴ *ſoli Iones ſuo jure dicebant: poſt inventum ſcilicet* ἦτα *vocem communem interpolaverunt: id opportune notavit onomaſtici ſcriptor. nihil emaculatius.*“ Sed, acutiſſime Vir Grammatice, vellem non ita vage definiviſſes aetatem hujus vocis, poſt inventam literam ἦτα. id omnes ſatis intelligimus, utut te ſtupidiores, non ante inventam literam id accidiſſe, ſi id accidit. Ego vero, tua cum venia, ſtatuerim paucis annis poſt repertam literam ἦτα id accidiſſe: & occaſionem huic interpolationi dediſſe, quod litera haec nova non ſatis frequens erat *in vuoge.* & ideo Πανιώνιον decretum feciſſe conjecerim, quo omnes aleatores juberentur in poſterum οἰνὴν non οἰνὸν jactum χῖον vocare. Nonne *hoc bonum*, *hoc accommodatum* ſcilicet ad commentum tuum confirmandum!

Jam hanc vocem οἰνός huic epigrammati intrudendi occaſionem arripit. In quo cum agatur de ἀστραγάλοις *talis:* & οἰνός dicatur, teſte Polluce, de πεττοῖς *calculis:* facile animadvertis, Lector, vel hinc ſolum non poſſe dubitari de ineptiis hujus conatus. nam debebat primo loco ſaltem liquido conſtare οἰνὸν habere locum in ludo *talorum.* adſeverat quidem audacter, ſed tamen poſt Salmaſium ad Hiſt. Aug.

I 5 ſcript.

* Sales inſulſos Pavo paſſim in tam abjectis & fatuis locutionibus quaerit: ita in Hephaeſt. p. 143. *Navis* Σείριος *mulierculas amat*, id eſt, *feminini eſt generis.* In Calabro IX. 77. ait non minus lepide. *Enallage inſolita, ubi* πᾶσιν *pro magiſtro adeſt.* his verbis Chryſippeis noſter commentator indicat, vocem illam, in qua enallagen animadvertit, pendere a voce πᾶσιν, ſi ſolita conſtructio ſervetur. rurſus eodem libro vs. 227. *ne caſus patrii ſint ſine magiſtro.* & paſſim notulas ſuas talibus deliciis condire, ut ſic magis placituras, ſolet. At qui ſciunt qualis didacticus ſtylus eſſe debeat, ſimplex & perſpicuus: ad haec φορτικὰ acumina nauſeabunt, ſcio.

ſcript. II. p. 760. Οἰνὸς *unio eſt in teſſeris ipſo numero ſuo.* οἰνὸς *unio eſt in talis ipſa lateris ſui forma.* Sed quo Auctore hoc probabis? nonne eodem jure cuivis omnia jactuum nomina a teſſeris ad talos transferendi jus erit? quod abſurdum. at in *talis* locum habet χῖος, & pro χῖος dicebatur quoque οἰνὸ. ergo quocunque caſu promiſcue χῖος & οἰνὸς ponere licet. haec Logica Pavoni placuerit, non quibus cor recte ſalit. cum ergo veroſimile ſit οἰνὸς de *talis* non uſurpatum, vel hinc ſolum longe probabiliſſimum eſt, ſi probabilitatis calculum ineamus, totam bellam hanc emendationem non ſolummodo non neceſſariam & falſam, ſed ineptiſſimam eſſe, qua vocem *quia rarior & a ſe inter alios obſervata*, * ita elocare voluit. Sed ubi epigramma recenſuerimus, haec apertiora lectori erunt.

Pavo autem carmen hoc exhibuit, ut apographum ejus habebat, adeo religioſe, ut & manifeſtiſſima in accentibus non correxerit σφαλματα quod ejus inbecilli judicio condonamus. at quod ita paſſim etiam in notis vocabula exhibeat, nec etiam corrigat, ubi ſenſus diſcrepantiam infert diverſus accentus, id ei vitio vertimus, & ex inſcitia, ſaltem ſocordia, profectum cenſemus. ita φοῖνιξ. ὀρνιθος. ἄνδρι ἄνηρ. μῦσας. πόσσι ἐφρασαμαν. ἀςραγάλον. ἀκρφ. πίσοντα. φῦντα. in tribus paginis occurrunt, & eadem ſic ſaepius. ſic in ipſo primo illo Agathii epigrammate etiam voces corruptas edidit λευκε, ἆχειν pro ἆχεν. Sed paulo majora canamus. ut brevitati autem ſtudeamus, ſic tamen ob innumerabiles errores Pavoninos prolixiores neceſſario futuri, ſic ſtatim exhibebimus, uti legendum,

* Operae pretium eſt in Menandreis p. 79. legere locum, quo talem, ut contendit, pruriginem indecenti, & petulanti ſtylo in Cl. Bentleio exagitat. longior locus eſt, quam ut hic exhibeatur: paginam inplerit.

dum, e fide optimi Codicis in pleriſque, cenſemus, &, niſi egregie fallor, nobiſcum intelligens & aequus Lector cenſebit. Sic ſe habet inſcriptio, quam Pavus omiſit pro more.

Εἰς Ἀντίπατρον τὸν Σιδώνιον.

Μελεάγρου.

ἦν δ' ἐπὶ τῷ τάφῳ σύνθημα ἀλέκτωρ, καὶ φοίνικος κλάδος, καὶ ἀστράγαλος.

Ἁ στάλα, σύνθημα τί σοι γοργωπὸς ἀλέκτωρ
Ἔστα, καλλαΐνα σκαπτοφόρος πτέρυγι,
Ποσσὶν ὑφαρπάζων νίκας κλάδον, ἄκρα δ' ἐπ' αὐτᾶς
Βαθμίδος προπεσὼν κέκλιται ἀστράγαλος;
Ἦ ῥά γε νικάεντα μάχα σκαπτοῦχον ἄνακτα
Κρύπτεις. ἀλλὰ τί σοι παίγνιον ἀστράγαλος;
Πρὸς δὲ, τί λιτὸς ὁ τύμβος; ἐπιπρέπει ἀνδρὶ πενιχρῷ,
Ὄρνιθος κλάγγαις νυκτὸς ἀνεγρομένῳ.
Οὐ δοκέω. σκᾶπτρον γὰρ ἀναίνεται. ἀλλὰ σὺ κεύθεις
Ἀθλοφόρον νίκαν ποσσὶν ἀειράμενον.
Οὐ ψαύω καὶ τῇδε. τί γὰρ ταχὺς εἴκελος ἀνὴρ
Ἀστραγάλῳ; νῦν δὴ τὠτρεκὲς ἐφρασάμαν.
Φοίνιξ μὲν νίκαν ἐνέπει, πάτραν τε μεγαυχῆ,
Ματέρα Φοινίκων, τὰν πολύπαιδα Τύρον.
Ὄρνις δ', ὅττι γεγωνὸς ἀνὴρ, καί που περὶ Κύπριν
Πρᾶτος, κἠν Μούσαις ποικίλος ὑμνοθέτας.
Σκᾶπτρα δ' ἔχει σύνθημα λόγου. θνάσκειν δὲ πεσόντα
Οἰνοβρεχῆ, προπετὴς ἐννέπει ἀστράγαλος.
Καὶ δὴ σύμβολα ταῦτα. τὸ δ' οὔνομα πέτρος ἀείδει
Ἀντίπατρον, προγόνων φύντα μ' ἱερωθενέων.

O columna, cur tibi inſigne ferox adſpectu gallus
Adſtat, purpurea ala ſceptrum gerens,
Pedibus ſurripiens victoriae ramum, in ſummitate autem ipſius
Baſeos, prolapſus jacet talus?
Certe victorioſum praelio ſceptriferum regem
Celas. ſed cur tibi ludicrum talus?
Cur praeterea ſepulcrum ſimplex? decet virum pauperem,
Alitis clangoribus noctu excitatum.
Non puto. ſceptrum enim hoc redarguit. ſed tu tegis
Praemium victoriae pedum velocitate qui retulit.
At nec hac via verum adtingo. qua in re enim velox vir ſimilis
Talo? at nunc ſane veritatem ipſam percepi.
Palma victoriam indicat, & patriam ſuperbam,
Matrem Phoenicum, fecundiſſimam Tyron.
Ales autem indicat, quod vir hic jacet omnibus auditus, & quoque in rebus Venereis
Primus, & inter Muſas numeroſus Poëta.
Sceptrum vero habet inſigne eloquentiae. mortuum autem ex caſu
Vino madidum prolapſus indicat talus.
Et haec quidem ſunt Symbola illa. nomen autem meum lapis canit
Antipatri, ex majoribus prognati potentibus.

Pavus non vertit epigramma. quippe *doctis ſolum ſcribit*, & quibus Graeca, etiam corrupta, vernaculo ſermone expeditiora. nam *ne Latina adderet, non obſtitiſſe reor epigrammatis indolem*, quo praetextu uſus fuit, ne Hephaeſtionem verteret. at vera cauſa eſt, cur Latina non adpoſuit, quia nihil in toto epigrammate intelligere ſe ſentiebat: ſi qui Pavoni eſt ſenſus: voluit tamen ſe jactare. nam quot loca adtigit,

git, tot corrupit, & tot ne per nebulam quidem percepit. noſtra probabimus, & ſic Pavonina ſua ſponte concident.

Vs. 1. Ἁ ϛάλα. *O columna.* nam Meleager alloquitur cippum. Solent autem Attici, ſed & alii nominativum cum articulo pro vocativo ponere. Ariſtoph. Ranis. 40. ὁ παῖς. Eccleſiaz. 128. ὁ περίαρχος. Theocr. Idyll. 102.

Οὐκ ἀπὸ τᾶς δρυὸς οὗτος ὁ Κώναρος, ἅπε Κυναίθα;

& ipſiſſimo modo L. I. Anthol. C. III. p. 3.

Ἁ σύριγξ, τί τυ ὧδε παρ' Ἀφρογένειαν ὄρουσας;

Quam haec intellexerit adparet, quia ἃ ϛάλα ſcribit Pavo. *quae columna.* & quia p. 118. *ne quid diſſimulet*, cenſet, *orationem ita per interrogationem & reſponſionem diſcriminatam eſſe intricatiorem:* cum ad verſum duodecimum perpetuae ſint interrogationes, & objectiones, quibus reſpondet & quas ſolvit ipſe Meleager ſive quivis viator. ut Pavo porro haec exordia carminis perceperit, patet quoque ex ineptiſſima diſtinctione poſt vocem σύνθημα & poſt voces τί σοι, quae continuo filo legendae ad vocem uſque Καλλαΐνα, ante quam demum minor diſtinctio ponenda. nam ſi bene percepiſſet, de diſtinctione admonendus lector fuiſſet. nequiit etiam ſcribere γοργωπός. ut σκυθρωπός. neſcivit etiam ſcribere ἴϛα ſpiritu leni. τί autem accipe, Lector, pro κατὰ τί. nec refer ad σύνθημα. non τί σύνθημα: ſed τί ἴϛα. & confer L. III. Anthol. C. V. p. 197.

Ὄρνι, Διὸς Κρονίδαο διάκτορε, τοῦ χάριν ἕϛας
Γοργὸς ὑπὲρ μεγάλου τύμβον Ἀριστομένους!

Vs. 2.

Vs. 2. Καλλαίνα, licet pro ea in antiquiſſimo Codice κελαίναι erronëe quod ad primam ſyllabam, quinque alia mea ἀντίγραφα, inter quae forte etiam non ex Palatino traducta, recte exhibent. quae etiam bene cum Palat. σκαπτροφόρος, vel σκαπτοφόρος ad formam τοῦ σκηπτοῦχος. vid. Euſtath. ad Il. A. 25. non σκηπτροφόροις. faceſſat igitur οὐτιδανὸς Pavus cum οὐτιδανῷ libro ſuo hic & aliis in locis: in quo ἔστακε λαίνα & σκαπτροφόροις. De Callaino colore eruditiſſime hic Pavo. „ Καλλάινον χρῶμα *idem quod* ποικίλον χρῶμα.
„ καλλαίνα πτέρυξ, ἡ ποικίλη πτέρυξ. *variegata galli gal-*
„ *linacei ala. nihil aptius.* vide *Heſych. in V.* κάλλαιοι.
„ *& Suid. in voce* κάλαϊς. *ubi ope noſtra adjutus eſt*
„ *compilator, ut alio loco demonſtrabimus.*"

Sane Gallis Gallinaceis varias ſaepe plumas eſſe etiam pueri non ignorant. at an καλλάινος *varius* notet valde dubitari poteſt. Heſychii verba ſunt. κάλλαιοι. οἱ τῶν ἀλεκτρυόνων πώγωνες, καὶ πᾶν πορφυροειδὲς χρῶμα. ἔνιοι δὲ τὰ ποικίλα. Suidae duo loca nihil huc faciunt: quae miſellus non intellexit, cum neſciebat reſpicere Aeſchyli locum in Agamemnone vs. 933. uti docuit Vir doctiſſimus quidam in Miſcellaneis noſtris Vol. III. T. II. p. 92. Gujetus hic adnotat. *Veneti coloris.* & gl. Labbaei. καλλάινον. *Venetum.* καλλάινος *Venetianus.* & magnus Bochartus Hierozoic. pag. 730. [quem laudant ad Heſychii locum] oſtendit fuſe vel *purpureum* vel *coeruleum* colorem denotari: ſed ſimul, ut in coloribus ſit, homonymia laborare. καλλάινον χρῶμα autem non *varium* ſed *unum* potius colorem fuiſſe ex verſiculo, ubi deſcribuntur inſtrumenta ſcriptoria, collegerim:

Καὶ τὴν ἀδυφαῆ πλινθίδα καλλαΐναν.

quae verba mihi recte videtur interpretari Gujetus: *Suavicolorem laterculum Veneti coloris*, ſive

cotem,

cotem, *coticulam Veneti coloris.* Vides igitur quam levi fulcro nitatur illa interpretatio § *varius.* nempe Heſychiano illo Ἔνιοι τὰ ποικίλα. ego verti *purpurea.* Heſychii & aliorum auctoritate. poſſent hi colores *venetus & purpureus* ita conciliari quodammodo, quia *Venctus* ſeu *coeruleus*, eſt color mari tributus. jam maris fluctibus *purpureus color* tribuitur & πορφύρειν illi dicuntur agitati. quin ſi vel *varius* intelligere velis, *purpureus* ſic accipias licet. vide quoque Ducangium in hac voce. qui animadvertit modo καλλάϊνος modo καλάϊνος ſcribi & laudat *Pappum* Chymicum in Gloſſis Chymicis MSS. in quibus ὕδωρ ἄσβεστον redditur. Eadem autem habentur in Λεξικῷ τῶν στοιχείων τῆς χρυσοποιΐας. unde loci quam plurimi in Ducangio poſſent emendari. temerarie imo callide igitur vertit *variam alam* Pavus, quia neſciebat, qualis color καλλάϊνος eſſet. & talia effugia ſaepe quaerit. Reddidi autem *alâ ſceptrum gerens:* ita intelligens, ut ſceptrum inter alam inſertum fuerit. nam unguibus non poterat inditum fuiſſe, quia mox ſequitur

Vs. 3. Ποσὶν ὑφαρπάζων κλάδον. ad quas voces rurſus valde erudite obſervat ex vs. 13 patere, hic intelligi φοίνικα. *palmam*. potius paucis indicaſſet: cur poëta uſus fuerit voce ὑφαρπάζειν & non alia, quae ſimpliciter *tenere* ſignificaret. ſic enim lauri, olivae, imo palmae ramos a volucribus & aliis animalibus aliquando geri pedibus in monumentis videmus. & intererat geſtum Galli cognoviſſe Pavoni, qui mox ſubtiliter diſquiſiturus eſt, utrum hic *victus* an vero *victor* rex deſignetur. nam geſtus Galli hanc litem forte dirimere potuiſſet. habitum autem Galli ſimilem fere fuiſſe reor aquilis, quae in numis Agrigantinis piſces vel lepores unguibus tenentes conſpiciuntur. Sed cur ita, ego non perſpicio. perſpexerit forte oculatiſſimus ille Pavo.

Vs. 3. Tertium inſigne *talus, in ipſa crepidine extrema, ſed qui pronus jacet.* Talos quatuor in ipſa baſi ſic una cum puero jacente & ludente exhibet Franciſcus Ficoronius in Italico libello *de Talis luſoriis* p. 148. in iſta ſtatua duo tali in latus proclinati, duo in plana facie nituntur. Et προπεσὼν ἀστράγαλος forte notet *in latus jacentem talum*; eo quoque ducit vox κέκλιται. quae *de mortuis, aegrotantibus, dormientibus.* ſic κείμενος ἀστράγαλος. Anth. III. p. 208. Non video tamen locum hunc ex iſta ſtatua aliquid lucis mutuari poſſe.

Vs. 5. Pavo ἦ ἐρα γε ſcribit & accipit quaſi interrogationis particulam. ἦ ῥά γε ſcribendum, & particula adfirmationis hic eſt. *ſane. profecto.* ut etiam ἦ ῥά γε μὴν. Anth. p. 44 & 208. & 482. accipiendum. quamvis ἦ ῥά γε aliquando & interrogationi inſerviat, ſed fere adfirmanti. porro Magiſter noſter ſic „Νικάεντα *peccat. nam regem* „ *vincentem, non victum requirit ſententia. per bene ite-* „ *rum margo* νικάσαντα.“ Quamvis multa jam ignorantiae Pavoninae ſpecimina vidimus, neſcio an linguae Graecae ullo in loco ſe magis inperitum oſtenderit quam in hoc, in quo adfirmat νικάεντα *victum* notare: & negat ſignificare *victorem.* Utrumque enim nemo poteſt ſcribere, niſi hoſpes in Graecitate. nam primo ut νικάεις *victus* ſignificet, velim ſcire, quae forma vocis, adjectivum an participium, an neutrum. exſpectabimus, ſi ſecundum canonas a νικῶ & νίκημι deducere νικάεις ſciat. an putavit eſſe aoriſtum participii paſſivi pro νικηθεὶς. & ut in ἑστηκὼς vel ἑσταὼς pro ἑστηκὼς κ per Syncopen tollitur, ſic in νικηθεὶς poſſe tolli θ arbitratus eſt? At cum negat *victorem* ſignificare, non minus turpiter ignorat a ſubſtantivis proficiſci hujus formae adjectiva & ſignificare *poſſeſſionem, copiam ejus rei* quae ſubſtantivo ſignificatur. τιμὴ, τιμήεις, τιμάεις, τιμάεντος & contracte τιμᾶντος. *honor,*

nor, *bonorus*. φωνὴ. φωνήεις. *vox*, *vocalis* κώπη. κωπήεις. *manubrio inſtructus*. λάχνη. λαχνήεις. *lanuginoſus*. τέχνη. τεχνήεις. τεχνᾷν. αὐδὴ. αὐδήεις. αὐδᾷν. & ſic νίκη. νικήεις. νικάεις. νικᾷν *victoria*, *victorioſus*. miſeret me hominis miſelli. quem ſuadeo ad linguae tirocinia accedere, eaque ſedulo & gnaviter addiſcere, antequam ad lectionem, nedum interpretationem bonorum auctorum accedat. Sed erat vox rarior, nec relata inter ἅπαξ λεγόμενα. ideo caecus caecum ducem ſecutus vulgivagum νικήσαντα ſubſtituere voluit: idem fungis librariorum faciens, notum pro minus noto ſubſtituentibus.

Vs. 7. Πρός δ' ἔτ. Gujetus male. Cod Palat. πρὸς δ' τι. non videtur rurſus ſciviſſe πρὸς δ' ſignificare *inſuper*. *praeterea*. Il. E. 307.

Θλάσσε δ' οἱ κοτύλην, πρὸς δ' ἄμφω ῥῆξε τένοντε.

Il. K vs. 109. προτὶ δ' αὖ καὶ ἐγείρομεν ἄλλους.

Il. X. vs. 59. Xen. p. 209. πρὸς δ', καὶ ὅντινα γινώσκοιεν ὀφθαλμὸν ὄντα.

Vs. 10. Codex Vat. male cum ἀπογράφοις nonnullis αἰολοφόρον. habet autem vocem νίκαν prima ſede; quam igitur obtineat. fit autem hic mentio ποδῶν, *quia pedibus palmam arripuerat* Gallus.

Vs. 11. Aiſellus rurſus non intellexit locutionem ἐψάνω. verba ejus ſunt. „ *Idem* (Gujetus) *ille adſcripſe-*
„ *rat*; neque hac tango, ſcilicet rem. *quod ego etiam*
„ *probo. locutio videtur deſumta ab iis*, *qui in mediis*
„ *tenebris aliquid quaerunt protenſis manibus. hi enim*
„ *ſimul ac ſentiunt*, *ſe hoc rem quaeſitam adſequi non*
„ *poſſe*, *alio ſtatim tendunt manus. elegans hoc & pau-*
„ *lo ſecretius.*" Pave, aberras a ſcopo. locutio deſumta ab iis qui *haſta ferire adverſarium conantur*. ut Il. Ψ. 805. vel a jaculantibus. ψάνειν hic Synonymon

 cum

cum τυγχάνειν & συμβάλλειν. vel potius, ut ψαύειν ſe res dicuntur, *quae ſe tangunt, vicinae ſunt:* ſic quando conjectura fere, vel etiam omnino, quis aliquid adſequitur, dicitur ψαύειν τοῦ λόγου, τοῦ αἰνίγματος. & ſic plane reſpondebit vocibus προσεγγίζειν, & σύνεγγυς εἶναι. quae occurrunt in ſimilis argumenti Epigrammate L. III. p. 208. ἢ τὰ μὲν οὐδὲ σύνεγγυς, ... καὶ δοκέω τῷδε προσηγγίσαμεν. & ſic Lexica quoque ipſa tibi exhibuiſſent ἐγγίζειν πρὸς τὴν ἀληθινὴν παίδειαν. quae etiam te noſtram hanc formulam debuiſſent docere, cum ex Plutarchi libro de Genio Socratis T. II. p. 589. F. laudent ἀλλ' ἔστιν ὅπη ψαύει τοῦ ἀληθείας καὶ τὸ μυθῶδες. *accidit ut & fabulae veritatem adſequantur, attingant.* Gujetus praeterea notaverat. *je n'y ſuis pas encore par là.* quod non videtur *nôtre Chanoine de la Pauvreté, ſelon l'eſprit*, intellexiſſe, Gallicae Dialecti forte ignarus. certe hic de oberrante in tenebris cogitabit nemo niſi tenebrio noſter.

Praeterea jubet τῇδε mutare in τᾶδε. per me licet. mirum tamen in Theocrito in quibusdam locis τῇδε codices conſtanter ſine ulla mutatione retinere. e contrario ubi τᾶδε habetur vacillare, & in aliud quid mutare diverſum a τῇδε. qua de re jam nunc non agendi tempus. ſed hic quoque τᾶδε malim.

Vs. 12. Jam in vs. 12. habemus omnium maxime ridiculam notulam, quae unquam ex ridiculo illo cerebello proſiliit. cum enim in ejus palimpſeſtis legatur: νῦν δὴ τῷ ἔτρεχες, ἐφρασάμαν.

Ita ad haec commentatur, „τῷ ἔτρεχες *vertendum* „ quo curras, & quid tibi velis! *locutio iterum rarior,* „ *cui ſimilem promit lingua noſtra.*" obſtrinxiſſet patrii ſermonis amatores, ſi elegantias Graecas cum vernaculis contuliſſet. nunc fruſtra illas quaeremus, niſi ipſe indicaverit. at hic jam ille acutus, ingenioſus & Graece doctus criticus: ad quem ceteri modo ceu um-

umbrae volant; ille qui Graecos auctores intelligit & edere deberet ſolus, hic, hic non potuit ſimulac locum attigit, videre τ'ωτρεκὲς legendum, id eſt, τὸ ἀτρεκὲς. Sed caudex ignoravit ο & α contrahi in ω. numquam ὤνὴρ. numquam ὤρισος & centena talia vidit. quin hanc ipſam vocem ſaepius in ipſa Anthologia obviam ignoravit. L. IV. 16. p. 348.

Καὶ μοὶ φθέγγον ἑτοῖμον ἐπαγίκα καιρὸς ἀπῄτει
Εἰς ἀκοὰς ῥυθμῶν τ'ωτρεκὲς οὐκ ἔμενεν.
Καὶ ζὺς ἀπ' αὐτομάτω κιθάρας ἐπὶ πῆχυν ἐπιςὰς
Τέττιξ ἐπλήρου τὠτρεκὲς ἁρμονίας.

Anthol. Ined.

Εἰ δ' ἦ τὶς ἐ φήσει, μὴ πείθεο. ναὶ μά σε, δαῖμον,
Ψεύδετ'. ἐγὼ δ' ὁ λέγων τὠτρεκὲς οἶδα μόνος.

ut ibi legendum. dicitur & τ'ατρεκὲς. Anthol. IV. 6. p. 366.

- - - *ὅπι τ'ατρεκὲς εἰπών.*

Mox ἐφρασάμαν quoque neſcio an intellexerit. puto tamen. non ex ſe, ſed quia Gujetus *adverti* allevit, ut vertendum. *adverti*, *intellexi*. peſſime autem ſaepe φράσασθαι *dicere* interpretati ſunt. Nam φράσαι τὠτρεκὲς *eſt verum dicere*. vide Anthol. I. 68. 1. Ita male in illo Theocriti, *dic*, reddunt:

Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.

ut recte Palmerius & alii animadverterunt. * ap. eundem

* Miſcell. Obſerv. II. I. 167.

dem Idyll. 25. 180. φράζεσθε ὀρθῶς. Anthol. L. III. 12. p. 229.

Νῦν Σφιγγὸς χεῖφας Οἰδίπος ἐφρασάμαν.

ibi enim ἐφρασάμαν ex fide Codd. reſtitui, ut hic edidi. edidit & Pavo: neſcio an fide libri ſui. Secundum cujus effatum *Doriſmus revocandus ubique.* at vide rurſus, quam callide ignorantiam ſuam celet. *ubique* ait. at in quibus vocibus? an ergo ὑφαρπάσδων. an τὶ τὶν. an τὺ κευθεις. an μῶσαις vel μοίσαις? & in his vocibus ſane poſſet. at novimus jam Pavonem, Doricae dialecti ignorantiſſimum. & proinde forte partem ex his omiſiſſet, & alia forte incongrua in Doriſmum intruſiſſet. caute igitur, ne peccet, *ubique* revocandum ait Doriſmum. Sed tu qui adeo gnaviter hoc epigramma te emendaturum gloriabaris, putidiſſime diligentiae propriae praeco, cur non & hac in parte editoris accurati functus es munere?

Vs. 13. & 14. Minutus animadverſor hic nihil animadvertit. poterat tamen lectorem remittere ad illuſtres duumviros L. Holſtenium & E. Spanhemium, quorum hic T. I. de Numiſm. Praeſt. pag. 345. ille ad Stephanum p. 333. docuit palmam ſaepe conſpici in nummis Tyri, & inſigne hujus urbis fuiſſe. ibi & lector didiciſſet, quo jure Tyros μήτηρ Φοινίκων vocetur. Sed talibus dapibus non delectatur aridarum arroſor noſter literularum. *nec vult deſcribere, quae alii ſcripſere*, ut in Anacreont. p. 345. ait. cum exſcribere millies ſoleat docta manus tamen dignata fuerat laudare Holſtenium & Spanhemium qui male μεγαυχεῖ *jactat.* legit.

Πολύπαιδα forte non minus bene ad vocem μητέρα quam ad vocem Τύρον referri poſſit.

Sed vs. 13 haereo. Nam palmam victoriam notare, nemo dubitabit. at quae victoria tangitur? an

ipſius

ipſius Tyri? an potius Antipatri? in primam ſententiam plura dici poſſent: ſed illa nihil ad Antipatrum facerent. at quae victoria Antipatro obtigerit, ego conjicere me non poſſe fateor. An de aemulis poëtis vel ſimilibus? fortaſſe ſic haec capi debent. acutiora, & indubitatiora dabit Pavus.

Vs. 15 & 16. inſcitiae & ſtuporis nova & inſignia documenta praebent. prius noſtram lectionem declarabimus: tum de ineptiis Pavoninis breviter. Vox Ὄρνις hic ſignificat Gallum, ut patet ex tota ſerie. & ſaepe per excellentiam ita haec avis. ut apud Latinos *ales*. Anthol. Ined.

> Σῶόν μοι Πολέμωνα μολεῖν, ὅτ᾽ ἔπεμπον, Ἄπολλον,
> Ἠϊτέμλω, θυσίλω ὄρνιν ὑποσχόμενος.

Mox ſequitur,

> Οὐκ ἔτι σοὶ θύω τὸν ἀλέκτορα.

In Symbolis autem Gallus inter alia, tria indicat. Stentoream vocem: vel hominem, qui voce praecellit ut orator, praeco. & quia non ſolummodo magna voce praeditus hic volucris, ſed etiam canora, hinc notat ſaepe poëtam & quidem magniloquum: tertio, quia avis ſalacior, deſignat hominem in Venerem procliviorem. ultimum illud non opus ut probemus, praeſertim non Pavoni, qui cum tam accurate paſſerum bene maſculorum coitus rimatus fuerit, oculo non minus curioſo Gallorum inpetus in Venerem obſervaverit,

> Τάκετό τ᾽ ὀφθαλμὼς, ἔπι οὐ πτερὸν αὐτὸς ἐνώμα.

Poëtam deſignari Gallo multis excmplis conſtat. Theocr: Idyll. VII. 48.

> Καὶ Μοισᾶν ὄρνιχες, ὅσοι ποτὶ Χῖον ἀοιδὸν
> Ἀντία κοκκύζοντες, ἐτώσια μοχθίζοντι.

 con-

conſulatur ibi D. Heinſii elegantiſſima nota, & quae viri docti obſervarunt ad Horatii L. I. Od. 6.

Scriberis Vario fortis & hoſtium
Victor Maeonii carminis alite.

Unde & ἀοιδός per excellentiam. Idyll. 18. vs. 56. Plura alia etiam ſignificat Gallus, ut ſtudium pugnandi, quare Meleager ſupra cogitavit de σκηπτούχῳ μάχῃ νικάεντι. Vide doctiſſimum J. Potterum ad Lycophron. 1094. Xenoph. 882. c. Ariſtoph. Avib. 70. Sed hoc in loco tria modo in Antipatrum convenire adſeverat. In voce ὄρνις autem ἐννέπει intelligitur, ut modo φοῖνιξ ἐννέπει, & mox ἀστράγαλος ἐννέπει.

Vocatur autem Antipater primo loco Ἀνὴρ γεγωνός. hoc vocabulum γεγωνὸς deſcendit a γεγωνεῖν: quod apud Homerum & alios ſignificat, *ita clara & magna voce proclamare, ut exaudiaris.* & paſſim ἐξάκουστον βοᾶν. γέγωνεν. ἠκούσθη καὶ ἐγνώσθη redditur. pro *indicare* adhibetur in Anthol. III. 25. p. 280.

Σὸς δ' ἐπέων, Ἤριννα, καλὸς πόνος οὔ σε γεγωνεῖ
Φθῖσθαι, ἔχειν δὲ χόρυς ἄμμιγα Πιερίσιν.

inde participium γεγωνώς. Heſychius γεγωνίσκειν. λέγειν. γεγωνώς. κεκράξας. γεγώνων vel γεγωνῶν [ſic legendum] κραυγάζων, βοῶν. quod reſtituendum praeter aliis Diogeni Laërtio L. IV. §. 16.

Χαλκῇ προσπταίσας λεκάνῃ ποτὲ, καὶ τὸ μέτωπον
Πλήξας, ἴαχεν * ὦ σύντονον, εἶτ' ἔθανεν
Ὁ πάντα † παντὶ Ξενοκράτης ἀνὴρ γεγωνώς.

Vir

* Cod. ὡς.
† Sic Cod. vulgo πάντη.

Vir qui omnia omnibus Xenocrates clare dixerat.

vulgo editur γεγὼς vel γεγονὼς. Sed Cod. Reg. teſte ipſo Menagio γεγωνὼς. Sed *perperam* αὐτῷ κεῖται. quia verſus eſt *Iambicus*. At fallitur vir doctiſſimus: eſt Iambus re vera, ſed Iambus ſyllaba una productior. quali metro Laërtius ſaepe utitur, ut mox §. 27.

Ἐπέκλυσε καί σε, Κράντωρ, ἡ νόσων κακίστη
Χοὔτω κατῆλθες εἰς μέλαιναν Πλουτέως ἄβυσσον.
Καὶ σὺ μὲν ἐκεῖθι νῦν χαίρεις, λόγων δὲ τῶν σῶν
Χήρη ἕστηκεν Ἀκαδήμεια, καὶ Σολοὶ, πατρὶς σοῦ.

Illud γεγωνὼς aliquando paſſive accipitur. videantur Eruditiſſimus Abr. Gronovius & alii ad Aelianum L. II. V. H. 44. γεγωνός μέλος. hinc venit adjectivum γεγωνὸς. Heſych. γεγωνὸς. ἐξακουστός. μεγαλόφωνος. Mich. Apoſtolii Lex. γεγωνὸς. *audibilis*. quo utor beneficio praeſtantiſſimorum virorum J. Grammii & J. Chriſtoph. Wolfii. Sed vocis naturam & ſignificationem, quam ignoravit Pavo, optime explicabit Euſtathii locus ad Il. M. p. 909. ἐλέγοντο δὲ καὶ γεγωνοκῶμαι γυναῖκες αἱ κώμας ἐμπιπλῶσαι βοῆς. καὶ γεγωνὸν δὲ φθέγμα παρ' αὐτοῖς, τὸ λαμπρόν. Φίλων δὲ, καὶ ἀρσενικὸν οἶδε γένος τοῦ γεγωνοῦ λόγου, ὅ ἐστι τοῦ τορνοῦ καὶ περιφορικοῦ. [compara p. 1540. & Phavorinum] ὅθεν δηλαδὴ καὶ γεγωνότερον ἐπίρρημα. περὶ δὲ τὸ γεγωνοκώμης φέρεται καὶ ὅτι λέγεται οὕτω διὰ τὸ ἐν ταῖς κώμαις τελέσι ταῖς ἀμφόδοις γεγωνίσκειν, ἢ περιβόητος εἶναι. eſt igitur optima vox γεγωνὸς. γεγωνότερον autem Euſtathius ait ἐπίρρημα. ποῦ κεῖται Pavo forte ſciverit; ſed nolit indicare, ne forte alter Κειτούκειτος audiat: eſt enim diligentiſſimus in auctoritatibus enotandis. Inſpice Aelianum in H. A. L. IX. C. XIII.

de *ranis* uſurpantem. ego autem comparativum occurrere animadverti L. I. Anthol. C. 67. p. 94.

> Ἀρκεῖ τέττιγας μεθύσαι δρόσος. ἀλλὰ πιόντες,
> Ἀείδειν κύκνων εἰσὶ γεγωνότεροι.

> *Ros cicadis in ebrietatem ſufficit, ſed potae*
> *Ipſis Cycnis magis tinnulum cantum edunt.*

& apud Dionyſ. Halicarn. L. V. Antiq. Rom. C. 24. φωνῇ γεγωνοτέρᾳ φράσαι.

Nec enim ſoli Philoni haec vox uſurpata, qui λόγον γεγωνὸν, id eſt, τορνῇ dixit, ſed & eidem Dionyſio rurſus L. VIII. C. LVI. dicitur φωνὴ εὐσύντονός τε καὶ γεγωνός. & aliis. quin Diogeni Laërtio L. V. §. 65. περιγεγωνὼς notum, quamvis ibi quoque male περιγεγονὸς. at recte alterum magnus Caſaubonus reſtituit. Λύκων ὁ τὸ ἐκφραστικὸν καὶ περιγεγωνὸς ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ φαίνεται κἀνθάδε. ubi Caſaub. *ſtylum elatum & nimis, ut ſic dicam, vocalem.* omnino recte. videatur & Menagius. eleganter igitur noſter Antipater poëta, & forte Sophiſta vel Rhetor, hic vocatur γεγωνὸς. *vocalis:* inſtar Galli Gallinacei, cujus vox quam longe lateque penetret, qui nondum aere lavantur, ſciunt. unde etiam a Luciano in Gallo T. II. p. 158. ipſe Gallus dicitur διατορόν τι καὶ γεγωνὸς ἀναβοᾶν. abi nunc, dupondiorum Criticorum leviſſime, abi & repone hic tuum vapidum γεγωνὼς ὅδ'.

Quod ſequitur καί τι περὶ Κύπριν Πρᾶτος. nihil difficultatis jam habet. vocula τι corroborat dictum illud. eodem modo ipſe de ſe Meleager L. III. p. 281.

> Ἀελίῳ δ' ἀμφῆκες ἔχεις γέρας, ἔς τε γέλωτα
> Καὶ σπουδὰν, καί τι μέτρον ἐρωτογράφον.

Et

Et rurſus p. 280.

> - - Μελέαγρος, ὁ τὸν γλυκύδακρυν Ἔρωτα
> Καὶ Μούσαις ἱλαραῖς συστολίσας Χάρισιν.

& p. 281.

> Χαῖρε καὶ ἐν φθιμένοισιν: ἐπεὶ καὶ Μοῦσαν Ἔρωτι
> Καὶ Χάριτας σοφίαν εἰς μίαν ἡρμόσαο.

& paſſim Antipatri Epigrammata amatoria idem teſtantur.

Tertio loco ſimilis Gallo ob cantum celebratur.

> Κ'ἠν Μούσαις ποικίλος ὑμνοθέτας

in Cod. Palatino ἰω legitur. ſed liber ille, quem non traducem Codicis Palat. multis ex locis conjicimus, ſervavit optimam & facillimam nobis lectionem. κ'ἠν Μούσαις. *Et in Muſis, inter Muſas.* κ'ἠν ita centies apud Theocritum, ipſum Meleagrum & Antipatrum & alios pro καὶ ἐν occurrit. Antipater autem hic vocatur ὑμνοθέτης. id eſt, *poëta*. Pavus noſter vocem Latinis lectoribus adprime declaravit, cum vertit *Hymnothetes*. utrum putarit nomen muneris eſſe, ut θεσμοθέτης, ἀγωνοθέτης, vel indolem vocis averſari verſionem, neſcio. & ὑμνοθέτης re vera fuit in choris, *praecentor:* at ὑμνοθέτης paſſim quoque occurrit pro poëta: idem qui ὑμνοπόλος. & ut dicitur ſaepe ἀοιδοπόλος ſic & ἀοιδοθέτης in Anthol. L. III. c. 25. p. 274. vocatur autem ποικίλος poëta: quia vario carminum genere luſit. verti *numeroſus*. ut Ovid. IV. Triſt. 10. 49.

> *Et tenuit noſtras numeroſus Horatius aures.*

ita paſſim poëtae, carmina, inſtrumenta muſica ποικίλα audiunt. Pindaro Olymp. III. 14. φόρμιγξ ποικιλόγαρυς. Olymp. IV. 4. ὑπὸ ποικιλοφόρμιγγος

ἀοιδᾶς. Nemeon. 4. 23. ποικίλον κιθαρίζειν. & vs. 77. ποικίλων ἔψαυσας ὕμνων. Theocr. Idyll. IV, 10.

Κόσσυφοι ἠχεῦσιν ποικιλότραυλα μέλη.

Anthol. L. I. 67. 92.

Ποικίλα δ᾽ αὐδᾷ
Ἀλκαῖος, κύκνος Λέσβιος, Αἰολίδι.

Oppiano Halieut. I. 728. inde αἰολόφωνος ἀηδών. nam ita vocantur Poëtae ad exemplar volucrum canentium. Anthol. L. IV. c. 16. p 348.

Αἰόλον ἐν κιθάρᾳ νόμον ἔκρεκον.

Lycoph. 671. αἰόλον μέλος. in laude quoque ponit. loquitur enim de ſuavi Sirenum cantu. alioquin αἰόλον ςόμα, apud eumdem principio carminis, in malam partem: in quam & ποικίλος aliquando. ut ποικιλόμυθος. ποικιλομήτης. ſed rurſus. Theocr. Idyll. XVI. 44.

Εἰ μὴ δεινὸς ἀοιδὸς ὁ Κήιος αἰόλα φωνέων.

deſino. Pavus non amat Gargaridationes: at Pavi ſtupor eas facit neceſſarias. nemo autem offendatur, quod Antipater dicatur numeroſus poëta *inter Muſas* pro *inter poëtas*. *Muſae* paſſim pro *poëtis* vel Muſicis & poëticis ſtudiis. eadem locutio occurrit in Anthologia inedita, & quidem in Stratonis Μούσῃ Παιδικῇ, quam ex parte, ut hoc obiter dicam, edi poſſe reor: hic illic enim quaedam ad Ling. Graec. ampliorem cognitionem facientia continet. alia autem non nulla epigrammata ejusdem Sylloges, tenebris damnanda cenſeo. quamvis & ſeveriſſimi ordinis homines novi, qui

qui hanc partem verterint. Sed ad rem. in hoc epigrammate eadem locutio occurrit.

> Εἰς οἵων μὲ πόθων λιμένα ξένον, ὦ Κύπρι, θεῖσα,
> Οὐκ ἐλέεις κ᾽αὐτὴ πεῖραν ἔχουσα πόνων;
> Ἦ μ᾽ ἐθέλεις ἄτλητα παθεῖν, καὶ τοῦτ᾽ ἔπος εἰπεῖν,
> Τὸν σοφὸν ἐν Μούσαις Κύπρις ἔτρωσε μόνον.

ὁ σοφὸς ἐν Μούσαις & ποικίλος ἐν Μούσαις ovorum inſtar ſimiles locutiones.

In Damageti Epigr. Anthol. L. III. 20. p. 244.

> Ἦν δ᾽ ὡνὴρ μουσῶν ἱκανὴ μερίς, ἠδὲ παρ᾽ οἴνῳ
> Κρήγυος. ὦ χαίροις Ἄνδριε Πραξιτέλες.

lectio autem ὑμνοθέταις non eſt unius aſſis. licet etiam in Palat. inveniatur. nemo enim, puto, concedet ὑμνοθέτης ſequiori cum ſexu poſſe jungi, quamvis adjectivi formam induere queat, non minus quam ὑμνοπόλος. quod adjective & genere feminino occurrit in Agathiae Proœmiis in Anthol.

> Δεῦρο, μάκαρ Θεόδωρε, σοφὸν στήσαντες ἀγῶνα
> Παίγνια κινήσωμεν ἀοιδοπόλοιο χορείης.

& ſic Στέφανος μουσοπόλος in Epigr. Meleagri. & in Anthol. L. I. 46. p. 69. χεῖρες μουσοπόλοι. & aliis locis. imo ipſe Meleager in Στεφάνῳ.

> Μοῦσα φίλα, τίνι τάνδε φέρεις πάγκαρπον ἀοιδάν;
> Ἢ τίς ὁ καὶ τεύξας ὑμνοθετᾶν στέφανον.

Et idem in Epigr.

> Φαμὶ τὸν ἐκ πάντων ἠθροισμένον εἰς ἕνα μόχθον
> Ὑμνοθετᾶν, βίβλῳ τᾷδ᾽ ἐνελεξάμενον
> Ἐκπλέσαι Μελέαγρον.

ubi

ubi vel cum voce μόχθοι conjungas: vel accipias in Genit. plurali, & cum voce πάντων ordines, quando ὑμνοθέλᾶν ſcribendum. illud malim.

Sed forte probabilius tamen quis contendere poſſet ὑμνοθέτης eſſe generis feminini, quam Pavo in Menandr. p. 82. non erubuit adſerere ψυχὴς poſſe adhiberi genere illo, ut ita in frontem veritatis, quam norat, arietaret. *Analogia* ait *non intercedit, quo minus ψυχὴς feminino genere efferri queat.* Et quia Bentlejus *hoc olfacere non potuit*, *nares ei* dicit *eſſe mucoſas.*,, Sed tamen non ante Μῶσα ὑμνοθέτης mihi probabitur, quam Δημήτης θεσμοθέτης producatur. licet ſciam quae exempla huc trahi poſſent. παρθένος ἐθέλω· & alia ſcilicet. de quibus conſule Miſcellan. Vol. I. T. I. p. 118. & T. III. p. 451. Sed videamus jam, quam acuto olfactu Ζηνοδότου κύων hic fuerit in ſenſu hujus verſiculi indagando. indignaberis, ſcio lector, hominem tam inſolentem in alios, ſimul tam indoctum eſſe. vs. 15. & 16. ,, *difficiles ſunt & male habiti, margo ſextum decimum ita ſcribit*, Πρῶτος ἦ μῶσας ποικίλος ὑμνοθέτας. *ſed iſta διττολογία non juvat.* ,, Imo niſi noſtra lectio eſſet melior, aliquid juvaret. nam ποικίλος ὑμνοθέτης μῶσας non adeo ſpernenda foret locutio. & ea ratione diceretur, qua ὄρνιθες μωσᾶν ap. Theocr. Idyll. VII. & Callimachi Hymn. in Del. vs. 252 In Cod. alio erat ἔλω (nam καὶ a Guieto) nempe verbum ſubſtantivum videbatur deſiderari. Sed nemo id deſiderabit, qui paſſim id reticeri cogitet. certe utraque haec lectio id commodi habet; ut ſic ſaltem verſui conſuleretur. nam dic, homo, ſive potius hominis umbra, quando nos legere jubes

Πρᾶτος ἦν Μῶσαις

quomodo metrum ſibi conſtat, ne de ſenſu loquar. an

an & Trochaicos in Pentametra infarcies, ut paſſim inſulſiſſime & inſcitiſſime Creticos & Amphimacros crepas, & ἀκεφάλους & μειούρους verſus ſomnias! *An erraſti & perticam tuam non conſuluiſti, ſyllabarum menſor ignorantiſſime* (eximie *)? quaeſo, an ſimilem ſtuporem in quoquam offendiſti, Lector? πρᾶτος ἐν μούσαις ſpondeos duos & longam ſyllabam debent efficere! Mox pergit ita „*Nam in verſu* 15. *eſt praecipua difficultas & ipſe* 16. *ita conſtitui nequit. hoc omnes vident, qui linguam intelligunt. legendum arbitror.*

Ὄρνις δὲ, ὅτι γεγὼς ὅδ' ἀνὴρ καὶ που περὶ Κύπριν,
Πρᾶτος ἐν Μούσαις ποικίλος ὑμνοθέτας.

ſic nihil aptius. Gallus Gallinaceus eſt ales matutina, & ales etiam eſt ſalaciſſima. hinc pulcre pro ſymbolo adhibetur viri, qui primo Venerem, deinde Muſas coluerat ſtrenue. „ Ineptiarum ſtrues! dic, Pave, unde tibi conſtat, Antipatrum primo Venerem & deinde Muſas coluiſſe. ego nec in ſenectute a Venere alienum, nec in juventute a Muſis fuiſſe ſtatuerim, uti ſupra de ſe fatentem Meleagrum vidimus. ſed eſto. an id ſymbolo Galli hujus poteſt notari! hunc matutinum alitem diligentis patris vel matris familias eſſe ſymbolum novi, ut in illo

Τὰν μὲν ἀνεγρομένων μέ ποτ' ἔργα νύκτερος ὄρνις,
Ἀνία δὲ' αὐδάσει δώματος ἀνιόχον.

Quod ſi proinde ita ratiocinari velis: *Gallus eſt matutina ales, juventus eſt mane quaſi vitae : Gallus eſt ſalax avis, ideo Gallus ſignificat virum, qui in juven-*

* In Bentlej. in Hephaeſt. p. 112.

ventute fuit ſalax, cuſtodem, moneo, tibi adponant cognati. haec enim φρενοβλαβοῦς hominis deliramenta. nec aliter tamen id, quod vis, verbis extorqueri poteſt.

Audiamus tamen cetera „*γεγὼς περὶ κύπριν in Venere occupatus. Veneris Orgiis addictus. γίνεσθαι περί τι eo ſenſu elegantiſſimum eſt*;" quis, γενέσθαι περί τι. ita accipi negat? at γεγὼς ita conſtrui commonſtratum debebat eſſe. γεγὼς differt ſignificatione a γενόμενος vel γιγνόμενος, & minime haec participia ubique viciſſim loca commutent. Sed eſto. nonne ignorantiae ſpecimen incredibilis praebes, quod neſcis vocem γεγωνὸς. & neſciviſſe manifeſtum ex abſurda & ſtribiliginoſa emendatione γεγὼς ὅδ᾽ ἀνὴρ. quid illud ὅδε ibi notat? quam vim habet, quae non verbis inerit ea vocula omiſſa? ſed & inde patet, quod ubique ſcribis γέγωνος. ſed tuae Voluſianae chartae ſic praeferebant. at in illis munus nutricium exercuiſſe debueras & emaculaſſe. deinde, ut hoc addam, ſi γεγὼς admittamus, enaſceretur elegantiſſima ſcilicet locutio. γεγὼς ἦν. ſed forte tibi ſatis inpudentiae erit, ut iſtam locutionem compares cum ὢν τυγχάνει. fruaris genio tuo. Quin, Pave, vel ſic ſenſum facilem & conſtructionem aptam tuae emendationi ineſſe non video. nam quae balbuties! *occupatus hic vir & in re Venerea. primus erat Muſis varius Hymnotheta.* quae haec ſignificant, cum ita diſtinguis poſt vocem κύπριν· quid πρῶτος hic notat? πρῶτος ποικίλος ὑμνοθέτας. forte fuit *archicantor* vel *protocantor* alicujus Capituli. tales facillimae Pavonis emendationes!

Sed necdum deſinit vir Nugator „ποικίλος *ad ipſam* πτέρυγα καλλάϊναν (ſic) *reſpicit. floridiſſimus nempe fuit Muſarum Hymnothetes, & quemadmodum variegata erat Galli Gallinacei ala, ita etiam variegata erat carmina. nihil ſuavius.* nota primo elegantem

Grae-

Graeciſmum in verbis Pavoninis. *Carmina erat.* deinde quam alienum ſit a veritate ποικίλος hic reſpicere *alam Callainam*, inde facile colligitur, quod ipſa ſignificatio vocis Καλλάινος, potius ſit *caeruleus Venetus*, *purpureus*. Ποικίλος & αἰόλος oſtendimus tribui avibus, & inde Poëtis, Muſicis & muſicis Organis. haec & nullá alia hújus vocabuli in hoc loco vis. quamvis non negari tamen poteſt poëmatia aliquando dici ποικίλα: quaſi *florea. florida.* ποικίλα ἄνθεα μυσῶν in Anthol. p. 93. Pond. VI. Olymp. 148. & aliis in locis.

In vs. 18. ſecundum Aleonem, *maxima eſt difficultas* quae inperitiores* (inter quos nomen hoc in locó meum profiteor) *tamen non detinebit propter latebras, quibus abſcondita eſt. At elegantiores rogo, ut dicant mihi, quae ſimilitudo ſit inter* ἀστραγάλον (ſic) *& mortem hominis* οἰνοβρεχῆς, *ſi conſideretur in ſe.* (quid ſignificat *in ſe.* an id ſignificat, *nude poſitum vocabulum.* at hic varie circumſcribitur. προπεσὼν κέκλιται ἐν τῇ ἄκρᾳ βαθμίδι.) *& hic aqua procul dubio haerebit illis, ut haeret mibi. id nemo unquam dixerit* (quia πάνσοφος Pavo id ignorat) *ne ipſe quidem Meleager, ſi reviviſceret bellus* (cur bellus vocetur ignoro, an a forma, an ab ingenio.) *Nibil certius aut perſpicuum magis. Et quid igitur? An Poëta eruditiſſimus verba dimidiata protulit, & hic nugas egit?* (Suſpicio ſatis ſiniſtra & contumelioſa, ſi epigrammatarii ingenium ſpectes) *Avertant Muſae & ipſe Muſarum praeſes, haud dubie epigramma hac in parte inſigniter eſt corruptum, & ipſum ſymbolum abiit ad plura* (*ad plura* ſcilicet *ſymbola.* quia eſt quidam ᾅδης, quo & ſymbola poſt mortem abeunt) *fors alia poſthac reperientur apographa, quae opem ferant; nunc meo affixus* (ut Prometheus Caucaſo) *libenter dicam,*

* Anacr. p. 63.

dicam, quid videatur mihi. verſum hunc integrum & ſanum puto. mendum autem ſuperiores inquinaſſe arbitror. ne diu te morer, Lector, (ſi quis tamen meas nugas legis) *in vs.* 3. & 4. *perbelle legi poſſe ajo.* (Si Pavus ait, quis neget?)

Ἀκρᾷ (ſic) δ' ἐπ' οἰνὸς
Βαθμίδος προπεσὼν κέκλιται ἀστράγαλος.

Sic ſtatim habemus, quod quaerimus, & nihil erit adpoſitum magis. Ἀστράγαλος, οἰνὸς προπεσὼν ἐπ' ἀκρᾷ (ſic) βαθμίδος, *oſtendebat aperte hominem* οἰνοβαρῆ πέσοντα (ſic) θνάσκειν: *nam eo pertinebant ſingula, nec quidquam ſymbolis evidentius demonſtrari poterat* &c. Supra oſtendimus, quam inepte de hac voce cogitarit, cum nec conſtet οἰνὸς in ludo ἀστραγάλων locum habuiſſe. licet enim Χῖος in *Talis* locum habuerit & οἰνὸς a Polluce ἰσοδύναμος tradatur eſſe, cum tamen (Πεττεία) *calculorum luſus fuerit diverſus a luſu Talorum*, Χῖος potuit utrique ludo fuiſſe commune vocabulum, ut non tamen fuerit οἰνός. Sed οἰνὸς in ἀστραγάλοις locum habuerit. quid hic Χῖος vel οἰνὸς *unio* adjuvabit ad demonſtrandum *hominem ex ebrietate lapſum, mortuumque*, quod non & inveniri poſſit in *talo prolapſo & provoluto in extremitate baſeos?* nam in epigr. quod p. 134. contrectat, invenio quidem

Εἷς δ' ὅγε μηνύει χῖον ἀφαυρότερον.

Ex (novem) talis unus Chium monſtrat inbecilliorem.

Sed *Chion mortem* ſignificare ibi non indicatur: nam ipſe epigrammatarius ſubjungit Χῖον ſignificare μηδὲν, quia Χῖος κενὸς βόλος. *& reges & juvenes ad nihil redigi:*

redigi: quod & de morte poteſt intelligi: ſed etiam alio flecti. imo additur Χῖον hic ſignificare hominem ex inſula *Chio*. Eodem modo etiam L. III. Anthol. c. 6. p. 208.

Τί στοχασώμεθά σου, Πεισίστρατε, Χῖον ἐρῶντες
　Γλυπτὸν ὑπὲρ τύμβου κείμενον ἀστράγαλον;
Ἦ ῥά γε μὴν ὅτι Χῖος. ἔοικε γάρ. ἢ ῥ' ὅτι παίκτας
　Ἦσθά τις. οὐ λίην δ', ὦ 'γαθὲ, πλειστοβόλος.

Sed προπεσὼν ἐπ' ἄκρα αὐτᾶς βαθμίδος, & ita κεκλίμενος, ſive ut in modo laudato epigrammate κείμενος, denique indicat aperte virum & prolapſum, & ita mortuum.

Nam per *talum prolapſum* ebrium ſignificari non abſonum. quis enim neſcit talos, teſſeras & vinum raro ſeparari & aleatores, ſaepe etiam a Baccho non alienos! Manilius V. 318:

Ponitque forum, marcetque Lyaeo.

Vide Gronov. de Pec. Vet. IV. 3. p. 279. Prop. IV. El. VIII. Virgil. in Copa.

Pone merum & talos: pereat qui craſtina curet:

Martial. V. Epigr. 85.

Et blando male perditus fritillo,
Aedilem rogat ebrius aleator.

alea in genere igitur, quae recte epitheto ebriae donari poſſet, quia ebrioſorum frequens oblectamentum, in primis vinoſum virum denotarit. Talus autem *prolapſus* (bene poti difficilius teſſeras abaco continent) & *reclinatus* κεκλίμενος vel κείμενος (quod utrumque de mortuis & aegrotantibus. Anthol. L. III. p. 257.

οὐδὲ θανὼν λείπη κέκλιμαι ἡσυχίῃ.)

in extremitate baſeos quin mortuum ex ebrietate ſignificare poſſit, nemo dubitabit: praecipue cum in hoc 18 verſu poëta expreſſis verbis dicat, non ἀςράγαλ☉ ἐννέπει, ſed ἀςράγαλος προπεσὼν ἐννέπει. ergo vinoſitas talo: lapſus & inde conſecuta mors voce προπεσὼν indicatur.

Miror Pavonem non allegaſſe οἰνὸς & οἶνος idem notare, nam accentu, re nihili, differunt, & ideo quoque hunc hominem dici οἰνοβρεχῆ. dignum ſane Pavonino id ingenio fuiſſet.

Sed ſi omnia haec non obſtarent, obſtaret quod Graece dici Οἰνὸς ἀςράγαλ☉ numquam poterit probare Pavus, non magis quam Latine dici *talus canis* vel *talus Venus. Jactus canis, jactus Venus* Latine: & ſic πλῶμα χῖ☉. πλῶμα οἰνὸς Graece, non alterum illud, dicitur.

Sed qualis denique ſtribligo ex hac emendatione: ἄκρα ἐπ' οἰνὸς βαθμίδ☉. pro οἰνὸς ἐπ' ἄκρα βαθμίδ☉. an ita poſtponunt facile praepoſitiones, & tum praeterea ſubſtantivum interponunt? audi te ipſum, bone, ad Anacreontem p. 197. ἀλαλωμένη δ' ἐπ' αὐτά. Cod. Vat. ἀλαλωμένη ἐπ' αὐτῇ. *res eodem redit. nam hoc Doricum eſt illud commune . . . quid* δὴ *poſt participium ſuum eo loco? Hanc aliquis, cui favebant Muſae Anacreonticae? cras credam, hodie non.* „ An igitur hic aliquis δὴ poſt ſubſtantivum poſuerit, cui faverunt Muſae Meleagreae? & tua auctoritate recipiemus omnes, quod tu Cod. optimi auctoritate ſuffultum rejicis? *cras credam, hodie non.* & quamvis ſis φιλαυτότατ☉, ita tamen non inſanieris. maneat igitur optima lectio. Guietus tentabat. Ἄχεις ἐπ' αὐτᾶς . . quod ſi verum inveniretur, ubi Pavunculus cum ſuo dilecto οἰνὸς!

Si tamen ab emendatione abſtinuiſſet Pavo, & rem explicatione illuſtrare tentaſſet, docuiſſetque ἀςράγαλον

γαλον προπεσόντα, κείμενον, κεκλιμένον, *numero uno* ſive *ſolitarium* hic in ſepulcro ſculptum, eſſe jactum, quem χῖον vocant, eoque jactu ſymbolice varia ſignificari, (vide Hydium de Inſtrum. Luſor. p. 143.) ſed hoc in loco notare *hominem mero Chio potando mortuum*, cur non auſcultaremus ipſi? ſi, ut hoc firmaret, docuiſſet χῖον in calculis *unione* cognoſci, in *talis* ipſa oſciculi poſitione, libenter adſtipulati fuiſſemus: nam haec procul dubio una & vera hujus loci interpretatio. Sed Pavo id pro commento habuerit, donec veteris Scriptoris loco id firmatum fuerit. at unde tale teſtimonium nanciſcemur? En illud. modo inſpice Anthol. L. III. p. 208. ubi haec leguntur poſt quatuor illos ſuperius laudatos verſus.

Ἦ τὰ μὲν ἐδὲ σύνεγγυς, ἐν ἀκρήτῳ δὲ κατέσβης
Χίῳ. ναὶ δοκέω, τῷδε προσηγγίσαμεν.

ubi vetera Scholia, male ad ultimam periodum, adnotant. λεγὶ ὁ τεθνηκώς. Ναὶ δοκέω. cum ſint Poëtae verba. cetera optime explicant. ibi enim ut hic habemus unum talum, eumque ſic poſitum, ut Chion indicet. unde concludit ibi Leonides, hominem Chio vino potando eſſe mortuum. haec gemella noſtro loco. quin ſi contendiſſet χῖον *jactum minimum*, indicare *mortem*, nihil abſurdi protuliſſet: ſed vocem οἶνος hic tanto cum Graecae facilitatis diſpendio, nec ulla neceſſitate cogente, atque auctoritate deſtitutam, velle in verſum intrudere, id denique vere Pavianum. mirabor an in L. I. Anthol 23. p. 32. olim quoque χῖος vel οἶνος ſit aliqua machina intruſurus in hoc Epigramma,

Αἱ τρισσαί ποτε παῖδες ἐν ἀλλήλῃσιν ἔπαιζον
Κλήρῳ, τίς προτέρη βήσεται εἰς ἀΐδεω.
Καὶ τρεῖς μὲν χειρῶν ἔβαλον κύβον. ἦλθε δὲ πασέων
Εἰς μίαν. ἡ δ' ἐγέλα κλῆρον ὀφειλόμενον.

 nam

nam jure poterit contendere has puellas talis luſiſſe, & infelicem illam & mortuam mox lapidis caſu, jeciſſe χῖον, οἰνὸν. *canem. unionem.* ſaltem ex tribus *minimum jactum.*

Vs. 17. Σκᾶπτρον δ' ἔχε σύνθημα λόγου. ad haec nihil adnotavit, & proinde puto non intellexiſſe, quamvis & quae notis inſtruxit, non intellexerit, nam hic locus magis merebatur explicari, quam ille ὑφ' ὑπερπαζόντων νίκας κλάδον. & decem Lectores credo intellecturos hunc, qui non illum capiant.

Videretur ſceptro eloquium ſignificari, quia hominum animi eloquentia reguntur. ſecundum illud Poëtae,

Ille regit dictis animos & pectora mulcet.

Sic Sophiſtae, Rhetores βασιλεύειν & τυραννεῖν & τὴν ἐπὶ λόγοις βασιλείαν ἔχειν dicuntur. vide Creſoll. Theatr. Rhet L. IV III. & Salmaſ. ad Inſcript. Herodis Attici p 116. Ad poëſin quoque reſpici poſſet & ad Poëtas, qui olim ἐπὶ ῥάβδῳ δάφνης. *ramum lauri tenentes* carmina canebant: quod deinde fecerunt, qui aliena carmina recitabant, unde ῥαβδοῦχοι dicti. videatur L. Kuſterus in Critica Homeri hiſtoria p. 90. & talem ramum Heſiodus Theogon. vs. 30, *ſceptrum* vocat.

> Καί μοι σκῆπτρον ἔδον, δάφνης ἐριθηλέος ὄζον
> Δρέψασθαι θηητόν.

cui loco adpoſite Joannes Clericus ſubjici curavit Salmaſii integram notam ad Solinum p. 609.

Sed σκῆπτρον eſſe λόγων ſymbolum cum Meleagro teſtatur Euſtathius, & veram cauſam ſimul aperit ad Il. A. 15. p. 25 σκῆπτρον σημεῖον ἦ βασιλείας καὶ λόγων, καὶ δίκης κατὰ τοὺς παλαιούς. Καὶ Τηλεμάχῳ δημηγοροῦντι δίδωσι κῆρυξ σκῆπτρον (Odyſſ. B. 37.) & enucleate ad Il. Σ. 506. p. 1158.

p. 1158. Καὶ οἱ δικαςαὶ σκήπτροις ἀΐσσουσιν, ὡς τὰ σκῆπτρα τοῖς λόγοις συνδιαφέροντες. οὔπω γὰρ ἀνέδην χεῖρας ἐκίνουν, ἐσχημάτιζον οὖν τοῖς σκήπτροις, ὡς καὶ ἡμεῖς χειρονομοῦμεν πολλάκις ἐν τῷ λέγειν. Ὀδυσσεὺς οὖν ἐπεὶ δημηγορῶν ποτε ἀκίνητον εἶχε τὸ σκῆπτρον, ἀμαθίας δόξαν ὑπέβαλε τοῖς Τρῶσι, καὶ ζάκοτος ἔδοξε. Sophiſtae & Rhetores tamen poſtea ſceptro ſive baculis caruiſſe videntur. colligo illud ex dicto cujusdam Sophiſtae, cujus verba Ennodius recitat apud Creſoll. Theatr. Rhet. L. V. C. 1. *Ante ſcipiones & trabeas eſſe pompoſam recitationem.* Si enim ſcipionibus ipſi quoque uſi fuiſſent, inſtar conſulum & aliorum magiſtratuum, hoc dictum claudicaret. Alioquin θρόνος & βῆμα paſſim Sophiſtis tribuitur, eorumque ſaepe quoque mentionem facit Libanius in Epiſtolis & aliis locis.

Neſcio an hinc forte aliquam lucem mutuari poſſit locus Ovidii Pontic. II. 5. 67. ubi poëticum ſtudium ſuum comparat cum oratoria facultate Salani,

Thyrſus enim vobis, geſtata eſt laurea nobis.
Sed tamen ambobus debet ineſſe calor.

Ut Thyrſus *ſcipionem*, *baculum* ſignificet. quamvis cum aliis malim, ſi verſus conſervandus eſt, Thyrſum *ſummam illam in orando vim & ἐνθουσιασμόν* denotare.

Hinc autem conjiciendi anſa mihi praebita Antipatrum hunc forte Rhetora vel Sophiſtam fuiſſe non tantum Poëtam. & ſic adprime convenienter adpareret eſſe dictum γεγωνὸν ἄνδρα, *quem longe lateque audierant*. nam γεγωνὸν, qui publice clara voce loquitur, dici, ſupra vidimus. quamvis hoc ut incertius propono.

Vs. 19. *Pro* ἀείδει, dicit Pavo, *ſcribendum* ἀείδειν. recte. ſed cur, Pave, illam appendicem adjungis?

pueri vident . . ut miraremur ſcilicet te hic veritatem vidiſſe, qui decennibus pueris ignorantior ſis. Eodem modo in epigrammate Anytae, quod in J. Chriſtian. Wolfii Poëtr. p. 114 occurrit πέτρος ἀείδει.

Ultimus verſiculus etiam expertus prurientem Pavonis unguem. „ *Nam non poteſt eſſe ſanus. nam ipſe Antipater in epigrammate loquitur nullibi.. margo habet* φῦντα περισθενέων, *quod nimis abjectum & vile. legendum opinor:* φῦντα (ſic) γ' ἐρισθενέων, *ne verſus labaſceret fulcrum adhibuit Poëta caſtus.* Hic non praeter ſolitum ineptus Pavo.

Nam primo loco vellem ex ipſo ſcire, cur περισθενὴς ſit vile & abjectum. Utinam τῷ περὶ hic eandem vim habere licuiſſet, quam habet in περιμελέω ſecundum Noſtrum. tum idem ſignificaret quod ἐρι *valde.* Sed vocabulum hoc ideo re vera locum habere hic non poteſt, quia alienam ab hoc loco ſignificationem habet. περισθενὴς enim non *valde potens*, ſed *inpotens.* περιοσῶς ἰσχύσων explicat Sch. Od. X. 376. tu, Pavo, es περισθενὴς, quando maledicam linguam non coërces. Deinde, rogo, Lectorem, ut exſibilet ineptum, ſed Pavoni in deliciis tam in proſa quam in vorſa fulcrum voculae γὲ. quod millies infercit. vide modo Hephaeſt. p. 103. Horap. p. 297. Q. Cal. XIV. 165. Ariſtaen. 40. 87. 95. 109. 110. 111. 123. 130. 143. in locis omnibus perperam & nulla neceſſitate.

Si quid mutandum, cur non potius

Ἀντίπατρον προγόνων φύντ' ἀπ' ἐρισθενέων?

μ & π facile mutantur. ἀπὸ pro ἐξ & ὑπὸ poni docet Vir doctus in Miſcell. V. III. p. 427. & ſic in Anthol. L. IV. c. 27. p. 366. οὐδ' ἀπὸ ταύτης ἐξέφυν. cur non tentavit φύντα μεγασθενέων. Sed quis tu es, homo, qui Poëtae jus adimere contendis, perſonam

mu-

mutandi hoc in Epigrammatis loco? ubi ſymbolis explicatis decenter admodum etiam perſonam mutat. Sis plane hoſpes in poëſi, neceſſe eſt, qui talia carpas. inſpice Epigr. Dioſcoridis, quod publicavit L. Kuſterus ad Suidam in voce θαλάμη. & ibi invenies θαλαμηπόλος ἦλθε. Ἄντρον ἔδυ. ὅς τότ' ἄναυδος ἔμεινε. in tertia perſona. & ſic tamen finitur,

Τοῦτο τὸ θηροφυγῆς αἴτιον ἀντίθεμαι.

dedico. Vide quoque Anthol. L. I. C. 46. p. 67. ubi non ſemel perſona mutatur. aliud exemplum in alio epigrammate mox occurret. ita ſaepe homines labuntur, qui, licet invitis Apolline & Muſis nati, tamen in Poëtas cenſuram exercere volunt, & cum meri ſint Grammatici, neſciunt quid Poëtis liberiore ſpiritu agitatis & liceat & libeat. Sed nimium quisquiliis Pavoninis hiſce inhaeſimus, cum dudum patuerit quam GNAVITER hic Critici & Commentatoris ſit officio functus. En ſecundum epigramma non admodum diſſimilis argumenti, quod occurrit in eodem Luſorio Libello.

Sectio III.

Etiam hoc epigramma repraeſentabimus, quale legi debere putamus. inſcriptio talis.

Ἀντιπάτρου εἰς ἕνα τάφον, ἐν ᾧ σύμβολον, ἐννέα ἀστράγαλοι, ἐνεχάρακτο. ἦν δὲ οὗτος τάφος Ἀλεξάνδρου τινὸς Χίου. ἔστι δὲ καὶ αὐτὸ αἰνιγματῶδες.

Ἁ στάλα, φέρ' ἴδω, τίν' ἔχει νέκυν. Ἀλλὰ δέδορκα
Γράμμα μὲν οὐδέν πω τμαθὲν ὕπερθε λίθου.

Ἐννέα δ᾽ ἀστραγάλους πεπτηότας. ὧν πίσυρες μὲν
Πρῶτοι Ἀλεξάνδρου μαρτυρέουσι βόλον.
Οἱ δὲ, τὸ τᾶς νεότατος ἐφήλικος ἄνθος, Ἔφηβον,
Εἷς δ᾽ ὅγε μανύει Χῖον ἀφαυρότερον.
Ἦ ῥά τόδ᾽ ἀγγέλλοντι, καὶ ὁ σκάπτροισι μεγαυχὴς,
Χὼ θάλλων ἥβᾳ τέρμα τὸ μηδὲν ἔχει.
Ἢ τὸ μὲν οὔ. δοκέω δὲ ποτὶ σκόπον ἰθὺν ἐλάσσειν,
Ἰῶν Κρηταιεὺς αὐτὸς ὀϊστοβόλος.
Ἧς ὁ θανὼν Χῖος μὲν, Ἀλεξάνδρου δὲ λελογχὼς
Οὔνομ᾽, ἐφηβαίῃ τ᾽ ὤλετ᾽ ἐν ἡλικίᾳ.
Ὡς εὖ τὸν φθίμενον νέον ἄκριτα καὶ τὸ κυβευθὲν
Πτῶμα διὰ φθεγκτῶν εἶπε τις ἀστραγάλων.

Columna, age videam, quem habeat defunctum. Sed video
Literam quidem nullam caeſam ſuper lapide.
Novem vero talos jacentes. quorum quatuor quidem
Primi Alexandri teſtantur jactum.
Illi vero florem adoleſcentiae maturae, Ephebum,
Unus autem ille indicat Chium debiliorem.
Certe illud annuntiant: Et qui ſceptris ſuperbit,
Et qui aetate floret, habet finem nihil.
Vel hoc quidem non. videor vero ad ſcopum recta perventurus,
Jaculorum Cretenſis ipſe ego jaculator.
Erat defunctus quidem natione Chius: Alexandri autem nactus
Nomen: juvenilique periit in aetate.
Sic bene defunctum juvenem ſimul & luſum
Jactum per vocales dixit aliquis talos.

Primo rurſus loco noſtram praecipue editionem adſtruemus. mox Favoninam examinabimus. quae rurſus egregia ſpecimina inſcitiae & corrupti judicii ſuppeditabit.

Vs. 1.

Vs 1. Ἁ στάλα hic nominativus vocis ἔχει. Si ἔχεις quis velit legere, ἁ στάλα accipiendum ut in ſuperiori epigrammate. Sed formula φέρ' ἴδω non minus bene cum tertia perſona jungitur.

Vs. 2. Pro τμηθὲν in Cod. Palat. δμαθὲν. Gujetus τμαθὲν vel κναθὲν. Pavo praeter morem utramque conjecturam laudat, ut non ineptam. & ut naturalius & convenientius τμαθὲν recte praefert. praemittit tamen *non placet* δμαθὲν. quare rogatum volo, an placere poſſit. an δμαθεὶς aliud quid ſignificet praeter domitus? ſed δέδμημαι *aedificatus ſum*; forte δμηθεὶς *exſtructus* quoque format. Sed an alterutra notio hic locum habere poſſit, dic Pave.

Vs. 3. Πεπτηότας. omnes libri. faceſſat Pavo cum chartis ſuis, quae πετρηῶτας, ab indocto ſcriba profectis: ſi modo non ipſe deſcribens alicunde pleraſque mendas invexerit. πεπτηότες autem ἀστράγαλοι proprie. nam tali, teſſerae πίπτειν dicuntur, quando jaciuntur. ut in proverbio:

Ἀεὶ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι.

inde de rebus incertis: de ſorte πίπτειν. Actor. I. 26. ὁ κλῆρος ἔπεσε.

Vs. 5. Ἔφηβος. Secuti ſumus diſtinctionem Pavi poſt ἄνθος. de hoc jactu plura habet hunc locum explicans magnus Salmaſius in Plinian. Exercit. p. 859. unde ſuſtulit ſibi quasdam plumas Graculus noſter. reliquimus in voce ἔφηβον communem dialectum, licet ἐφάβικα Theocritus habeat & alia. Si quis malit mutare, ſcribat ἔφαβον. & tum quoque ſcribendum λίθω. ἀστραγάλως. Ἀλεξάνδρω. ἐφάλικος. ἄβα. ὤνουα. ἐφαβαία. ἀλικία. quod ultimum Pavo exhibuit. Qui ſupra juſſit ubique reſtituere Doriſmum. ſi ipſum audias, ita facito. ſi me audias, nihil properabis.

Vs. 6. Χῖον edidi ex correctione Pavonis. Euſtathius p. 1289. notante Gujeto, Χῖος καὶ κύων ὁ τὸ ἓν δυνάμενος βόλος ἐν τῇ δι᾽ ἀστραγάλων παιδιᾷ. unde hic vocatur ἀφαυρότερος *imbecillior. minus valens jactus.*

Vs. 7. Pavus edidit καὶ ὡς σκάπλεροισι. quomodo pejores libri. Vaticana lectio veritatem occultat. ſcriptum ibi. ὃς κάπλεροισι pro ὁ σκάπλεροισι. nam cum ſequatur καὶ ὁ θάλλων, rite praeceſſerit ὁ μεγαυχής. haec autem perſpicua. *Alexander jactus, regem: ephebus juvenem: Chius nihil* notat. igitur ſignificatur, *reges & juvenes, ut omnia, in nihil abire; mori.* qua ratione Χῖος id ſignificet ſuperiori Sectione ſatis commonſtratum.

In initio autem hujus diſtichi ἦ accipio affirmandi modo. in ſequenti diſticho *vel* reddidi.

Vs. 9. Ἐλάσαι βέλος ἐπὶ σκοπὸν obvia locutio. ἰθὺς malebat Pavo. neſcit nempe ſaepe adverbia mutari in adjectiva, & oblitus eſt ſubſtantivis rerum ſaepe dari adjectiva, quae debebantur perſonis. & ſic hic jaculator poteſt ἰθὺς *rectus* & *recte* & in *rectum* ſcopum ferire dici. Sive igitur Pavoninum ἰθὺς adjectivum, ſive ſit adverbium, hic rite per ἰθὺν exprimitur. Codd. lectio proinde maneat.

Vs. 10. Ita ſe habet, ut edidi, in Vatic. & non nullis aliis. nec in eo praeter unam literulam mutandum eſſe quidquam ex explicatione noſtra lectori adparebit. tam mira autem hic commentus eſt Pavo, ut fidem omnem ſuperent. de illis poſtea.

Ὡὐτὸς pro ὁ αὐτὸς purum putum Doricum. quo Homerus utitur Il. ε. vs. 396.

Εὖτέ μιν ὡὐτὸς ἀνὴρ. *quando ipſum idem vir.*

Anthol. L. III. p. 237. ὡὐτὸς ἐπιπνεῖ. ubi male Vatic. αὐτὸς ex gl. Dionyſ. Perieg. 271. ὡὐτὸς μὲν

λιβύης

λιβύης ῥυσμὸς πέλει. & ſaepius Theocritus & quis non! Pavo tamen „ *αὐτὸς* ex *ὠτὸς facile exit.* imo *ὠὐτός.* pro quo alii rurſus dederunt *ὦτος.* quod pejus Pavonino. ergo *ὁ αὐτὸς ego ipſe: idem.* ut mox patebit.

Κρηϊζαιεὺς οἰςοβόλος pro *optimo ſagittatore* ponitur. tralatitium id eſt. & hinc ſumi hoc in loco pro *optimo conjectore* recte animadvertit Gujetus. Ea metaphora in ipſis vocibus, *conjectare*, συμβάλλειν & ſimilibus ineſt. & Auctores ſaepe etiam expreſſius ea tralatione utuntur de conjectura vel ſermone admodum accommodato ad rem. Pind. II. Olymp. 160.

Ἔπεχε νῦν σκοπῷ τόξον
Ἄγε θυμέ. Τίνα βάλλομεν
Ἐκ μαλθακᾶς αὖτε φρε-
νὸς εὐκλέας ὀϊςοὺς
Ἱέντες; ἐπὶ τοι
Ἀκράγαντι τανύσαις.

Aeſchyl. Agamemn. 1203.

ἥμαρτον, ἢ θηρῶ τι τοξότης τις ὥς;
ἢ ψευδόμαντίς εἰμι θυροκόπος φλέδων;

Eumenid. 679.

ἡμῖν μὲν ἤδη πᾶν τετόξευται βέλος.

Supplic. 455.

Καὶ γλῶσσα τοξεύσασα μὴ τὰ καίρια.

Anthol. L. III. 25. 272.

Σκάζουσι μέτροις ὀρθὰ τοξεύσας ἔπη.

E contrario Menander p. 216.

Γλώσσῃ ματαίους ἐξακοντίζειν λόγους.

ut adeo hic verſiculus ſenſu congruat cum illo in Anthol. III. p. 228.

Νῦν Σφιγγὸς γρίφους Οἰδίπους ἐφρασάμαν.

Nunc Sphingis griphos Oedipus intellexi.

Oedipus id eſt, ceu alter *Oedipus*. ita hic ſcopum tangam ego, *ceu Cretenſis ſagittator ſolet ſcopum ferire.* nam ὡς intelligitur in talibus. alioquin ὥσπερ potuiſſet ſcripſiſſe poëta pro αὐτός. Sed ſaepe omittitur ὡς. ut apud Ariſtophanem Lyſiſtra. 231.

Οὐ στήσομαι λέαιν᾽ ἐπὶ τυροκνήστιδος.

ubi Schol. ἤγουν ὡς λέαινα. Sed e lectoribus quidam forte haerebunt in prima hujus verſiculi voce. & ſane Pavo, homo, ut antea innuimus, quantus quantus Graecus, hic quoque miſere caecutiit. non ut Salmaſii, Merceri & alii αὐτῷ γε κελτῇ, ſed re vera ut talpae, & catuli modo nati. non enim cepit elegantem & frequentem περισσολογίαν, Graecis & Latinis: qua nomini vel verbo ſimplici, vel compoſito adjungunt ſubſtantivum, quod jam illi voci ſive ſimplici vel compoſito ineſt. ne loquar de formulis λειτουργίαν λειτουργεῖν. λήρους ληρεῖν. γραολογίας γραολογεῖν. γῆν γεωργεῖν. quia forte huc non pertinere cauſaretur; plane ut hic habemus ἰῶν ὀϊστοβόλον, ſic occurrunt αἰπόλος αἰγῶν. βουκόλος βοῶν. αἰπόλια αἰγῶν. συβόσια συῶν. γυμνασίων ἀγύμναστος. ἄπαιδος παίδων. χαμευνάδες εὐναί. ποδῶν ποδανίπτερα. πρόδομος δόμου. πολύψαμμοι ψάμαθοι. συλόνυχες ὄνυχες. *dies hodiernus* Latinis eadem ratione di-

dicitur. videatur N. Abramus in Cicer. pro Marcell. c. 3. Juſtin XII. 16. *ea die, qua natus eſt, tota die perpetes ſedere duae Aquilae.* Lucan. VII. 257.

Haec (dies) *eadem eſt hodie, quae pignora.*

eadem igitur ſermonis abundantia dicitur ἰῶν οἰϛοβόλος. a qua non multum abit Eurip. Herc Fur. 1063. Τοξήρει ψαλμῷ τοξεύσας. quam ſi animadvertiſſet Pavo, non ad ſuas, mox exſibilandas, delapſus fuiſſet ineptias.

Vs. 11. Ordo verborum eſt, ὁ θανὼν, ἧς μὲν λέχος, λελογχὼς τὸ ὄνομα Ἀλεξάνδρου, καὶ ὤλετο ἐν ἡ. i. & ſi ita haec accipiamus, quisque videt conjunctionem poſt vocem ἐφηβαίη eſſe neceſſariam, *quam libens inauxerit* Pavo, quia ſeriem ſyntacticam ignorabat, hic ut ſaepe. in Vat autem habetur ἐφηβ·ιη quod in ἐφηβαίη ſecundum derivationis canonas mutari debet. neſcio autem unde ſubita iſta religio inceſſerit audaculum noſtrum, qui dubitat an ἐφηβαῖος poſſit dici. nempe ait „ *ab* ἥβη ἡβαῖος *deduxerint Graeci.*" imo deduxerunt, ut vel ex Lexicis patet. Palatina tamen ſcriptura ſuſpicionem injicit forte ſcriptum fuiſſe,

Ἐφηβείας τ' ὤλετ' ἐν ἡλικίᾳ. *in juventutis aetate.*

Suid. ἐφήβεια. νεότης. ἡ ἀκμὴ τῆς ἡλικίας. vel forte

Ἐφηβείᾳ τ' ὤλετ' ἐν ἡλικίας. *in juventute aetatis.*

& in Cod. Palat. in ultima ſyllaba ultimae vocis litera α eſt a manu ſecunda. nec quis offendatur, quod ita praepoſitio aliquo modo loco ſuo non ordinetur. ita Latini Graecique paſſim. ipſe Meleager

Πρησίας, μαλακαῖς χερσὶ σὺν Ἡπιόνης.

Vox autem ἐφήβεια vel ἐφηβαῖος forte quoque reſtituenda

tuenda Epigrammati apud Gruterum p. MXXXVI.

Ἄρτι δ' ἐφηβείας θάλλων Διονύσιος ἀκμαῖς,
Καὶ σέλισιν μουσῶν ἤλυθον εἰς Ἀΐδαν.

editur ἐφηβεί θάλλων.

Verſus penultimi vocem ἄκριτα verti *ſimul. una. mixtim. indiſcretim.* Pavus jubebat reddi *obſcurius, ambigue. aenigmatice.* fruatur judicio ſuo. Sed vocula εὖ mihi videtur adverſari Pavoninae ἑρμηνείῃ. Homer. Hymn. XVIII. 25.

Τίθι κρόκος, ἠδ' ὑάκινθος
Εὐώδης θαλέων καταμίσγεται ἄκριτα πίλω.

ἄκριτος eſt vox πολύσημος. hic ſatis proprie *mixtim.* Poëta ſimul *Alexandrum jactum* & *juvenem Alexandrum:* ſimul *jactum Ephebum*, & *ſimul aetatem Ephebi:* ſimul *jactum Chium* & ſimul *natione Chium* talis indicarat. illud vocat ἄκριτα εἶπε.

Vs. ultimo in Codd. Palat. & aliis pro πτῶμα legitur πνεῦμα. Pavunculus haec ita conatur interpretari.
„ *πνεῦμα referri debet ad ipſum* νέον, *cujus anima, cum*
„ *non ita diu in corpore, ut teſſera in fritillo, agitata*
„ *eſſet, mox eo exierat, ut fritillo exire ſolet teſſera:*
„ *non inelegans eſt alluſio. & ita accipiendum* τὸ πνεῦ-
„ μα κυβευθὲν, *quod paulo obſcurius certe eſt.*" Jam omnes aequos lectores, imo etiam iniquos & Pavoni, ſi qui adhuc ſunt, faventes, rogatos velim, an unquam anilius, ſtolidius & nugacius quid ab homine non dicam laeſi ſed non plane diſperditi cerebri prolatum repererint? certe tum animum Pavoninum in theca corporea, ceu teſſera in fritillo, agitatum fuiſſe omnino non dubitari poteſt. Nam re vera Pavo:

Τί χρῆμα πάσχεις, τίς σε νοῦσος ἀμπίσχει;

qui tam abſurda non ſolum imaginari, ſed proſcribere

bere audeas? *fritillo teſſeram* praeterea *agitatam* ſcribis. bene. at hic de *talis* agimus. & quamvis *talos* phimo ejectos conſtat, cautius hic tamen debebas loqui. omnino ſcribendum πλῶμα. ſupra vidimus proprie πίπλειν de *talis*, *teſſeris*, *ſorte*. ita Poll. L. IX. §. 99. τὸ ἀστραγάλων πλῶμα. Monachis facile vox πνεῦμα exciderit. niſi ſcirem autem memoriam Pavonis fracto aquali futiliorem eſſe, objecturum vererer hoc ex Anthol. L. VII. p. 484.

Ματρὸς ἔτ' ἐν κόλποισιν ὁ νήπιος ὀρθρινὰ παίζων
Ἀστραγάλοις, πύμον πνεῦμ' ἐκύβευσεν ἔρως.

jam, quia judicio omni caret, a me monſtrato loco forte utetur. Sed reſtant alia ridicula commenta & errata in hoc epigrammate: quae breviter videbimus *nunc*.

Primum animadverte rurſus, lector, ita hoc epigramma a Pavone edi etiam in accentibus, quale in pravo iſto apographo jacebat. certe ſi codicem conferrem octingentorum annorum, & obſervarem perpetuam a recepto canone diverſitatem in vocibus quibusdam circa accentum, eas voces diligenter enotarem. Sed numquam ita ineptum aliquem futurum rebar, ut eadem ἀκριβεία uteretur in recentibus, imo recentium apographis. ſic tamen fecit, Pavo, qui etiam apographi forte viginti annorum actatem praeferentis omnes in hac re aberrationes religioſe exprimat. hinc habemus rurſus Ἄ ςάλα. δεδόρκα οἶ δε. ὧς. Sed eadem etiam chorda paſſim oberrat in notis ſuis. Sic in his ad iſtud epigramma tribus paginis πεπλήοτας. ὀϊςόβολος ter. ἀκεφάλον. ἥβαιος. ἐφήβαιη. πνέυμα. quis non offendatur, qui emendatis editionibus adſuetus in haec typorum abortiva dedecora incidat? Sed haec levia: & forte ut

ut hac in parte criſin effugiat, contendet accentus nullius eſſe auctoritatis, & inde forte verſus his apicibus deſtitutos nuper emiſit novator inſulſus. Sed erit alia occaſio pauca de his dicendi.

Vs. 4. Primum rogo, qua fide ediderit Ἀλέξανδρον: cum in Vatic. & omnibus meis Ἀλεξάνδρου . . . βόλον. inſpiciat chartulas ſuas, an ſic habeant. ſi ita: illas & libellum corrigat. ſi non. alio tempore diligentia majori utatur. Ἀλέξανδρος βίλος tamen recte poteſt dici: non Ἀλέξανδρος ἀστράγαλος, ut nobis fabricavit ſupra. οἰνὸς ἀστράγαλος.

In vs. 5. ſum ſecutus diſtinctionem Pavonis.

Vs. 9. vidimus, juſſiſſe ἰθὺς ſcribi, *ut ipſe Antipater*, cujus manes procul dubio excantavit, ut hoc ſciret, *ſcripſerat*:

Vs. 10. *Difficilis & inſigniter corruptus*, ait. primo Gujetum exagitat, qui hic cogitarat de Poëta, qui Ἴων vocabatur. certe male. Sed in margine Libri hanc ſuſpicionem adnotans, ferulam Paedagogi non metuebat Gujetus: alioquin cautius ſcripſiſſet. Deinde abigit ejus ὀρθὸς οἰστοβόλος. *quia ſententiam male onerat*, & *κρηταιεὺς odit*. certe non opus ὀρθὸς. exſibilari tamen non meretur. nam ὀρθοβόλος & ἰθυβόλος ſunt ἰσοδύναμα. & ὀρθὸς proinde οἰστοβόλος dici poteſt. & cur non *optimum Cretenſem jaculatorem* dicam: licet Cretenſis per ſe fere ſufficiat? Cres Crete in jaculando arte, robore, praeſtabat.

At quid ipſe Pavus noſter hic deſignat? rem dignam ſeculorum memoria. *legendum arbitratur.*

Ἐὰν Κρηταιεὺς αὐτὸς οἰστόβολος:

quod planum & perſpicuum: Cretenſes ſagittandi peritia fuerunt celebres, ut nemo neſcit. hinc κρηταιεὺς οἰστόβολος. pro optimo conjectore.

Εὖγε,

Εὖγε, εὖγε! Palmaria emendatio eſt? Nonne ita videtur Lector? Non. Nam haud intelligo. Es ergo difficilis admodum. Dicas igitur tu mihi, quid Ἐὼν ſignificet. *Exiſtens.* Quam vim habet? Singularem, ut omnia Pavonina. Eſto; ſed tamen alius iterum me ſcrupulus habet: ſcilicet, qui verſus ſibi conſtat. Ἐὼν enim prima ſyllaba brevi utitur. an ergo hic Iambum in Elegiam, ut ſuperiore epigrammate Trochaicum, infercit? Minime gentium. Lector, Lector, video te parum peritum eſſe in lectione veterum Elegiographorum: alioquin ibi ſaepe offendiſſes ſimiles verſus, quos magiſtri adepti in hac arte vocant Ἀκεφάλους. *capite carentes.* ut alios, quia *cauda carent*, vocant μειούρους. *Eſt verſus* Ἀκέφαλος, ut docet Pavo. & bene ἀκέφαλος. nam venerandus Pavo ipſe carnificis officio functus eſt.

Certe antequam talia iterum comminiſcaris, & palam effutias, Pave, conſulerem potius inter Lappones ἀκεφάλους aſſeribus portandis truncum oblocares. eſſes longe melior σανιδοφόρος quam Criticus.

Sectio IV.

Sed vidimus abunde, quam infelix ſit Aleator Pavo, & ut ſemper χῖοι, οἶνοι, κύνες proſilierint ex ipſius cerebello, inſtar fritilli ſaepe agitato. Videamus jam an melior Muſicus ſit, & an Anacreonticam lyram pulſans minus παραπεπλησμένας κρούσεις vel κρίσεις edat. Vereor, vereor tamen, ne minus turpiter hic ſe dederit, cum etiam ἀναβαλλόμενος ſtatim chorda aberret, & a vero δὶς διὰ πασῶν differat. Nam haec p. 3. leguntur in Anacreonteis notulis.

1) *Ceterum Anacreontis Lyrica olim* libro non uno *fuerunt comprehenſa. Nam Auctor Etym. M. in V.* Μῦθος *Anacreontem citat* ἐν δευτέρῳ Μελῶν, *&* *Ammonius* περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων *in voce* διαβόητος *ſimpliciter in* δευτέρῳ.

2) *Crinagoras autem non duos, ſed* quinque libros *commemorat in Epigrammatio inedito, quod cum hac inſcriptione exſtat in Anthologia Palatina.* Τοῦ αὐτοῦ (*ſcilicet* Κριναγόρου, *cujus aliud epigramma praeceſſerat*) εἰς βίβλον λυρικὴν Ἀνακρέοντος.

Βύβλων ἡ γλυκερὴ Λυρικῶν ἐν τεύχεϊ τῷδε
Πεντὰς, ἀμιμήτων ἔργα φέρει χαρίτων.

3) *Et hoc ſatis novum, quia inter antiquos nemo eſt, quantum ego ſcio* (& quantulum eſt quod neſcio!) *qui*

1) Id jam multi adnotarunt, & ad ipſum Anacreontem. videatur Mattairius in Vita Anacreontis p. 54. ubi Athenaei verba Lib. XII. p. 671. E. (Ἀνακρέων) φησὶ γὰρ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν μελῶν. Pavus ergo Athenaeum non legerat vel negligenter legerat, Anno MDCCXXXII. ad quem jam tot inanias ſe conſcribillaſſe jactat.

2) Hanc obſervationem debebat adſcripſiſſe Franciſco Gujeto, qui ita ad Marginem Anthologiae. *Quinque libros Anacreon ſcripſerat.* Sed laudat modo, cum carpit. Nam hic mutilum eſſe Pavonis librum non arbitror.

3) Hoc falſum eſſe mox adparebit. Sed ſi eſſet verum; temerarium eſſet, ſi quis inde vellet negare plures libros exſtitiſſe, cum hic tam aperte *Pentados, quinque librorum* mentio fiat. Nam Sapphoni adſcribuntur Novem libri Lyricorum, & tamen viri docti ad hoc uſque tempus modo memoratos invenerunt

qui librum tertium, *nedum* quintum *commemo-ret*.

4) *An*

runt I. II. III. V. VII. & VIII. Videatur doctiſſimi Wolfii Vita Sapphica p. XVIII. Alcaei libri laudantur ad numerum *decimum*, quem indicat Athenaeus L. IX. p. 481. A. ἐν τῷ δεκάτῳ. Fabricius ex Etymol. M. in ὕδεις, laudat ἐν ἐνάτῳ. *Octavus* laudatur Suidae in Σκυθικαὶ. eodem modo Photio quoque in eadem voce. videatur doctiſſ. Albertii Index in Photium. in Photio autem, in verſiculo Alcaei ἔσι pro εἰσίν. & pro ἀποδυσάμενοι, ἀποδυσάμενος, quae tamen lectio non praeferenda videtur, quoniam & apud Harpocrationem aliter exſtat. καὶ Ἀλκαῖος ἐν πεντεκαιδεκάτῃ ὀγδόῃ. imo lege ἐν πεντηκοστῇ [ᾠδῇ ς] ὀγδόου [Βιβλίου] ut apud Hephaeſtionem p. 34. Σαπφοῦ ᾠδὴ τοῦ ἑβδόμου. ubi tu recte partim explicas. *in Oda libri ſeptimi* male autem numerum ϛʹ deeſſe argutatus fuiſti: quia nempe erat ultima litera pro noſtro ſcribendi more in voce τῆς. Sed ſi conſuluiſſes, ut debueras, Florentinam editionem, ubi habetur ᾠδὴ τε ς, longe probabilius conjeciſſes literam E deeſſe: vel, quia illa pro H male irrepſit, literam H, & octavum librum laudari. *nihil tamen* tecum *adfirmo*. ab Apollonio Dyſcolo [noſtine hominem, δυσκολώτατε Pave] in Grammatica [cujus Apoſpasmatia humanitate J. A. Fabricii deſcripſi olim Hamburgi, Bibliothecae Pariſienſi debita] ab Apollonio περὶ τοῦ ἑαυτοῦ, ajo, laudatur *ſeptimus*. ὁμοίως παρὰ Ἀλκαίῳ ἐν Ἑβδόμῳ. III. ab eodem περὶ τοῦ ἡμῶν. & II. περὶ τοῦ σφέ. qui liber & bis in teſtimonium vocatur a Polluce, ut laudatus Fabricius obſervavit Vol. I. p. 563. & denique I ab eodem Apollonio περὶ τοῦ ὑμᾶς & περὶ τοῦ τεός & Hephaeſt. p. 67. tamen IV. V. VI. non laudan-

tur,

4) *An forte* inſcriptio *male habet*, *& non* unius *Anacreontis Lyrica*, *ſed aliorum etiam* quatuor, *continebat unum illud volumen. Certe epigrammatum In-*

tur, quod ſcio: nec tu ſciveris, reor. Jam mirarer, ſi forte Negligentia & Ignorantia Pavonina ſibi non obſervaſſet haec loca, an Audacia Pavonina eo progreſſa fuiſſet, ut tot libros ab Alcaeo vel Sapphone ſcriptos eſſe negaret, ſi alicubi in ſingulare teſtimonium forte incidiſſet de nono Sapphus vel decimo Alcaei: quin an, ut nunc contendit, inficiaretur plures fortean ab Alcaeo eſſe proditos. Nam de Sapphicorum librorum numero ex Suida *praeciſe* conſtat. Sed quid! non ille numerus novem librorum Sapphoni: ille decem librorum Alcaeo contributus (ſiquidem tibi antea haec non ignota) omnem alium ne dubitare quidem ſineret de numero quinario in Anacreonte, cui plurima ſcripta ab antiquis tribuuntur? Et ad haec tam manifeſta tamen caecutiiſſe Pavum! non credo: ſed voluit hic ineptam notam in lucem protrudere, quia nihil aliud ſuppeditabat homini aridiſſimo, quo primas paginas inſtrueret. τηλαυγὲς ſane πρόσωπον opellae tam magnifice venditatae.

4) Quae hic blaterat de Inſcriptionibus, non ſunt unius aſſis. in tenebris micat. & ſic modo licentiam quaerit, omnia inpuris manibus contrectandi. quanti uſus & cujus auctoritatis hae Inſcriptiones ſint, mox ex hac Inſcriptione patebit, & olim diſtinctius docebo. Quid Novator garrit de *recentioribus?* An quia forte Sappho & Simonides, & alii vetuſtiſſimi poëtae epigrammatibus ſuis non addiderint lemmata, Pavus evincere volet, nec Meleagrum, nec Philippum, nec Agathiam, nec alios Inſcriptiones addidiſſe epigrammatibus a ſe collectis, & ſi addiderunt,

Inſcriptiones, quae in Anthologia habentur, a recentioribus *haud dubie profectae ſunt, & non modo ab illis ſaepe fuerunt male conceptae, ſed ab Amanuenſibus etiam male deſcriptae.*

5) Si autem ad verba epigrammatis ſingula attendamus, *ita comparata ſunt, ut lubentius quinque poëtarum Lyricorum poëmata, quam unius poëtae libros* quinque Lyricôn, exprimerent. ἡ γλυκερὴ πέντας (*ſic*) Βύβλων Λυρικῶν: *hoc indicat potius* opuſcula quinque *Poëtarum, quam* quinque libros *ejusdem poetae, ubi accedit diſerte* ἐν τεύχεϊ τῷδε. *nam* unius *poëtae libros* quinque *Lyricorum in eodem volumine contineri, non novum adeo aut memoratu dignum: ſed* quinque Poëtarum Lyrica, *id ſatis notabile profecto & dignum memoratu.* 6)

Et

runt, ut fieri potuit & probabile eſt, an temerarius hic & aerarius Criticus iis auctoritatem demere audebit? quid ſi certo conſtet, potius decem quam quinque ſeculorum aetatem eſſe tribuendam multis ex hiſce Inſcriptionibus, an non putabit eo tempore viros eruditos aliquid potuiſſe circa haec ſcire quae nos ignoramus? imo illos ex integrioribus Codd. ſaepe confeciſſe lemmata ſatis conſtat.

5) Haec plane futilia ſunt, nec refutatione digna & talia eſſe adparebit ſimul ac conſtabit quinque re vera fuiſſe libros Anacreontis, & illos hic commemorari omnino ignoravit occaſionem conditi Epigrammatis.

6) Pavonem rogatum velim quam Pentada igitur hic Lyricorum compactam autumeat. nam novi Ἐννεάδα Λυρικῶν feminarum & virorum, ut Πλειάδα illam ſub Ptolomaeo Philadelpho. Sed ita Πεντάδα Λυρικῶν celebratam non novi. & qui nobis perſuadere vult certos quinque poëtas πεντάτευχον Βίβλον conſtituiſſe;

Et quid igitur? poteſt mutila *eſſe* inſcriptio *& poſt nomen Anacreontis fortaſſe ſequi debebant nomina aliorum* quatuor, *quae ſcribarum ignavia neglexit, cum primum ſiglis* κ. λ. 7) *forte notata eſſent ſatis ſegniter.*

Sic ne literam mutamus, & Crinagoras tot Lyricorum libros Anacreonti non adſcribit Solus: Eruditi judicent. 8)

ſtituiſſe; talem Syllogen exſtitiſſe antea probaſſe vel ſimile vero reddidiſſe oportebat. Sic celebrantur πεντάτευχος & ὀκτάτευχος inter ſacros libros. qui jam plures, pauci oresque libros ſolere conjungi ſtatuerit, id probare omnino debet. alioquin quidquid dicat, λήρων loco habebitur merito. nec ratiocinationes ſufficiunt: rerum documentis opus. deinde ait, *opuſcula.* at ſi Sapphus *novem*, Alcaei *decem* libri odarum in his fuerint, poſſint *opera* illa certe vocari. niſi Horatii quinque libros Lyricos etiam opuſcula Horatii vocarit.

7) At debebas probaſſe, Pave, ſiglum illud κ. λ. olim ante decem ſecula in uſu fuiſſe. Sed ita ſigla & notas fingit in Codd. pro lubitu homo hic. fingere neceſſe habet, nec enim Codices ipſos verſavit vel legere novit: nec libros hoc in genere primarios de nomine novit. Quin hodie ſaltem non κ. λ. pro *Et cetera* ponimus, ſed κ. τ. λ. καὶ τὰ λοιπά.

8) Laborat ergo hic Pavo tantum, ne Crinagoras tot libros Anacreonti adſcribat ſolus. Sed, Pavo, ſi *primum* & *ſecundum* citatos viderem, mihi ſtatim fieret veroſimile & plures fuiſſe. idque longe redderetur probabilius, ubi quinarium numerum laudatum conſpicerem expreſſis verbis. Sed quid tibi fiet ſi *tertius* laudatus ab aliquo: an *quartum* nobis concedes: quod ſi *quartus* laudatus ab aliquo: an

quintum

quintum concedes? utut ſis ipſo Βουκεφάλῳ στερεώτερος, tamen puto hic facilem te praebebis, & adſurges auctoritati omni exceptione majori, τοῦ πανσόφου Ἰωάννου Κορνηλίου ἐπίκλην τοῦ Ταῶνος. qui ad Suidam in V. τοῦ Ταντάλου ταλαντίζεται. librum TERTIUM poëſeos Anacreonticae *obſervarat ſeparatim* SIBI. * quare tamen non mirum eſt, te & nos hoc neſciviſſe: *ſibi* ille obſervarat *ſoli*. potueramus tamen hoc etiam ſcire ex Photii Lexico, quoniam e Suida nemo alius hoc ſibi obſervare poterat, & ex Schol. Horatii, qui ex Anacreontis L. III. locum laudat ad Odor. L. I. Od. 27. ubi eundem quoque librum laudat Porphyrio. neceſſe certe eſt tibi iſto tempore cum genio tuo interceſſiſſe aliquas ſimultates, qui tibi id noluerit indicare, cum ſcriberes iſtud notarum exordium. quid dicam neſcio. ingenue agamus, Pavo. an non illud jam obſervaras ex Suida, antequam praelo committeres Anacreontem? ſed noluiſti ſcilicet bellatulam illam notam inducere, quam vel ſic ſperabas poſſe laudem mereri. Et re vera meretur, ut ulterius ſi procedamus, adparebit. ſic ſtatuo mehercule, te notulam illam jam antea excluſiſſe, &, foetus licet monſtroſi amore ductum, noluiſſe flammis expiatoriis uſtulandam dare. Notulae enim tuae in Anacreontem, ſi quidem verum tradis ad Hephaeſtionem p. 173. anno MDCCXXVI jam fuerunt praelo paratae: nam ibi te citas ad Anacreontis Od. LXI. & ais. *diximus ad Anacreontem.* potuiſti igitur haec, ut debebas, delere. Sed tua nimis amas. at colligat hinc Lector ſtuporem pervicacem tuum, qui tot errata & mendas, quot in Anacreonte tuo inveniuntur, etiam poſt ſexennium non detegere ipſe potueris. quam ridiculum praeterea lectorem remittere ad ſcripta, quae adhuc in lituris male adfecta jacent! novi ita uſu veniſſe etiam viris mo-

* Anacreont. p. 280.

deſtiſſimis: ſed & illi tamen jocis patuere. at noſter Thraſonides, qui gloriandi cauſa talia modo chartis illinit, quibus cachinnis dignus cenſebitur! ſed in orbitam.

Tertium igitur librum Anacreontis jam tenemus. Sed unde unde quartum extundemus! hunc quidem ego non offendi. Sed dabo hominem, cui tu tamen forte etiam jurato non credideris, qui ſe obvium habuiſſe ait *quartum* Anacreontis librum λυρικῶν. ille eſt Thomas Baxterus, * *qui notat a Porphyrione Horatii interprete quartum Anacreontis librum memorari.* & ſcire potuit: Horatium edidit, & Porphyrionem procul dubio diligentius pervolvit.

Ἄνερ ἄνερ τί νυ σεῖο προσώπατα τρηχύνονται;

Sed jocus & ludus adhuc. artius te ſtringemus. & ſi vel Proteo lubricior eſſes, non elaberis. Non tibi jam cum citationibus Grammaticorum, quas in numeralibus falſas calumniari poſſis: non cum inſcriptionibus Librariorum, quas auctoritate carere adfirmas: ſed cum ipſo Crinagora res erit: qui πενλάτευχος illud verſavit manibus, & proprio ſtylo hoc epigramma quinque libris Anacreonticae poëſeos praefixit. Et temerarium te fuiſſe, qui, neſciens quae ſcire oportebat, falſa adfirmaveris: vel, ſi ſciveris, peſſima fide te egiſſe cum Lectore, profitendum erit. Et ultimum illud crederem, ſi modo fidem malam, qua in me & alios ſaepe uſus es, ſpectarem: & ſi non ſcirem, quam inepto & mutilo Anthologiae ineditae ἀντιγράφῳ utaris. Scias ergo, temerariarum ſuſpicionum parens, Epigramma iſtud non eſſe δίστιχον ſed ἑξάστιχον, & in tertio & quarto verſu apertis verbis dici, *Anacreontem has* βίβλους λυρικὰς *ſcripſiſſe vel amori vel vino vacantem.* En Epigramma, quale Heidelbergae olim, jam Romae legitur.

Κει-

* Maittairius Vita Anacr. p. 54. forte *Tertium* voluit.

Κριναγόρου εἰς βίβλον λυρικὴν Ἀνακρέοντος.

Βύβλων ἡ γλυκερὴ λυρικῶν ἐν πύχει τῷδε
Πεντὰς, ἀμιμήτων ἔργα φέρει χαρίτων.
Ἀνακρέοντος ἃς ὁ Τήϊος ἡδὺς πρέσβυς
Ἔγραψεν ἢ παρ' οἶνον, ἢ σὺν ἱμέροις.
Δῶρον δ' εἰς ἱερὴν Ἀντωνίῃ ἥκομεν ἠῶ·
Κάλλευς καὶ πραπίδων ἔξοχ' ἐνεγκαμένῃ.

Quid expalleſcis! quid confunderis! an habuit tuum apographum iſta? an turpiter celaſti, ut inponeres lectori? an truncatis chartis uteris? quid eſt! proloquere. quid intra dentes murmuras? quid os iſtud inpudens inſtar larvae tragicae diſtorques? Sycophantiam aliquam comminiſceris. prehendi durum, fateor, in tam aperto flagitio. an forte audes tibi hanc appendicem eſſe ſuſpectam praetexere? an corruptum tertium verſiculum cauſaris? an Iambos hexametris & pentametris inmixtos proſcribes, ut obreptitios? Quid horum? quin capite obvoluto ploratum potius abis. ne tamen ceu Sphinx, ſoluto aenigmate, prae deſperatione de ſaxo vel turri Trajectina deſilias. vive, vive, Pave, ut diu Eumenidibus adhuc tuis ludicrum praebeas, oro.

Quamvis autem apud neminem ob cauſas modo memoratas hoc epigramma in ſuſpicionem cadere poſſit, niſi qui de omnibus dubitet, tamen difficultatibus hiſce occurremus.

Et cur quidem in quibusdam apographis quatuor illi poſteriores verſiculi neglecti fuerint: quinque mea enim cum Vaticano habent, duo non exhibent: procul dubio diverſitas metri effecit, qua homines offenſi & decepti, putarint diverſa eſſe epigrammata, ultimumque tetraſtichon forte in alium locum rejiciendum putarint, & ſic neglexerint.

M 5 At

At non debebant diverſo metro offendi; nam in eo genere plura exempla proſtant. In Hephaeſt. p. 64. Simonidis exſtat Epigr. quod primo loco Hexametrum, ſecundo loco Elegiacum, tertio loco habet Iambum: de quo mox. Ex Diogene Laërtio p. 150. jam ſimile huic laudavimus. In Anthol. ined. Hegeſippi tetraſtichon ex Hexametro, Iambo & rurſus Hexametro & Iambo conſtans occurrit. & illud quidem metri genus tam Graecis quam Latinis tam in Epigrammatibus, quam longioribus poëmatiis uſitatiſſimum eſt. ut Anthol. I. 59. p. 83. Videatur quoque antiquiſſimum Epigramma, quod a Voſſio emendatur ad Melam L. III. c. 6. & poſtea felicibus auſpiciis quoque tentatum ab illuſtri Joanne Buherio, fugientium Graecarum Latinarumque Muſarum in Galliis egregio ſtatore. in quo hexametrum duo pentametra bis excipiunt. In Gruteri Inſcript. p. DCLV. non omnino malum epicedium exſtat quinque Heroicorum verſuum, quibus tandem unum ſubjicitur Elegiacum: cujus verſus quatuor ultimos, ſic forte legendos, notes, olim uſui futuros:

Πάντας λυπήσας, καὶ λοίδορα ῥήματα πέμψας,
Ἀλλὰ φίλος πιλῶν, Βρομίου, Παφίης τε βιώσας,
Νῦν πατρίδος κλεινῆς ἄχθος χθονὶ ἐνθάδε κεῖμαι,
Ἐν φθιμένοισι γέρων, τ'οὔνομα Παμβδέλυρος.

Vide quoque p. DCCLXIX. Quin ſylloge in Anthologia Inedita exſtat ex epigrammatibus διαφόρων μέτρων concinnata. Et longe magis mirificus in hoc genere Manethon, qui in L. I. praecipue & L. V. Heroicis carminibus hic illic Elegiacum intertexuit. cujus equidem rei cauſam lubens ſciverim ex callentiſſimo noſtro Proſodico. ut adeo hinc γνησιότητι epigrammatis nihil periculi immineat.

Quod

Quod autem corruptum ſit, illud cum aliis habet commune. Ut exhibui exſtat in Palatina membrana. in interpolato quodam libro ſic legitur.

Ἆς Ἀνακρέων ἡδὺς πρέσβυς ὁ Τήϊος.

qui ſic exire crediderint Iambum, Pavonem inplorent: malorum Iamborum Patronum optimum. Iambus exibit ſervatis ſingulis vocibus, ſed tranſpoſitis ſic,

Ἀνακρέων ἆς πρέσβυς ἡδὺς ὁ Τήϊος.

Et magis rhythmice.

Ἆς πρέσβυς ἡδὺς Ἀνακρέων ὁ Τήϊος.

Sed videor audire obcrocitantem Pavum, „Tu qui in me exagitaſti C. II. inportunae tuae Vanni, quod ſine edicto praetoris voces τῇ κρίσιν in poſſeſſionem areae induxerim, quam tenebat ἐῶμεν, tune hic longe audaciori tranſpoſitione omnia ὕστερα πρότερα commiſcebis, ut Iambus exeat!“ Iram pauliſper compeſce, placidiſſime Pavuncule: licet ſpecioſa adpareat iraſcendi cauſa. non ego culpavi adeo, quod tranſponebas verba, ſed quod illa tranſpoſitione nec verſus nec ſenſus quidquam juvabatur. & quod iſtud remedium *facile* vocabas: quod ego *violentum* eſſe ipſe fateor. Quin tibi mox, inter alia judicii deficientis ſpecimina objiciam, quod tranſpoſitionibus, ubi certae & neceſſariae, non uſus fueris. Et ut uno alterove exemplo pateat ſtatim: quod in Q. Calabro L. I. 191. edideris,

—— ἐπὶ πολλὰ κακὰ τέτληκα.

& non potius, ἐπὶ κακὰ πολλὰ τέτληκα.

&

& rurſus eodem Libro vs. 367.

νῶϊν πολλὰ κακὰ φέροντες

& non νῶϊν κακὰ πολλὰ φέροντες.

nam cur igitur L. VII. 631. edidiſti.

Ἀμφὶ δ᾽ οἱ μέγα χάρμα.

cum tamen in Aldina eſſet

Ἀμφὶ δ᾽ οἱ χάρμα μέγα.

Et tranſpoſitiones, in quibus libris non inveniuntur! En aliquot exempla ex ipſa Anthologia. inſpice L. I. C. IV. p. 6.

Ἄνθρωποι γενεῆς αἴσχεα λευγαλέης

& ibi tamen vitioſe in Palat. λευγαλέης αἴσχεα.

& C. XXXIII. p. 49.

Παῦσαι. ἐπεὶ σε μένει καὶ κατόπιν δάκρυα.

ubi vulgo

δάκρυα καὶ κατόπιν.

C. LV. p. 73. legendum

ὤλετο δ᾽ οἰκτίστως βρυχθεὶς ἁλί. vulgo ἁλὶ βρυχθεὶς.

L. IV. C. 8. p. 309. ubi legendum

Οὐ κέρασιν μούνοις, χρυσέη ἀλλὰ τέχνη.

vulgo. ἀλλὰ τέχνη χρυσέη.

Anthol. IV. p. 323.

Ἔξεσ᾽ ἄρης οἵαν ἤθελε τὴν Παφίην.

ubi

ubi tamen in tribus vel quatuor Codd. ἔξεσεν οἷαν Ἄρης. male. Anth. L. VI. 8. 425. πέπλοι καὶ λῃρῶν χρύσεοι οἱ κάλαμοι. vulgo οἱ χρυσεοι κάλαμοι.

L. VII. p. 422. ἡ ξανθή γε κόμα τάμα δάκρυα πίῃ. ubi legendum δάκρυα τάμα πίῃ. vel τάμα πίῃ δάκρυα. quamvis δακρύω interdum producatur.

At age tu facilius hic remedium circumſpice: certe πρέσβυς vel ſede mutanda vox, vel omnino ejicienda. Si pro ea γέρων reponas: ut aliquando Synonyma mutantur. ut Ζηνὸς & Διὸς. ζεὺς & πατὴρ apud Calabrum. ζεὺς & Κρονίδης apud Moſchum. Ἀφροδίτην & κυθερείαν apud Muſaeum vs. 148. in Cod. Vatic. & alia ejus generis: non tamen vel ſic Iambus ſiſtetur. Si in Ἀνακρείοντος ἃς quis ſuſpicetur latere ὅσας, ita verſus deberet legi:

Ἀνακρέων ὅσας ὁ Τήιος γέρων

poſſet & legi

Ἀνακρέων ἃς οὐκ Τέω ἡδὺς γέρων.

Sed omnia iſta longe audaciora. mirabimur quam molle emplaſtrum huic vulneri in pyxidibus ſuis ſervet Aeſculapius noſter. Quare nihil etiam haec corruptio facit ad γνησιότητα verſus elevandam.

At diſtichon ultimum omnem tollit dubitationem. haec enim πεντὰς λυρικῶν βίβλων ibi dono data dicitur *Antoniae* cuidam tum verſanti in Oriente. Hic Crinagoras autem cum principatum Auguſto tenente & poſtea vixerit, probabile ſit hic agi de Antonia minore, quam alii majorem autumant, Antonii III viri & Octaviae filia. praecipue ſi conferatur verſiculus ultimus.

Κάλλευς καὶ πραπίδων ἔξοχ' ἐνεγκαμένη.

cum

cum elogio quod Plutarchus in vita Antonii p. 955. F. huic feminae dat: Ἀπολειπομένων δὲ τῶν Ἀντωνίου καὶ Ὀκταβίας δυοῖν θυγατέρων, τὴν μὲν Δομίτιος Ἀινόβαρβος ἔλαβε. Τὴν δὲ σωφροσύνῃ καὶ κάλλει περιβόητον Ἀντωνίαν Δροῦσος ὁ Λιβίας υἱὸς, πρόγονος δὲ Καίσαρος. Poëtae & Hiſtorici, laus eodem modo fere concepta, neminem dubitare ſinet, quin de eadem illa Antonia agatur. videatur quoque Joſephus L. XVIII. Antiq. Jud. VI. 6. Hunc autem Anacreontis codicem miſſum reor Antoniae nondum Druſo nuptae, imo forte puellae octo vel novem annorum. Nam veroſimile eſt & puellas primos verſibus dediſſe annos. nec adeo neceſſe, ut re vera iverit Antonia in Orientem. nam ut matris Octaviae iter in Orientem ad maritum fuerit interruptum, filiae neceſſario quoque fuerit. Sed cum mater Athenis morabatur, Antonia poſſit videri adhuc nimis tenera; quam ut tam plenam pulcritudinis, & prudentiae laudem meruerit: jam tamen a teneris virtutes elucent & poëta loquitur; non hiſtoricus. quid ſi ponamus iter meditatam fuiſſe circa Actiacae victoriae tempus? nam Druſo vivente in Orientem numquam ivit: & ut vidua eo profecta fuerit, mihi non ſit veroſimile. Sed tempus forte definire aliquanto incertius: nec id ad rem. Ut autem minus dubites, hic agi de illuſtri femina, & quidem de hac Antonia, en aliud Crinagorae Epigramma, quod forte decennio poſt alterum videtur conditum.

Κριναγόρου.

Ἥρη Ἐλειθυιῶν μήτηρ, Ἥρη τε τελείη,
Καὶ Ζεῦ γινομένοις ξυνὸς ἅπασι πάτηρ.
Ὠδῖνας νεύσαιτ' Ἀντωνίῃ ἵλαοι ἐλθεῖν

Πρηείας

Πρηεῖας μαλακαῖς χερσὶ σὺν Ἠπιόνης.*
Ὄφρα κε γηθήσειε πόσις, μήτηρ θ' ἑκυρά τε,
Καὶ νηδὺς οἴκων αἷμα φέροι μεγάλων.

Juno mater Elithyiarum, & Juno conjugalis,
Et Jupiter natis communis pater omnibus.
Dolores finite Antoniae benigni venire
Faciles mollibus cum manibus Epionae.
Ut gaudeat maritus, mater, & ſocrus,
Et uterus domus magnae ſanguinem edat.

hic eandem Antoniam habemus: *maritum* ejus, Druſum Liviae ex Tiberio filium; *matrem* Octaviam ſororem Auguſti; & *ſocrum* ipſam Liviam. Auguſtus autem omittitur, neſcio cur: niſi forte quod modo privignus ejus erat Druſus. at rurſus erat avunculus Antoniae. Sed accuratius in haec inquirere non hujus inſtituti. Suſpicionem tamen iſtam de miſſo libro Antoniae adhuc puellae ſatis tenerae; deque vera, quae hic celebratur Antoniae nomine, perſona egregium in modum confirmat hujus ipſius Crinagorae Epigramma, quo ille M. Claudio Marcello, hujus Antoniae ex matre fratri, adhuc puero, commendat Callimachi Hecalem Anthol. L. I. 67. p. 95.

Καλλιμάχου τὸ τορευτὸν ἔπος τόδε. δὴ γὰρ ἐπ' αὐτῷ
Ἀνὴρ τοὺς μουσέων πάντας ἔσεισε κάλως·
Ἀείδει δ' Ἑκάλης τε φιλοξείνοιο καλιήν,
Καὶ Θησεῖ Μαραθὼν οὓς ἐπέθηκε πόνους.
Τοῦ σοὶ καὶ νεαρὸν χειρῶν σθένος εἴη ἀρέσθαι,
Μάρκελλε, κλεινοῦ τ' αἶνον ἴσον βιότου.

ibi Scholiaſta ex meis apographis augeri poteſt. hunc autem Marcellum eſſe illum Virgilio celebratum, & in adoleſcentia Bajis extinctum, non dubitandum videtur.

* Vide Suidam in h. v. *Gujetus.* Vide quoque Hippocr. Ep. p. 903.

detur. Cum accepit hunc librum, fuerit decenni minor. nec mirum ejus aetatis pueros jam intellexiſſe Callimachum, cum Pavoninos Decennes paſſim loca Caſaubonis & Salmaſiis obſcura, hodie perſpicere videamus. Si aetate ea fuerit, hoc epigramma conditum eſt circa *A. V. C.* DCCXX. nam circa annum DCCXXX mortuus creditur, & vigeſimum annum non multum exceſſiſſe. videatur Vell. Paterc. L. II. C. XCIII. Octavia autem Antonio nupſit *A. V. C.* DCCXIV. quando Marcellus, ex primo marito genitus, fuerit quinquennis. eodem ergo modo Antoniam Anacreonte, quo Marcellum antea Callimacho, donarit Crinagoras. Et rectiſſime Triſtanus Tom. I. Comm. Hiſt. p. 134. hoc epigramma ad hunc retulit. qui ad eundem quoque refert Epigramma L. VI. C. 22. p. 440.

Ἑσπερίου Μάρκελλος ἀνερχόμενος πολέμοιο
Σκυλοφόρος κραναῆς τέρμα παρ' Ἰταλίης,
Ξανθὴν πρῶτον ἔκειρε γενειάδα: βούλετο πατρὶς
Οὕτω καὶ πέμψαι παῖδα, καὶ ἄνδρα λαβεῖν.

putatque Marcellum in Germania vel Galliis tirocinia poſuiſſe: at potius hic ſermonem fieri crediderim de Bello Cantabrico, unde ille reverterit. Cantabricum autem bellum circa Annum A. U. C. DCCXXIX. confectum. id quoque eo ſtabilitur, quod idem Crinagoras meminit in Epigrammate, quod L. Holſtenius edidit ad Stephanum V. Ἑρκύνιον, balneorum ab Auguſto Caeſare in Hiſpania excitatorum. nam de alio Marcello cogitari nequit: quamvis inſcriptio promat: Μαρκέλλου ὑπάτου. At nullus Marcellus Conſul hic locum habet. nam M. Claudius Marcellus Aeſerninus quidem in Hiſpania res geſſit: ſed cetera minime in eum conveniunt. quidquid ſit; ſufficit his invictis argu-

argumentis ſinceritatem Epigrammatis ſuperioris commonſtraſſe: & ſic πενλάδα Lyricorum librorum vindicaſſe Anacreonti. quare jam ad alia properabimus.

In illud ſuperius epigramma ſolummodo adhuc obſervabo rurſus nos habere inſigne exemplum perſonae commutatae. nam in ſecundo verſu habemus πενλὰς Φέρῳ. & in quarto verſu ἤκουεν. Sed nihil familiarius apud Poëtas. Sed forte Pavo, hic Φέρω legendum contendat. Si ita ſcriptum olim, per me non mutaretur. Sed nec vulgata lectio ſoloeca. demum ἐνεγκαμένην in Codd. quod neceſſario in ἐνεγκαμένη refingendum. centies talis error natus, quia librarii adjectivum vel aliam orationis partem ad proximius vocabulum retulerunt, quod ad remotius reſpiciebat. inſpiciatur modo Inſcriptio Epiſtolae XVIII. L. II. Ariſtaeneti.

Sectio V.

IN Anacreonte p. 309. iterum recenſet Epigramma a Bentlejo ad Callimachum p. 427. primum & *infeliciter* tentatum. Videamus paucis, qua felicitate κακοδαιμονέςατ☉ Criticorum Pavo illud ipſe tentarit. Apparebit, eum nihil ibi intellexiſſe, & dum ratiocinatur circa lemmata & librariorum notas, quae huic epigrammati adſcripta, plane inepta, & a vero abhorrentia tradere: nec mirum cum putidis adeo & mutilis chartis utatur. rurſus illud exhibeo, ut legendum puto.

Παιδνὴ ἄφων☉ ἐοῖσα τάδ᾽ ἐννέπω, αἴ τις ἔρηται,
  Φωνὰν ἀκαμάταν καλθεμένα πρὸ ποδῶν.
Αἰθοπία με κόρα Λατῦς ἀνέθηκεν Ἀρίςω
  Ἑρμοκλείδαο τῶ Σαοναϊάδα,
Σᾶ προπόλ☉, δέσποινα γυναικῶν. ᾇ σὺ χαρεῖσα
  Πρέφρων ἁμετέραν εὐκλέϊσον γενεάν.

Ariſto hanc infantis recens nati ſtatuam dedicavit Dianae, puerperarum tutelari numini. ipſa autem puella infans loquens inducta, ſic ait:

Puella infans exiſtens haec loquor, ſi quis interroget,
Vocem indefatigatam ponens ante pedes.
Aethopiae me filiae Latones dedicavit Ariſto,
Uxor Hermoclidae, filii Saonaii,
Tua antiſtita, o mulierum regina: qua tu gaviſa
Benigna noſtrum condecora genus.

Ut enim hodie in Lauretana domo multae icunculae aureae, ſaltem inauratae, & argenteae ſpectantur a feminis principibus vel ante vel poſt partum dedicatae: ſic olim utero geſtantes vovere, & enixae dedicare ſtatuas & imagines infantium Dianae, Lucinae & aliis Numinibus λοχείοις & κουροτρόφοις adſueverant. unum exemplum ſufficiat ex Anthologia inedita. En ſimpliciſſimum, ſed longe elegantiſſimum epigramma:

Θεαιτήτου.

Ὄλβια τέκνα γένοισθε. τίνος γένος ἐστε; τί δ᾽ ὑμῖν
Ὧδε καλοῖς χαρίεν κείμενόν ἐστ᾽ ὄνομα;
Νικάνωρ ἐγώ εἰμι πατὴρ δέ μοι Ἀιπόρητος,
Μήτηρ δ᾽ Ἡγησώ, καὶ εἰμὶ γένος Μακεδών.
Καὶ μὴν ἐγὼ Φίλα * εἰμὶ, καὶ ἐστί μοι ἔτος ἀδελφὸς,
Ἐκ δ᾽ εὐχῆς τοκέων ἔσταμες ἀμφότεροι.

Jam noſtram lectionem paulo accuratius inſpiciamus.

Παιδνὴ

* Gujetus recte nomen proprium eſſe notat. vide Anthol. L. VII. 436.

Παιδνὴ *puella*. forte poſſet & παιδνός. ut ὁ, ἡ παιδνὸς dicatur, ut ὁ, ἡ παῖς. παιδνὸς ἐὼν apud Homerum. παιδνή inter alios utitur. Chriſtophorus in Anthol. p. 397.

Ἦν ἔτι παιδνὴ

Ἔτρεφον εὐεπίης ἡρωΐδα ἴδμονα Μοῦσαι.

Manu ſcripta lectio eſt παῖδες. & ſic edidit Bentlejus. quaſi *in vocativo*. Pavus id „*perperam & inepte factum ait: quaſi praeter pueros rogaret nemo.*“ Sed Pavonem rogatum velim, an numquam voces τέκνα & παῖδες etiam *aetate provectiores* blandientium in ore ſignificare offendit? an non etiam apte poteſt ſingi ſermonem factum ad ceteras ibidem dedicatas infantium ſtatuas. Sed tamen ideo minus placet, quia mox rurſus fit apoſtrophe ad Dianam. quid autem ille? *ſcribe*, ait

Παιδὸς ἀφώνω ἔοισα (ſic)

Sed profecto illud durius ἀφώνω ἔοισα. nam tum potius videretur ſcriptura fuiſſe Poëtria ἀφώνω εὖσα. vel ἔσα. Ut tamen concedamus nihil obſtare; vellem Pavo ſaltem nos docuiſſet, quid illud ἐοῖσα per ſe ſignificet. quale ſubſtantivum reticeatur. an εἰκὼν at ita hanc vocem omitti exemplo ſaltem uno docendi eramus. praecipue cum ἄγαλμα hic aptius intelligeretur. [eſt enim ſtatua non pictura] quae vox non raro reticetur. quamvis plane alia ratione, ut in Διοπετὲς & ſimilibus ἀνδριάς, ἀνάθημα & ſimilia facilius etiam hic intelligerentur. quae difficultas quoque premit Bentleji lectionem. requiritur enim omnino ſubſtantivum.

Porro ediderunt

ἐοῖσα τ', ἔτ' ἀνέπω.

ubi velim ſcire, quid ſignificet τὸ poſt ἐοῖσα. deinde quoque quid ἔτ' poſitum ante ἐννέπω. *adhuc dico.* ita fere deberemus ponere, *infantis non niſi mortui* dedicatam eſſe ſtatuam at feliciter bene vegetos pueros enixae ſolebant donaria haec ponere. & ſic *infantem illum Germanici, mira feſtivitate, & jam puerascentem a Livia ſub Cupidinis habitu in aede Capitolinae Veneris dedicatum*, adhuc dum viveret, puto. videatur Sueton. Calig. 7. Et alia multa epigrammata hoc teſtantur, & res ipſa ſuadet. Sic ſuperius laudatum epigramma. Ὄλβια τέκνα γένοισθε id ſatis monſtrat. Nec obſtat Epigramma.

Ἁ μάτηρ ζωὸν τὸ Μίκυθον, οἷα πενιχρὰ
Βάκχῳ δωρεῖται ῥωπικὰ γραψαμένα.

quod videre eſt ap. Kuſter. ad Suid. in ῥωπικά. quia ζωὸς Μίκυθος opponitur ἀγάλματι τῷ Μικύθου. ſic apud Ariſtaen. II. X. ἔργον τῆς γραφικῆς opponitur ζώντι κάλλει. nempe paupera mater puerum Baccho dedicabat: ſive, ut conjicio, inter Templi Servos referebat. In Vat. re vera τέτ'. ſed etiam ἔρηται. at alius ille liber τάτ'. in omnibus autem ceteris ἔρηται. hic ἔτι poſſet habere locum, ſi jungatur cum ἐοῖσα. licet *adhuc infans ſim, haec tamen dico.* quod ſi id neceſſario adeſſe quis velit, legat

Παῖς ἔτ' ἄφωνος ἐοῖσα, τάδ' ἐννέπω.

τάδε omnino requiri videtur. Gujetus conjiciebat καίπερ ἄφωνος. ut in Epigrammate,

Ἄρτεμι, νηπιαχόν τι καὶ εἰσέτι παῖδα Λέοντος
Νεῦσον ἰδεῖν κοῦρον υἱέ' ἀεξόμενον.

Sed lectio noſtra ſatis expedita videtur.

Vs. 2.

Vs. 2. Recte Gujetus & Bentlejus judicarunt per περὶ ποδῶν indicari hanc *inſcriptionem in Baſi poſitam.*

Vs. 3. Optime obſervavit Bentlejus Dianam vocari Ἀιθοπίαν κόραν Λατῶς. quae de hac voce hic Pavus, ſunt vitioſa & ridicula, vel corraſa ex aliis: & emendatio inde in Anacreonte tentata plane inſulſa: qua αἰθιόπαιδα mutat in Αἰθιοπίαδα. tunc tamen recipiemus, quando nos docere poterit recte dici οἶνον αἰθιοπΙΑΔΑ. nam ego ab αἰθιοπίας non αἰθιοπίαδος, ſed αἰθιοπίου credebam formari. at αἰθιοπιὰς recte faceret αἰθιοπιάδα. cujus ubi nominativum probarit genere maſculino accuſativum agnoſcemus ne dicam non admodum probabile eſſe vocem αἰθῐοπῐαδᾰ in Anacreonticis locum potuiſſe habere. de his alias. Vaticana autem membrana hic habet ΑΙΘΟΠΙΑΙ με ΚΟΡΑΙ Λατῶς. de qua ſcriptura videatur p. 55. hujus ſcripti. mox recte Bentlejus Ἀρίςω & Ἑρμοκλείδαο. Ad ultima quarti verſiculi Pavo „ *Bentlejus ſcripſit* τῶ Σαϊωνιάδα. *ſatis prope ad lectionis depravatae ductus: ſed quid amabo illud* Σαϊωνιάδα? *an* Σαΐων *nomen tibi repertum alicubi? Neſcio. ego certe id fruſtra quaeſivi hactenus. quare pro commento mihi erit, donec ſtabilitum fuerit teſtimonio antiquo.* „ Optime, Pave: nam re vera quidquid Critici, praecipue tibi ſimiles, ſine auctoritate in medium (διὰ μέσου) afferunt, ſunt commenta, niſi veterum auctoritate ſtabilita: vide igitur, mi Pave, annon quidquid unquam ſcripſeris, merito ab omnibus pro commento habendum ſit: nam nihil unquam probaſti, & ne quidem probare conatus es. Σαϊωνιάδα certe niſi invenerit in ſuo apographo doctiſſimus Bentlejus, vel aliunde probarit, non eſt ut praeferamus ſcriptae lectioni Cod. Palat. quae potius erit σαυνιαιάδα. Sed ibi habetur Τὼς αὐν αιαδα. Pavus legit Τῶ Σαΐω ἰδίᾳ. Nam Ethnicum eſt Σαΐος Stephano & aliis ſatis notum.

 eſto.

eſto. Sed quid ἰδίᾳ hic ſignificabit? an *propriis ſumtibus, non δημοσίᾳ?* At, Pave, inſpice triginta & amplius epigrammata, quorum hoc fere medium, in quibus donaria, ſicut hoc, puerperii cauſa oblata memorantur, & vide, an ullum *publicis inpenſis* factum invenias. Si unum inveneris Ἰδίᾳ hic vim aliquam habere agnoſcemus. In principibus feminis forte id locum habuerit, ut vota fierent publica pro felici partu, vel ut Provinciales tale felix puerperium aeternare voluerint Inſcriptione aliqua, ut illae arae OB AGRIPPINAE PUERPERIUM in Treviris a Suetonio in Calig. C. VIII. memorantur Sed quid haec tempora ad illa Sapphus, cujus hoc epigramma ſatis probabiliter? quare ἰδίᾳ proficiſcatur in Morboniam una cum Ethnico Σάϊος & inventore horum. ego ſecutus fui hic Gujetum, qui patronymicum putat a Σαοναῖος. παρὰ τὸ σάειν τὴν ναῦν. ſic Σώπολις & Σαόπολις. Σώδαμις & Σαόδαμις. σωνήιος & σαονήιος, ut ἐπηνήιον; ἐχένηις. forte aeque bene tamen a σαόναος. velim autem ex Pavone ſcire, cur hic Σάϊον hunc Hermoclidem putet, & tam longe ex Aegypto arceſſat. nam Σαϊς Aegypti urbs.

Clar. Bentlejus in Ἑρμοκλείδαο intelligit *Filia.* Ego *Uxor*, de hac ellipſi videantur Salmaſ. ad Inſcriptt. Herodis Attici p. 40. Perizon. in Diſſert. Triade p. 19. & Burmannus ad Sueton. Ill. Gramm: C. 10. & in Vita Caeſ. C. 4. Nam mater, Ariſto, dedicarat hanc ſtatuam: & proinde pater pueri etiam potiore jure memoratur: quam avus maternus. Sic in Epigrammate quod ſecundo ab hoc loco in Codd. ponitur.

Ἄρτεμι, σοὶ τὰ πέδιλα Κιχησίου εἵσατο υἱός,
Καὶ πέπλων ὀλίγον πτύγμα Θεμιστοδίκη.
Οὕνεκά οἱ πρήεια λεχοῖ δισσὰς ὑπερέσχες
Χεῖρας, ἄτερ τόξου, πότνια, νισσομένη.

vi-

videatur Kuſterus ad Suidam in Λεχώ. felix Gujetus, quod Pavus hoc epigramma non ediderit: nam ad corvos miſſus eſſet cum ſuo υἱὸς θεμιϛοδίκη pro θυγάτηρ: quod adnotarat, referens θεμιϛοδίκη & υἱὸς eandem ad perſonam: cum υἱὸς Κιχησίυ ſit pater dedicati infantis.

Eadem autem Ariſto mox vocatur Πρόπολος Ἀρτέμιδος, id eſt Νεωκόρος, vel ſaltem ex iis, quae praecipuo cultu eam Deam proſequebantur. quare non mirum infantis effigiem Dianae dedicari a puerpera Dianae aeditua. ita in hoc epigrammate

Παγκράτυς.

Κλειῦς αἱ δύο παῖδες Ἀριςοδίκη ϗ Ἀμεινώ,
Κρῆσσαι, πότνια σῆς Ἄρτεμι νεοκόρυ.
Τελεσετῆ ἀπὸ μητρὸς ἴδοις, ὤνασσα, τὰ τῆςδε
Ἔυτεκνα, κ'αντὶ μιῆς θὲς δύο νεοκόρυς.

Ubi Ariſtodice & Ameno, filiae Clionis, aedituae Dianae, optant, ut pro una matre ipſas accipiat duas neocoros Diva. Epigramma non quidem omnino ſanum; nam quia in verſu tertio ἴδοις occurrit: in primo accuſativi deſiderarentur. niſi velis intelligere ἀνάκεινται. cujus Ellipſeos exemplum vide in Anthol. L. VII. p. 436. 'A Φόρμιξ. Ut ἀνέθηκε ſaepe. vide Scal. ad Catalecta. p. 242. hoc malim, quam caſus refingere. Ita igitur & noſtra Ariſto fuit neocoros. quare & Diana ea *laetari* dicitur. ᾇ σὺ χαρεῖσα. Precatur autem infans, ut Diana genus *noſtrum*: id eſt, *ipſius infantis*, *patris & matris*, velit proſperare. hic ſenſus. haec occaſio Epigrammatis. Si jam nugas vere nugas, praeter eas quas jam hic memoravimus, legere velis: inſpice in Anacreonte Pavonis notam: quae inſcitia

& παραλογισμοῖς cum ceteris ejus tortuoſis ſcriptiunculis certat.

Nempe miſellus noſter Criticus non vidit vocem Πυροπόλος referendam eſſe ad Ariſtonem, matrem hujus puellulae dedicatae: ſed retulit ad ipſam infantem. unde ita: „ *Nam attende. ubi ſtatua dicit Σὰ πυροπόλος . . . eaque ſine dubio ipſam Puellam dedicantem* (o caput inſulſum! quid ais? puellam dedicantem! imo dedicatam) *reſpiciunt. an ſtatua habebat familiam:* (forte: nam tu ſtatua es, lapis, ſtipes, nec tamen es ſine familia, reor) . . . *id ἁμετέρων aperte ingerit: & adeo inſulſum eſt, ut non potuerit alicui ſano in mentem venire.* . . . . . mox *Minus venuſte δέσποινα γυναικῶν dicitur Diana, quae virginibus praeeſt: & rectius diceretur δέσποινα παρθένων.*„

Quid prius: quid poſterius demirabor! an ipſi μογοςόκος, λοχεία Ἄρτεμις ignota? an non legit Callimachum in Dian. 21. ita canentem?

> ὀξείαισιν ὑπ' ὠδίνεσσι γυναῖκες
> Τειρόμεναι καλέουσι βοηθόον.

Nam apud Aeſchylum certe non legit, Supplic. vs. 684.

> Ἄρτεμιν δ' Ἑκάταν γυ-
> ναικῶν λόχους ἐφορεύων.

Quae autem ſtatua dicit, ea eſſe accipienda, quaſi prolata ab illo, qui ſtatua repraeſentatur, nemo docendus praeter bardus hic Sophiſta.

Ex his omnibus jam patet, quam vana, quam inepta ſint, quae nimis verboſe diſputat de hoc ultimo diſticho. quod *omnia turbare* & ad *aliud epigramma pertinuiſſe* ſuſpicatur. πέρατον hoc epigramma totum,

tum, non in hac ſola parte, dixit librarius, Pave. Si codicem verſaſſes ipſum, hoc ſcires: jam cum caeco de coloribus plura verba facere nolim. & te cum tuis nugacibus chartis Divo Stercutio Do, Dico, Dedico, Lubens Libensque. †

SECTIO VI.

EXcutiamus rurſus aliud epigrammatidion. Sed, dicas forte Lector; quid! an igitur fatale fuit ipſi in Epigrammatibus delirare: imo fatale fuit. non tamen magis, Lector, quam circa cetera: ut jam ex ſpeciminibus credere potes. Verſus hi Simonidis leguntur apud Hephaeſtionem p. 64. & in Anthol. H. Stephani p. 513.

Ἴσθμια, δὶς Νέμεα, δὶς Ὀλύμπια ἐστεφανώθην,
Οὐ πλάτει νικῶν σώματος ἀλλὰ τέχνᾳ,
Ἀριστοδάμας θρασὺς ἀλεῖος πάλᾳ.

Ad quae ita nugatur Pavo p. 162. „ *eſt* ἀριστόδημος p. 66. *fors optimum eſt* Ἀριστόδαμος. *Nam Doriſmus in his regnat.*"

Pavo

† Sic in Q. Calabro L. X. 13. *Dausquejum ſuis deliciis frui* lubens libensque *finit*. Dausquejus quoque Pavonem ſuis perfrui ſineret, licet in Orthographiae T. II. pag. 185. jam ſcripſerit de hac inepta formula: *genus loquendi in viro literato miror.* In te tamen non miréretur quippe homine illiteratiſſimo. *Percarum* autem & *Percharum* fecerit mihi Pavunculus, ſi docuerit differentiam inter *lubens & libens*, *lubido & libido*, *lubenter & libenter*, *lubet & libet.* Sed Latina aliquantum pejus ſcit quam Graeca.

Pavo dicit *fort.* rogatum igitur velim, an Ἀριστόδάμας etiam locum habere poteſt? ut Stephanus tamen edidit. & hic in Juntina Editio. An neſcit igitur, quae a δάμναω componuntur penultimam corripere? ἱπποδαμεία & alia hoc ipſum docuiſſe debebant. quare ἀριστοδάμας omnino vitioſum: ἀριστόδαμος autem neceſſario legendum ob dialectum. Ariſtodemi multi memorantur.

Sed p. 166. de hoc ipſo Epigrammate etiam ineptiora promit. „ *Elegantiora habet . . . omnis difficultas in una voce* θεαρούς, *quae primam habet brevem.* (ſcilicet eſt Iambus) *an Lyricus, quia α ſaepe breve eſt, ſyllabam produxit contra uſum vulgarem.*"

Nempe quia literae A. I. Υ. etiam quando natura longae ſunt, tamen non diverſo charactere exarantur, ut E & O, quae quando longae literae, H & Ω ſcribuntur: ideo produci a Poëta florentiſſimae aetatis ſtatuit hic ſyllabam θεα. quod ſane aeque ſtolidum eſt, ac ſi quis in Latina Poëſi, in qua non ſolummodo A. I. U. Y. ſed & E & O. ſemper eodem charactere exarantur, ſuſpicaretur, vel Horatium vel Virgilium contra uſum ſyllabam produxiſſe, quae natura erat brevis, quia a. e. i. o. u. y. ſaepe producuntur. & tamen ſic noſter Proſodicus ratiocinatur. Vidiſtine, Lector, putidiorem ſuſpicionem? non vidiſſe te adfirmabis, ſcio. ego tamen vidi. En eam, & hic, quia indole non diverſa eſt. Apud Calabrum L. XIII. 307. legimus

Ἐλπωρὴν ἔχε θυμὸς ἰδεῖν εὐτυχέα πάτρην.

ibi Rhod. εὐτειχέα. Dauſq. *in facili correctio* ἐυτειχέα. audi jam non hominis, ſed θηρὸς ἀγρότερος vocem. „ Rh. & D. εὐτειχέα πάτρην. *rectius quod ad metrum: deterius quod ad ſententiam attinet. nam* πάτρη εὐτυχὴς

εὐτυχὴς adprime convenit. & πάτρη εὐτείχης (ſic) *aliquid continet, quod minus re vera quadrat. πόλις enim* εὐτείχης (ſic) *dici ſolet, non πάτρη hoc quisque intelligit ſtatim. An autor nimium feſtinans, ſyllabam brevem forte adhibuit pro ſyllaba longa, & τυχέα loco* Dactyli poſuit? id verum *eſſe poteſt, ſed plerique verum eſſe negabant.*“

Et ſummo jure negabunt omnes, qui non inſaniunt nam illud circa vocem θρασὺς ineptum, ſed circa vocem εὐτυχέα longe ineptius. in hoc Calabri loco enim veritas prae oculis poſita erat. in illo epigrammatis loco haec hominem nullarum literarum ſaltem latebat. Sed utrumque adeo ſtultum, ut ipſa Stultitia ſtultius quid excogitare nequeat. plura de Calabri loco jam non: redeamus igitur ad Epigramma. pergit ita „ *Neſcio quid dicam & mens eſt in bivio. malim ſi liceat, & licere videtur certe.* Ἀριςόδαμος ὁ θρασὺς Ἀλεῖος πάλᾳ. „ Pave, Pave, tua incredibilis ignorantia ubique ita elucet, ut ſi quis tibi poſthac vel inter infimae claſſis eruditos locum relinquendum cenſeat, eum eruditionis ἰδέαν ne in ſomniis vidiſſe negaturus ſim. Nam nonne te legiſſe & *tibi* obſervaſſe decebat hunc locum Pauſaniae ex L. VI. 3.. Ἀνάκειται δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς Ἦλιδος παλαιςὴς ἀνὴρ Ἀριςόδημος Θρασίδος. γεγόνασι δὲ αὐτῷ καὶ Πυθοῖ δύο νῖκαι. ἡ δὲ εἰκὼν ἐςι τοῦ Ἀριςοδήμου, τέχνη Δαιδάλου τοῦ Σικυωνίου. nonne hinc correxiſſe debueras.

Ἀριςόδαμος Θρασίδος Ἀλεῖος πάλᾳ?

Sed quod & minus tibi condonandum, hic locus ante ſesquiſeculum fere ſic reſtitutus. at a quo? ubi? in raro & forte alioquin indocto libro. forte a proletario Critico. Non, Pave, non, a principe virorum J. J. Scaligero ſic emendatum in immortali opere ad Eu-

Euſebii Chronicon p. 266. ubi ita emendans ad Pauſaniam remittit. Δὶς video referri ad Ὀλύμπια. ſic ego diſtinxerim,

Ἴσθμια δὶς, Νέμεα δὶς, Ὀλύμπια ἐστεφανώθην.

ne autem cavilletur Simonidis aetatem eſſe remotam ab Olympiade XCVIII. qua traditur viciſſe Ariſtodemus Ὀλύμπια, ſciat varios fuiſſe Simonides. nec objiciat quoque a Pauſania *Pythia duo & Nemea* memorari: hic *Iſthmia*, *Nemea & Olympia*. at ſaepe in omnibus quatuor locis victores exſtiterunt. cur autem Simonides non meminerit Pythiorum, Pauſanias autem Iſthmia neſciviſſe videatur, variae cauſae eſſe poſſunt. Sed eundem deſignari vel inde patet, quod & in hoc epigrammate, & in Africani Olympionicῶn Catalogo πάλη viciſſe tradatur. Quin jam nihil ad me utrum ſit idem. debebat haec obſervaſſe, quae ipſum ignoraſſe turpiter cuique patet. Ceterum id Ed. Florent. veſtigium rurſus veteris ſcripturae in πάλαι pro πάλᾳ.

Sectio VII.

JAm ultimus labor nobis inſtat circa Epigrammata: quem creavere mihi animadverſiones quaedam in Ariſtaeneto p. 173 re vera Augiae ſtabulum. ubi L. I. Ep. 26. J. Mercerus hoc Epigramma ex Anthol. IV. C. XXIV. p. 362. laudat.

Λεοντίου Σχολαστικοῦ εἰς εἰκόνα Ὀρχηστρίδος.

Μουσάων δεκάτη, Χαρίτων, Καρίμαλλε, τετάρτη,
Τερπωλὴ μερόπων, ἄστεος ἀγλαΐη.
Ὄμματα σοὶ, καὶ ταρσὰ ποδήνεμα, καὶ σοφὰ χειρῶν
Δάκτυλα, καὶ Μουσῶν κρείσσονα καὶ Χαρίτων.

Doctiſ-

Doctiſſimus Mercerus hic animadvertit Caput Anthologiae εἰς ὀρχηστρίδας male eſſe conceptum ab iis, qui Caramallum hic putabant eſſe feminam: quia vocatur Μουσάων δεκάτη: & ſcribendum εἰς ὀρχηστὰς, καὶ ὀρχηστρίδας. errarunt certe in Inſcriptione Capitis hujus. nam penultimum etiam epigramma in Xenophontem Smyrnaeum: ultimum eſt Antipatri εἰς στήλην Πυλάδου ὀρχηστοῦ. recte igitur Mercerus Inſcriptionem jubet, fieri εἰς ὀρχηστὰς καὶ ὀρχηστρίδας. Etiam in eo non errat, quod compellationem Μουσῶν δεκάτη minime putet obſtare, quo minus intelligatur mas. Nam ſic *Sophocles Siren Attica: Val. Cato Siren Latina.* Sic in Anthol. L. I. C. 66. p. 92.

> Πίνδαρε Μουσάων ἱερὸν στόμα, καὶ λάλε Σειρὴν
> Βακχυλίδη, Σαπφοῦς τ' Αἰολίδες χάριτες.

L. III. p. 208. Rhinthon vocatur

> Μουσάων ὀλίγη τις ἀηδονίς.

ita apud Sueton. de Illuſtr. Gramm. XVI. Q. Caecilius vocatur,

> *Epirota tenellorum* nutricula *vatum.*

nihil obſtat igitur cur non *Caramallus Muſarum decima* vocetur: & ſi haec compellatio conveniat ei, reliquas nemo damnarit.

Quid Pavo noſter hic? ille ſupercilio bene attracto ita pro auctoritate Critica pronunciat ad haec verba Ariſtaeneti. „ ἵνα ᾖ μόνον προσφυῶς μιμουμένη τὸν Καράμαλλον, τὸν πάνυ. *Aperte probat, non modo viros, ſed etiam feminas ſtudioſe fuiſſe imitatas Caramallum, & ſi ad vivum eum exprimerent, figurate dici potuiſſe* Καραμάλλους. *nam in eo nihil quod abſonum aut ingratum*

tum (itane credemus magno magiſtro quia αὐτὸς ἔφα) *Et ſic igitur adparet una, Mercerum Epigramma Leontii male de ipſo Caramallo accepiſſe. nam haud dubie mulierem laudat* (illud quo de quaeritur, homo ἀλογιμώτατε, illudne pro argumento adhibebis?) *quae ita accurate exprimebat Caramallum, ut ipſe Caramallus videri poſſet plane. plura alias.* Crederes Leontii manes conſuluiſſe, ita firmiter de re loquitur certe dubia: imo, ut mox patebit, plane falſa.

Nam ut hoc primum notem; nonne ſaltem exemplum adductum oportebat, ex quo pateret ita veteres unquam locutos fuiſſe! e. g. ut eximia femina Philoſophans vocaretur ita abſolute Πλάτων, vel Poëtria abſolute Ὅμηρος, vel eloquens mulier vocaretur Δημοσθένης. ego id nunquam factum fuiſſe credam, donec exemplum producat, quo hoc conſtet; nam video paſſim ipſi abſurda placere: in primis ut modo aliis obloquatur. Si adjectivum aliquod addatur rite fieri poſſe nemo dubitabit. ita Antipater Anthol. I. 67. p. 91.

Πρηξίλλαν, Μυρώ, Ἀνύτης ςόμα, θῆλυν Ὅμηρον.

Sic Caligula proaviam Liviam *Ulixem ſtolatum* adpellare ſolebat teſte Suetonio in ejus Vita C. XXIII. In Anthol L. VII. p 455.

Τήλεφός εἰμι κόρη, σὺ δὲ γίνεο πιςὸς Ἀχιλλεύς.

re vera & ſine adjectivo Ἀχιλλεὺς de femina dici poſſet. ſed res ibi plane diverſa At hoc in loco ſi vel adjectivum accederet, plane ſtultum foret. nam pone ut legatur θῆλυς Καράμαλλος. quis unquam in laudem alicujus carmen condens, & quidem eum

tam

tam eximio & pulcro ornans elogio figurate non ſolum adpellavit: ſed, ut nunc fit, ſimul ita ambigue, ut nemo ſcire poſſit, utrum laudetur is qui vero nomine ſic vocetur, an is qui figurate?

Quod ſi jam aetas Caramalli Pantomimi & Saltatricis eo nomine celebratae, longo ſatis intervallo diſcreta, ambiguitatem hanc tollere perhibeatur: at non ita tolletur, quod ita cetera quoque concepta ſint, ut poſſint & in feminam & in virum convenire. quam ultimam de viro ſententiam tuetur Mercerus, & procul dubio multi cum illo tuiti fuerint; quicquid ogganniat catellus noſter.

Verum enim vero licet ſingulae illae adpellationes in virum facile conveniant: vix veroſimile mihi fit, omnes comparationes ſic a femininis perſonis forte fortuna, nedum dedita opera, deſumtum iri ad ornandum virum. & licet ad id colorandum dici poſſet Pantomimos ſaepe feminas in ſcena exhibuiſſe: tamen & viriles perſonas ſaltaſſe multis exemplis patet. Leontii quoque in eodem capite leguntur alia quinque epigrammata: quae omnia in *ſaltatrices*. & hoc eſſe *in feminam* conditum Inſcriptio tum illa ipſi huic epigrammati addita, tum illa ſequenti praepoſita εἰς εἰκόνα ἙΤΕΡΑΣ ὀρχηστρίδος etiam teſtantur. deinde hic Leontius *ſaltatricibus* delectatus inpenſius videtur, quam ut tam praecipuam laudem ſaltatori tribuerit. Epigrammate enim ab hoc tertio canit

Θῆλυς ἐν ὀρχηθμοῖς κρατέει φύσις: εἴξατε κοῦροι,
Μοῦσα καὶ Ἑλλαδίη τοῦτον ἔθεντο νόμον.

Quin aetates Caramalli & Leontii hujus vix permittunt, ut hic illum viventem laudarit uti hoc in epigrammate fit. Caramallus enim Ariſtaeneto celebratur. Jam ſi is idem ſit Ariſtaenetus cum illo, ad quem

quem Libanianae ſcriptae epiſtolae: Caramallus ut longe ante finem ſeculi quarti floruerit, plus quam veroſimile ſit. quem terminum vix ipſe multum exſuperarit Ariſtaenetus. Leontius autem hic videtur Juſtiniani tempora, & ideo ad minimum initia ſexti ſeculi attigiſſe. & ſic centum annorum ſpatio Caramalli & Leontii ἀκμαὶ eſſent ſejunctae. Sed cum Ariſtaeneti, epiſtolarum ſcriptoris, ſi diverſus eſt ab alio illo, Libanii amico, aetas non adeo certo ſit definita: Caramallus & in ſeriora tempora demitti poſſet. & re vera videtur ſeculo quinto potius, quam ſeculo quarto adſcribendus. Nam Sidonius Apollinaris ejus meminit carmine XXIII. 267. Jam ille Sidonius nulla vel pauca carmina ſcripſit poſt annum Chriſti CCCCLXXII, cum Epiſcopus Arvernorum renuntiatus. Mortuus autem quando is fuerit, non quidem ſatis accurate ſcimus. Sed ſi decem vel duodecim annis ſediſſe Epiſcopum adfirmemus, forte a vero non longe abfuerimus. mortuum ergo ſtatuamus circa annum CCCCLXXXIV. & cum vixerit annos LVI. natus fuerit CCCCXXVIII. unde adparet Caramalli ἀκμὴν non poſſe prorogari multum ultra medium ſeculi quinti. quando in primis Sidonius poëtica laude delectatus videtur. & bene Mercerus conjicit artifices ſui temporis vel non multum remoti meminiſſe. Sed ſic tamen Leontii aetas [cujus ἀκμὴ procul dubio initio ſeculi ſexti ſtatui debet, ſi non potius ſerius aliquanto] quinquaginta annorum intervallo ab aetate Caramalli fuerit ſeparata: adeo ut veroſimiliter ſtatuere nequeamus Caramallum vivum a Leontio fuiſſe laudatum.

Sed quo haec tendant, forte miraris Lector. cum ſi Caramallus hic verus non laudetur; nec puella ſub Caramalli nomine; nullum effugium eſſe adpareat, niſi ut ſtatuamus diverſos Caramallos: quemadmodum

J. J.

Digitized by Google

J. J. Scaliger ad Euſebii Chronicon p. 155. & poſtea Salmaſius ad Vopiſci Carinum p. 833. docuerunt Bathyllos & Pyladas etiam diſcipulos Bathylli & Pyladae fuiſſe vocatos. imo nec illa mihi janua pateat, cum negarim me credere virum tot femininis elogiis eſſe celebratum : praeterquam quod plane Pavoninum foret, talia ſine ullo teſte velle adfirmare. At ego nego, pernegoque, Leontium umquam de Caramallo hoc in epigrammate cogitaſſe: nego quoque aliquid in hoc carmine occurrere, quod non in ſaltatricem convenire poſſit, licet a Pantomimorum arte alienam. Ajo autem vocem Καραμάλλε eſſe ſpuriam, & a Planude vel alio infartam, vel ex Scholio adſumtam. anſam mutationis ſi rogas, neſcio dare: auctoritatem ſi quaeris, dabo locupletiſſimam: Codicem ſeculis plurimis Planude vetuſtiorem, illum optimum Palatinum. Sed quid ibi legitur! literis valde perſpicuis ibi exaratur,

Μουσάων δεκάτη, χαρίτων, Ῥοδίκλεια, τετάρτη.

Videsne, Lector, quam pulcre ſeſe jam omnia habeant? videsque quam fruſtra miſellus Pavunculus noſter, diobolaris iſte Criticus, nobiliſſimam artem quaſſi cerebelli ope ſola nixus exercere ſuſtineat, omnibus bonorum librorum tam editorum quam manu exaratorum deſtitutus copiis?

Ipſene jam vides, lividiſſime omnium obtrectator, te invitum dixiſſe verum, quando exclamabas jocando, *Di boni, quot nova, quot inaudita non accumulabunt ejus elaboratiſſimae notae, quando Theocritum & Anthologiam edet!* certe te hic & alibi multa nova doceo in Anthologia: & nova docui in Theocrito, cum infinitivum ἦμεν tibi ignotum & incruſtatum monſtravi eſſe purum putum Doricum. Scias autem ita Salmaſium quoque legiſſe: ſed

ignorantiſſimo iſti Critico nihil te deferre, novi. Scias igitur Grotium [cui Batavorum decori dubito an adhuc † maledixeris; quare occaſionem hanc arripias] ſcias magnum Grotium ita vertiſſe.

O decima Aonidum, Rhodoclea, & Gratia quarta,
Mortalis generis gaudia, plebis amor.
Sic digitos, celeresque pedes, oculosque gubernas,
Sit nihil ut prae te Gratia, Muſa nihil.

Prius re vera verterat *Caramalle*, ſed id ipſe induxerat, & alterum illud ſubſtituerat. Rhodoclea autem ſaepe a Rufino in Anthologiae Libro VII celebratur. etiam in epigrammate inedito,

Νῦν ἔγνων, Ῥοδόκλεια, καὶ οὐ Κύπρις. εἶπε τὸ κάλλος
Τοῦτο πόθεν; σὺ, δοκῶ, τὴν Θεὸν ἐκδέδυκας.

Sed illa forte nihil ad hanc Leontii. lectionem hanc autem eſſe unice veram, ſi vel dubia eſſent cetera argumenta & ipſa Leontii aetas, nam ſunt multi, ſatis evincit Membranae Palatinae auctoritas. Hoc unum autem addam ad hunc epigrammatis locum, aliquem ſuſpicari poſſe, ſi Leontius hic Caramalli aetate

† Ita tamen hunc ſugillat in Menandreis p. 37. „*Sed, o ſumme virorum, quod pace tua dicam, nimis feſtiva eſt haec interpretatio ſimul & ſuſpicio. nam quid? an ille, qui navem amiſit, dici poteſt* πλεῖν κώπαις. *imo hoc nullus ego intelligo* [intellexiſſes, Maevi, ſi Britannias petens naufragium feciſſes, & ſcaphae biremis auxilio deſtitutus, mergos litore porrectus juviſſes] *at quam nativum, quam accommodatum, quod mibi in mentem venit, ſimul ac locum attigi.*“ Talia tu de te & Grotio audes,

Ὦ παντομισὲς κνώδαλον, στύγος βροτῶν.

aetate

aetate eſſet antiquior; epigramma potuiſſe eſſe factum in Rhodocleam: poſtea accommodatum ab alio in Caramallum. ita paucis mutatis videmus duo Epigrammata exhiberi L. III. C. 5. p. 119. de duobus Aeliis. ita L. IV. C. 18. p. 350. videmus duo epigrammata in duo Cryſtalla figura ſimili inſculpta. Sed haec ſuſpicio nullius mihi eſſe momenti videtur. nam plurima ei adverſantur. Nec majoris momenti habuerim, ſi quis ex iis, quae de ſucceſſoribus Pyladae & Bathylli traduntur, velit contendere, ita quoque hoc aevo omnes Pantomimos Caramallos & Phebatonas: poſtea Helladios & Theodoros eſſe dictos. (videatur Savaro ad Sid. Apollinarem C. XXIII. 267) nam ſit hoc verum in viris: unde hoc de feminis conſtabit! & ſi conſtaret; nihil ad hunc locum faceret, ubi ſemper ambiguitas non ferenda remanebit, ſi femina ſub Caramalli nomine ſit celebrata.

Vellem autem huic capiti ſatis prolixo finem imponere tandem per Pavonis ineptias liceret. Sed & aliae nugae hic nobis occaſione hujus epigrammatis adponuntur. Nam ita pergit. „ *Illud praeterire non poſſum, quia verba hic adducta vides. Quid* ὄμματά σοι καὶ ταρσὰ ποδήνεμα? ταρσὰ ποδήνεμα *novi: ſed* ὄμματα ποδήνεμα *noſtine? vix puto. mihi certe ignota ſunt. dicam uno verbo, ne haereas: amanuenſes belli iſta ſibi finxerunt belle: ipſe Leontius ſcripſit,* βήματα σοὶ καὶ ταρσὰ ποδήνεμα. *id bonum eſt, omnesque intelligunt. cum prima litera verſus omiſſa eſſet, ex* ηματα *factum* ὄμματα *ab oculis carente. hoc tene.*“

Quot verba tot inſcitiae & audaciae documenta hic dedit Pavo. ſingula excutere libet, ut coronidem convenientem tot craſſis Noſtri in Anthologia erroribus inponamus.

Ab ultimis ordior. *Literam primam omiſſam* huic aberrationi anſam dediſſe hariolatur. Diſcat Pa-

vo; in Codd. recentioribus Graecis aliquando, rariſſime in vetuſtioribus, prima elementa omiſſa inveniri: niſi forte in principio capitum, ſectionum, librorum. Sed & illud, dico, non frequenter. nam cum Graeci priores verſuum literas tam in proſa quam in vorſa non majuſculas fingerent, cauſam easdem omittendi nullam fuiſſe adparet. In Latinis Codd. contrarium obtinuit, ut videtur, etiam antiquitus. Ut ſcilicet ornatius illae pingerentur. Sed de hac re & ceteris ad lectionem Manuſcriptorum ſpectantibus, ſaepe agendi dabitur occaſio. videamus jam emendationem falſam certo, utpote falſa ὑποθέσει nixam.

Rogat ergo an novimus ὄμματα ποδήνεμα, *oculos inſtar ventorum currentes & veloces: nam* ποδήνεμος, *qui pedes inſtar venti celeres habet.* ita paſſim ποδήνεμος Ἶρις. Sane deſperamus tale quid inveniri poſſe, quia id ignotum Pavoni. ergo tentemus an explicatione locum adjuvare poſſimus. Numquamne igitur Critico noſtro loca obvia fuerunt, ubi unum adjectivum vel unum verbum duobus ſubſtantivis adjungitur ſimul, cum tamen proprie modo uni ex his conveniat, & alteri ex parte modo per metaphoram, vel aliam figuram adcommodari poſſit. exempli gratia, quando Horat. L. IV. Od. 4. vs. 4. canit:

Dirus per urbes Afer *ut Italas*,
Ceu flamma *per taedas*, *vel* Eurus
Per Siculas equitavit *undas.*

quamvis Euripides Phoen. 221. Ζέφυρον ἱππεύσαντος dixerit, non fatebitur proprio ſenſu τὸ *equitare* modo applicari poſſe *Afro:* ſenſu metaphorico *flammae & Euro?* Non in Terentiano illo *annis pannisque obſitus.* quamvis *obſitus aevo* occurrat etiam per ſe, proprie *obſitus* ad *pannos*, metaphorice ad *annos* referendum agnoſcet? Quando Juſtinus L. V. C. 6. me-

memorat *ſtrages occiſorum & captivorum:* non vim totam vocis ad *occiſos*, partem modo ad *captivos* referet? Atqui liceret hic ita ποδήνεμα proprie ad ταρσὰ referre, inproprie ad ὄμματα: & reſpectu hujus vocis accipere ποδήνεμος tantum pro ταχὺς, ὀξὺς, εὔστροφος. ita ὄμμα θοὸν ap. Oppian. Cyneg. III. 143. Praecipue cum Heſychius ποδάνεμοι ſimpliciter interpretetur ταχεῖς. quem locum tamen eluſerit, ſi Canonem admittat, quod tamen ab iſta omnia aliena inprobandi κακοηθεία ejus non exſpecto, Eruditiſſimi J. Alberti, quo tantundem hic locus valeret, ac ſi ſcriptum fuiſſet ποδάνεμοι, ποσὶ ταχεῖς. videantur Miſcell. Obſerv. Vol. I. T. III. p.421. & Miſcellanea ejus Critica poſt Gloſſarium in N.T. Suidas quoque ποδήνεμος. ἡ ταχεῖα.

Αἰθυίης, ξένε, τόνδε ποδηνέμου ἔννεπε τύμβον.

qui locus deſumtus ex Anthol. L. III c.24. p.268. Sic equidem ſtatuerem. ſed non ſic Pavus. qui niſi *oculos*, doceamus, *pedibus uti: eosque ambulare: coelumque & terram percurrere*, ὄμματα ποδήνεμα non admittet. Si liceret Hieroglyphica vel Baſilidianorum monſtroſas gemmas advocare, forte rem expedire liceret: in quibus oculo currente videor *oculum* obſervaſſe *ambulantem*. Sed non licet. Vadimonium ergo deſeremus? non puto. Sed ecquod erit praemium, ſi *oculum* ego *currentem* & *celeripedem* tibi ſiſtam, Pavo? non ſiſtam enim, me hercule, niſi promittas, ſi hoc fiat, te ipſum oculis carere, non librarios. conditionibus adſtipularis? Adſtipulor, & ſi hoc fiat, talpa, Thamyra, & ipſo fraterculo meo Polyphemo, Ulixis titionem jam paſſo, coeciorem coram omnibus & ſingulis me confitebor. Agedum, utere igitur oculis, qualeſcunque adhuc habes,

 ut

ut hos Aeſchyli verſus legas. exſtant in Trag. ſeptem contra Thebas vs. 629.

Γέροντα τὸν νοῦν, σάρκα δ᾽ ἡβῶσαν φέρει,
ΠΟΔΩΚΕΣ ὌΜΜΑ, χεῖρα δ᾽ οὐ βραδύνεται
Παρ᾽ ἀσπίδος γυμνωθὲν ἁρπάσαι δόρυ.

Sch. recte εὔστροφον. vides ὄμμα ποσὶν inſtructum? ſed aliquam Sycophantiam comminiſcetur forte Sycophantarum primipilus, per quam oſtendat immenſum quantum ποδώκες & ποδήνεμον ὄμμα diſtare. Atqui, ut coepi dicere, utraque vox nihil aliud notat quam ὠκύς, ταχύς. nam eadem ratione idem Aeſchylus Choeph vs. 574.

Θήσω, ποδώκει περιβαλὼν νεκρὸν χαλκεύματι.

Sch. recte. Ταχεῖ ξίφει. ὡς ἐπὶ ἐμψύχου.

in his locis igitur *properipes ferrum*, *oculus*, notat *celeriter motum oculum & ferrum.* Non expalleſcis, Pave, utut ἀδεισιδαίμων, cum *oculos & gladios pedibus ambulantes videas.* Quid ſi *pedes* etiam & *manus videant?* certe eidem Aeſchylo primo loco laudatae Tragoediae vs. 560. Χεὶρ ὁρᾷ τὸ δράσιμον. Quare te iterum moneo, Pave, ut diligenter Poëtas & alios ſcriptores legas. & poſt lectionem ſedulo locutiones in pyxidas tuas condas, unde expromere poſſis, ubi opus. Et ſic denique prudenter & ſobrie judicia de dicendi formulis proferas, nec ex tuo ſcire, quod nihil eſt, metiaris patentes illos linguae Graecae campos: quos doctiſſimi viri ſe nunquam ex decima parte permenſos profitentur; qui ita modeſti animi indicia praebent, quae hic & ubique in te deſiderantur.

Ita forte poſſem aliquot lectores dimittere: qui ſibi ab praeſtigiatore hoc oculos effaſcinari patiantur.

Sed

Sed latent, latent alia hic etiam inſcitiae & quidem ſummae ἐξανθήματα. nam quae adhuc adduximus; minime opus fuiſſ t, ſi ſtatim refellere Pavonem ex ipſo loco voluiſſemus. nam nihil minus, quam ut τὰ ὄμματα hic vocentur ποδήνεμα illud epitheton ad vocem ταρσὰ ſolam pertinet, nec debet trahi ad ὄμματα. Tortuoſo iſti cerebello, & nulli alii potuit umquam placere haec ita confundere. Ὄμματα hic nullo epitheto donata a Leontio. Quis enim ἀμύσῳ huic Literatori tantum jus in poëtas dedit, ut per hunc ipſis non liceret unum ſubſtantivum ornare epitheto, alterum nullo? Qui tantus ſtupor mentem illam amentem Pavonis inceſſit, ut hoc accidere ignoret centies, imo millies! Quod ſi hic ἑρμηνείας Canon obtineat, quot non egregiae interpretationes & explicationes in auctoribus naſcentur brevi. ex gr. Ovidius L. II. Metam. 217. vel emendandus vel in Geographia plane puer fuerit. quid enim!

Ardet Athos, Taurusque Cilix, *& Tmolus & Oete.*

noſtine montem Atho in Cilicia? vix puto: mihi certe ignotus eſt. quare hic locus in eodem valetudinario cubat cum noſtro verſiculo: utinam eundem ſortiatur medicum. At Latini hac in parte nihil ſapuerunt. quid in Anthol. L. VI. p. 436.

Ἁ φόρμιγξ, τά τε τόξα, καὶ ἀγκύλα δίκτυα Φοίβῳ.

quis non videt poëtam dedita opera epitheton his tribus ſubſtantivis addidiſſe; quod omnibus conveniat! nam *curvam lyram*, *curvum arcum*, *curva retia* novimus. o ſecretum admirabile. ibidem p. 474.

Ἔστι κρίνον, ῥοδέη τε κάλυξ.

intellige *roſei coloris lilia.* apud Nicand. Alexiph. 551.

Ναὶ μὴν ῥητίνη τε καὶ ἱερὰ ἔργα μελίσσης.

mihi haeret aqua, cur *reſina ſacra* vocetur: ſed Pavoni non haerebit.

At vero ne lectori *nugari* videar, *ſi haſce nugas vel ſerio* vel etiam joco porro *refutem.* [Conf. Anacr. Praef. *****] Puerafter noſter ignoravit conſtructionem, quam vocant, verborum, nec vidit ita verba ordinari debere, ὄμματα, καὶ ποδήνεμα ταρσὰ, καὶ φίλα δάκτυλα χειρῶν (ἐστὶ) σοι κρείσσονα τῶν τε Μουσῶν καὶ τῶν Χαρίτων. & tum re vera nihil rotundius & tornatius ſcribi poteſt.

Deinde quam ineptum illud quod ſubſtituit βήματα! quae differentia enim eſt inter βήματα ποδήνεμα & ταρσὰ ποδήνεμα? Scio Synonyma conjungi a Poëtis & Proſaicis quoque. Sed illa ferimus, imo quando intendunt ſenſum, laudamus, quando ab ipſis auctoribus profecta: at talia ſine ulla neceſſitate, ſine ulla ἐνεργείᾳ auctoribus invectari a Grammaticis, quis unquam probet!

Ὄμματα autem ſummo jure non ſolum in omni puella, ceu pulcritudinis non minima pars, hic fuerint laudata: verum & in ſaltante, quia oculi manuum & pedum motum geſtumque omnem comitari & exprimere debent nam alioquin illud in ſaltatorem talem conveniret.

Δάφνην καὶ Νιόβην ὠρχήσατο Μέμφις ὁ σιμός.
Ὡς ξύλινος Δάφνην· ὡς λίθινος Νιόβην.

Forte tamen aliquis, qui hic verum Caramallum intelligi adhuc contenderit, aliquam re vera majoris ſpeciei difficultatem moverit, quod hic *oculi* laudantur in *Mimo:*

Mimo: cum *oculorum vibrationes & motus* poſſint videri propter *perſonas* ſive *larvas*, quibus Mimi Mimaeque faciem velabant, minus patuiſſe ſpectatori. Sed ſciendum *perſonas* mimorum longe fuiſſe minores & habiliores, quam quas ceteri hiſtriones induebant. id aperte teſtatur Lucian. περὶ Ὀρχήσεως. p 796. 797. aliis tribuens perſonis, ϛόμα πάμμεγα, κεχηνὸς, ὡς καταπιομένου τοὺς θεατάς: at mimis οὐ κεχηνὸς, ἀλλὰ συμμεμυκός. quales fuerint patet ex figura Inſcriptioni Gruterianae p. MXXIV additae. ubi etiam una figura ſine larva exhibetur. nec credibile eſt oculis loquacibus non uſos fuiſſe, qui

Nutu, crure, genu, manu, rotatu,
Clauſis faucibus, at loquente geſtu,

omnia exprimebant. Inde & νεύματα ipſis tribuuntur: quae inter amantes, quales ſaltabant, frequentiſſima. Anthol. VII. 464.

Καί με μένειν ἱκέτευεν. ἐγὼ δέ τις ὡς βραδυπειθὴς,
Ὄμματι θρυπτομένῳ συγκατένευσα μόνον.

Imo oculis hic etiam ſuas partes fuiſſe patet ex illo Pyladae Pantomimi dicto, quo is ſedens inter ceteros ſpectatores increpabat Hylam, dum Oedipum coecum ſaltabat: σὺ βλέπεις. ut legere eſt apud Macrob. Lib. II. Sat 7. imo legimus in epigrammate, quod Claudiano adſcribitur, εἰς Μιμάδα γηράσασαν καὶ καλλωπιζομένην. [Epigr. XVI.]

Ἠλεμάτοις ἀκτῖσι χαράσσεται ὄμματος αὐγή.

ubi Gujetus κορύσσεται. *armatur* volebat Cod. Vatic. ἄυρη. Sed cum hic non de Pantomimo agatur, ſed ſermo de muliere ſaltatrice ſit, minus vel nihil haec

difficultas nos tangit. Et an Leontius in Porphyrio, auriga Venetae factionis, *oculos* laudaverit, de eo enim L. IV. Anthol. 403.

> Νῦν δὲ νέος τις μῦθος ἀείσεται, ὡς τάχα Νίκη
> Ὄμματα καὶ δίφρους φίλατο Πορφυρίου.

& in Rhodoclea, ſi vis, hujus generis ſaltatricum principe, veloces illos animi nuntios omitteret? abſit, abſit. hoc tene.

Jam, Lector, tecum reputes, quid exſpectandum ab homine hoc, qui non hic vel illic, ſed in omnibus epigrammatibus, quae tetigit, tam in emendatione quam explicatione adeo craſſos errores commiſerit: tot inſcitiae, tot temeritatis documenta dederit. Ride igitur vanam Pavonis jactantiam, qui tam ſtupido ingenio natus; tam nulla eruditione praeditus; tam curta adminiculorum & frivola ſupellectile inſtructus, Anthologiam, opus difficillimum, edere pollicetur. ride: imo cachinnos para, quibus hominem, ſi abortus forte in lucem umquam protrudatur, digne exſibilare poſſis.

CAPUT VIII.

Epiſtola Vibio praemiſſa: Emendationes in Menandrum & Philemonem: & Diatribe de Alea leviter perſtringuntur.

Sectio I.

Adhuc litora legimus: nunc in altum vela danda ſunt. Tu nobiſcum, aeque Lector, late patentem licet & tot monſtris ſcatentem Oceanum conſtanti tamen, & ſecuro animo decurre

curre. juverit tam variae ſpeciei cognoviſſe belluas: & profuerit forte non minus, ne ignaris & incautis non ſine damno ingruere contingat. Nauſeae autem, ſpero, ita medebimur, ſi rectum ſemper, quantum fluctus & turbines, ab Aeolo iſto excitati, ſinant, curſum teneamus. Portum vero tum demum voti compotes attigiſſe nobis videbimur, ubi bonos auctores veteres a belluinis ejus inſultibus vindicaverimus porro: & tot res latrocinio doctiſſimis inter recentiores viris ablatas & adhuc occultatas, dominis reſtituerimus ſuis. ut ſic Archipirata hic literarius, juſto perculſus terrore, ſeſe in poſterum in antris ſuis & ſpelaeis continere & occulere ſatius habeat: vel ſaltem modo Liburnicis & ſcaphis brevibus, non ipſis navibus longis & altis triremibus gravis evadere audeat. Cynoſura autem nobis erit ipſe ordo temporis, quo turbulentum hunc foetentium aquarum gurgitem diffundi contigit.

Quam malis auſpiciis ipſa rudimenta aggreſſus fuerit Pavo, vidimus in prima notula Vibio praemiſſa, quam riſui expoſuimus p. 71. hujus Vanni.

Mox, cum Ph. Jac. Mauſſacus ad Plutarchum de fluminibus p. 252. [p. 15. Edit. Hudſon.] attuliſſet locum Vibii de Pactolo, Pavo invertit notam, & Vibium ex Plutarcho illuſtrat: quem una cum Mauſſaco his verbis caſtigat. „ *Adpoſite Vibius de Pactolo pag. 69.* Pactolus Lydiae, qui decurrens aurum trahit. *nihil notius. interim non aurum modo trahit, ſed & lapidem auro commixtum, cui, ſi dis placet, arcae nummariae tuto committi poterat cura. Teſtis Plutarchus in Pactolo.* Γεννᾶται δ᾽ ἐν αὐτῷ καὶ λίθος Ἀργυροφύλαξ καλούμενος. ἔστιν γὰρ ἀργύρῳ ὅμοιος . . . καὶ περὶ τὰς εἰσόδους τῶν θησαυρῶν τιθέασιν, καὶ διαφυλάττουσιν ἀκινδύνως τὸν διατιθέμενον χρυσόν. *ita legendus ille locus. pro* ἀργυροφύλαξ *in libris noſtris nunc* ἀρχεφύλαξ. *quo nihil ineptius.*"

Ait

Ait *ita legendus ille locus.* quaſi totam periodum emendaret hic illic. ſed modo tangit unicam illam vocem. Mihi autem vero ſimilis non minus videtur Th. Reineſii conjectura in Var. Lectt. III. 14. p. 557. qui αὐροφύλαξ emendat, & docet antiquis Graecis αὐρὸς *aurum* notaſſe. praecipue quia ait Plutarchus, διαφυλάττουσι τὸν χρυσόν: & quia Pactolus *aurum* vehebat. Sed quum Plutarchus mox ſubjungat. ὁσάκις ἄνω φῶρες ἐπέλθωσιν, σάλπιγγος ἦχον ἀποδίδωσιν ὁ λίθος. οἱ δὲ ὡς ὑπὸ δορυφόρων διωκόμενοι, κατὰ κρημνῶν φέρονται. καὶ καλεῖται ὁ τόπος τῶν βιαιοθανατησάντων Πακτωλοῦ φρουρά. forte videbitur poſſe commode legi ἀρουροφύλαξ, forma τοῦ ἀρουροπόνος. vel retineri ἀρουρηφύλαξ forma ὑδρηφόρος. ut lapis hic vocetur *cuſtos agri*, *campi circa Pactolum.* Verba tamen ſuperiora magis innuunt *auri cuſtodem* fuiſſe vocatum.

Pergit ita: „ *Lego p.* 33. . . . *nam vel hic vel ille articulus haud dubie eſt inſititius. . . . ſimile exemplum in* Indice Lacuum. *Nam cum recte Vibius ſcripſerat ſuo loco:* Benacus Galliae, unde Mincius fluit. *forte fortuna in quibusdam libris contra literarum quidem tenorem, ſed prono amanuenſium lapſu,* Venacus *irrepſit pro* Benacus, *quod ſimulac naſuti alicujus Grammatici oculos in ſe convertit, bonus ille de* Benaco *non cogitans & genuina γραφῇ, mox lacus alterius exiſtimavit nomen, adeoque Codices alios ſuo loco his ſplendidis locupletavit oppido!* Venacus Galliae, unde Mincius fluit. *in quod poſtea, ut error errorem trahit, in* Venatius *ab iisdem Lucumonibus mutatum.*"

Codex meus utroque loco agnoſcit hanc paragraphum; & ultimo loco *Venacus* recte. Qui legit ea, quae doctiſſimus Pierius contulit ad Virgilii L. X. Aen. vs. 205. de Orthographia hujus vocis & ſimilium, videbit, non eſſe fortuitum errorem, ſed conſtantem etiam Grammaticorum virorum ſcribendi morem. qui quam antiquus ſit, ego non definierim, ſed

ſed jam Hadriani tempore obtinuiſſe patet ex numo, in quo DANUVIUS pro DANUBIUS, quem refert Triſtanus Tom. I. p. 396. & Spanhemius Tom. I. de Praeſt. Numiſm. p. 120. videatur quoque H. Stephani Praefat. ad Lexic. Latino-Graecum. Demonſtret jam noſter Lúcumo, Vibium ante ea tempora vixiſſe, & cum hunc libellum in literas digereret, in uſum filii ſui, non potuiſſe gemino loco referre eundem fluvium vel lacum, ne, ſi forte in ſcripturam diverſam incideret adoleſcens, dubius haereret. quoties non videmus Heſychium, Suidam, aliosque eadem vocabula diverſis literis recenſere, quia ita κείμενα in auctoribus inveniebant! quae delere, non niſi temerariis hominibus placebit.

Mox de ſinu Saronitico Pavus ſequitur Ortelium in voce *Canthi.*

Deinde Vibii verba p. 41. *Hydaſpes Indiae per Parthos & Medos defluit, Indo miſcetur & Caucaſum alluit.* [pro quo in Codd. *Hydaſpes Indiae urbis Mediae, defluit Indo ex Caucaſo.* & alii aliter.] ſic conſtituit, *Hydaſpes urbis Mediae, defluit Indo ex Caucaſo.* & adjicit. „ *caſus tertii uſum & δύναμιν noſti praecipue apud Graecos. quid quaeris! haec genuina lectio eſt, quam miſere interpolaverunt* homines doliares.“ An non ipſe hic ſit homo doliaris, dubito. nam nulli alii in mentem venire poterat, conſtructionis genus poëticum &, ut ipſe ait, Graecis uſitatius quam Latinis, quale *it clamor coelo*, velle obtrudere Vibio in tam ſimplicis ſtyli Libello.

Illa de fonte Ammone p. 20. mera ſunt ſomnia. nuſquam ille fluxit, niſi in madido iſto cerebello. Sequitur p. 110.

Cyane Syracuſis per quem Anopos tranſit.
Per Styga Paludem.
Cocytus inferorum.

hoc

hoc ordine in Codice meo. crediderim fere Vibium duas periodos copulaſſe, quia literae vicinae favebant: & deeſſe comparativam particulam UT. *tranſit*, *ut per Styga*. Scilicet Anapus miſcetur Cyanae, ut Cocytus Stygi. Ovid. 2. Pont. X. 26.

Quaque ſuis Cyanen miſcet Anapus aquis.

Nam Cocytus eſt τῆς Στυγὸς ἀποῤῥὼξ. nihil notius ex Homero. vide Cerdam ad Virgilium L. VI. Aen. 297. Si id non placet Cl. Heſſelii amplecterer διόρθωσιν, qua periodum *per Styga paludem* refert unice ad *Cocytus Inferorum*. nam Pavoni *per* in *prope* mutanti erat oſtendendum, ita tradidiſſe veteres expreſſis verbis: alioquin omnia, quae in Plutonis regno ſunt, fingere poſſumus ſibi vicina, quia in ſuperis dum ſumus topographiam inferorum noſcere non licet accuratius, niſi ex poëtis, qui nihil neſciunt. at, ut dixi, *Cocytus* non modo *prope Styga* fluit, ſed cum ea miſcetur, vel ex ea oritur. deinde commentitia eſt illa vocis *prope* nota *pre* in Manuſcriptis. nunquam enim ullus librarius ita hanc vocem exaravit. quae *ppe* a tachygrapho ſcriberetur ducta lineola per imam partem primae literae *p*. In loco Vibii autem viri docti corrigunt, *per* quam *Anapus.* non obloquor. Sed videndum an non commode ad *lacus* ſubintellectum poſſit referri pronomen. Sic mox, *Inatamana lacus*, *ex quo*. Sed ibi tamen adeſt ipſum vocabulum *Lacus*.

Et haec ſunt quae Pavus inflato ſtylo in iſta epiſtola venditavit publico: quae quam inania ſint & levia, patet unicuique *nunc*.

SECTIO

Sectio II.

INſpiciamus jam ſecundum Critici noſtri foetum: *Emendationes illas in Menandrum & Philemonem*. quem diu pro ſuo agnoſcere noluit iniquus pater. cum tamen eſſet γνησιώτατον τοῦ πατρὸς παιδίον. neque enim ulla particula in toto corpore, unde non Thraſonica & Cynica genitoris indoles eluceat atque oculos feriat. ut coecos eſſe dedita opera oporteat, qui hodie de Auctore Infamis illius Libelli dubitent, vel dubitare ſe ſimulent; poſtquam ex collatione ſtyli, quo in ſcriptis poſtea proditis utitur, & tot aliis indiciis eum certo agnoſcere licuit. quin ſi vel epiſtolam illam Vibianam homines olim cum hoc ſcripto contuliſſent, vix de vero auctore ambigi potuiſſet. De effrena autem illa convitiandi licentia, quae toto illo libello regnat, Lectori ex capite quinto hujus opellae abunde conſtiterit: nec iterum ingratam hanc cramben adpoſuerim. pauca modo loca iſtius farraginis perſtringere conſtitui: nec litem hanc noſtram facere vel minima ex parte volo. Si quid enim peccavit J. Clericus, ut re vera plurimum hic peccavit, Bentlejo ſatis poenarum dedit. nec vindiciae ipſius Clerici, & multo minus Philargyrii Cantabrigienſis calumnioſae ἀνλκερίσεις efficere potuerunt, quin rerum harum intelligentes viri jure cenſuerint, longe melius famae ſuae fuiſſe conſulturum Clericum, ſi ab edendis Comicorum fragmentis manum abſtinuiſſet, imo ſi poëtas, quibus numquam niſi obiter ullam operam dediſſe ſatis adparet, omnino intactos reliquiſſet. Sed aliter jubebant omnigenae eruditionis cupido famae, & pecunioſa Bibliopolarum imperia. At haec miſſa faciamus: & telam, quae prae manibus, pertexamus.

Pag. 1.

Pag. 1. ſtatim

Flebile principium, foliiſque inſcribitur αἶ αἶ.

legitur enim

Τί πολλὰ τηρεῖν πολλὰ δεῖ δεδοικότα.

ille: „ Τί *flacceſcit & ipſa ſententia.* legendum

Αἶ πολλὰ τηρεῖν - -

p. 31. rurſus idem αἶ intrudit. apud Athenaeum enim legitur IX. 373.

— Ἀλεκτρυὼν ὥς ἐκκεκράγῃ μέγα
Οὐ σβήσετ' ἔξω, φησὶ, τὰς ὄρνιθας ἀφ' ἡμῶν

Pavus. „ *Metrum apud Athenaeum vacillat, nec a praeſtantiſſimo* Caſaubono *reſtitutum miror, quod hic facere non erat mehercule! adeo difficile; nam en, en ſic confuſa digero*

— Ἀλεκτρυὼν τις ἐκκεκράγῃ μέγ', οὐ
Σοβήσετ' ἔξω, φησὶ, τὰς ὄρνιθας ἂν
Ἡμῶν ἄπο.

Mirare, Lector, facilem digeſtionem verſus, ubi οὐ vides in fine verſus: voculam ἂν infartam: & praepoſitionem ἄπο caſui poſtpoſitam. „ quamvis *pro* ἂν, ſecundum Pavonem, *legeretur* & *forſan elegantius* αἶ, ἐπίῤῥημα, *ut noſti*, δυσφορικὸν; *quod hic ſingularem habet* emphaſin, *ſi verum eſt, quod ſuſpicor* &c. “ adite ad Pavonem, Poëtaſtri, ſi quando fulcris verſuum opus habetis: ille vobis elegantiſſimas voculas αἶ, γὲ, ἂν

&

& ſimilia ſuppeditabit. rurſus p. 63. non minus belle ex βούλομαι facit βούλομ' αἶ.

Τί τοῦτο σιωπᾶν βούλομ', αἶ τὴν νύκτα, τήν.

ubi rurſus nota illud τὴν in fine verſus, & inſpice locum. ibi mira enim facinora deſignat, hic tamen non recenſenda. rurſus eodem vocabulo Αἴακλος Criticus donare tentat Q. Calabrum L. XII. 56.

Αἶ μὲν ὕπερθε μέγα κλυπέουσι δὲ αἴθερης
Βρονταί.

Sed ſinamus illum quantum velit αἰάζειν.

P. 16. ait. „ *mihi perplacet quod Juſtinus poſuit.* (docente Bentlejo)

Ὁ νοῦς γάρ ἐστιν λαλήσων Θεός.

mihi quoque illud perplacebit, ſimulac oſtenderit, primam ſyllabam in λαλήσων produci. Sed forte ὁ omiſſum cauſabitur errore typothetae. veniam igitur hujus vitii proſodiaci largimur facile: nam mox centum aliorum poenas dabit.

P. 17. Ex πᾶσι νῦν facit παῖ οἶνον. *puer da vinum.* & vocem ἄκρατον infercit. Sed de illa audacia nihil dicam in poſterum. nam video Bentlejum eadem licentia uti: tamen longe parcius & ſemper favente ſaltem Mente Bona. Pavo e contrario ſemper in ſenſum communem fere offendit inſulſiſſime. verum ut ad illud παῖ οἶνον revertar. id ipſi *adeo feſtivum videtur, ut nihil ſupra.* Quis proinde non hoc vinum adpetat, cui hederam talem adpendit popinarius? at mihi vapidum & vix Graecum videtur. nam non ſolent Comici iſtos hiatus facile committere. ut egregie docuit Phileleutherus Lipſienſis ſive Bentlejus p. 33. LXXVII. p. 80. CLXXV. p. 125. CCXCII. p. 126. CCXCV. & ex eo Scri-

tores Actorum Lipſienſium A. MDCCXI. p. 31. Qui & p. 299. Noſtrum eo nomine taxaverunt, quod ubique hiatus admittat, & vocales longas ante vocalem corripiat. Nam in his longe parciores ſunt poëtae Graeci, quam vulgo creditur: & praecipue Comici, qui vulgarem & pedeſtrem ſermonem omni conſectabantur modo. deinde intrudendo vocem ἄκρατον ſecundo loco Anapaeſtus in Iambico eſt. qui pes ſane ea ſede ſaepe occurrit, ſed malim talia a Criticis non proficiſci.

Παῖ οἶ|νον ἄκρα|τον πῖ|θι μαί|νῃ γὰρ | κακῶς.

niſi turpius errarit & tribrachyn crediderit. *μαίνῃ* illud furtificum eſt, & Bentlejo debetur.

P. 20. ait. „*Nam apud Photium πεντεκλεναὶ, ſi fides auctori anonymo habenda ſit.*“ Tune, cujus malam fidem jam toties deteximus, tune Bentleji fidem ſollicitabis? Quamvis autem Bentlejus per ſe ſit teſtis locupletiſſimus, ſciat Lector etiam meo teſtimonio ſic legi in Photio, & Anonymi noſtri petulantiam abominetur.

P. 25. Quisquis poëticas aures habes, hos audi canoros Iambos:

Οὐ δεῖ γὰρ ἀδικεῖν οἰκέτας. ἄλλως τε καὶ
Ὅταν μετ' ἐννοίας τινὸς πλαίσωσι, μὴ
Πονηροί. αἰσχρὸν τοῦτο γ' ἄρ' ἐστιν πάνυ.

Quantum melius Bentlejus!

Οὐ δεῖ γὰρ ἀδικεῖν τοὺς ἱκέτας, ἄλλως τε καί
Ὅταν μετ' εὐνοίας τινός, οὐ πονηρίᾳ,
Πταίσωσιν. αἰσχρὸν τοῦτο γοῦν ἐστὶ πάνυ.

nota praeterea fulcrum illud γ' & ἄρ' produci, cum corripiatur. nam ἄρα & ἆρα pueri ſciunt ſcribi di-

verſo ſenſu. Sed poëtae ἆρα ſcribunt adfirmandi quoque notione. Heſiod. Ἐργ. 372.

Πίστεις δ' ἆρα ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας.

ubi ἄρα editur. Gujetus fruſtra ἄρ τοι tentat. Theocrit. VII. 105.

Εἶτ' ἐστ' ἄρ' ὁ Φιλῖνος ὁ μαλθακὸς εἴτε τις ἄλλος.

ubi viginti Codd. ἆρα. quare ego in locis omnibus, ubi occurrit adfirmandi ſignificatu, ἆρα ſcribendum autumo; ſi verſus longam poſtulat ſyllabam. licet paſſim aliter fiat. ſic Kuſterus edidit in Ariſtophanis Plut. 546. Nubibus vs. 130. Acharn. 322. & aliis locis ἆρα, ubi alii ἄρα. Scilicet diſtinctionis cauſa ἄρα ſemper aliis ſcribere placuit. quare Pavonis hoc non eſt peccatum peculiare: ſi peccatum.

P. 31. nobis vocem poëticam ἅλιος: imo inde formatam ἁλιώτερος, quod apud neminem forte exſtat, obtrudit in Menandri fabula. jure hoc vocabulum eandem cenſuram ſubeat, cum πέλεια, ὅσα. ἰοσὶ. δίζειν. de quibus Bentlejus in Menandr. p. 21. XLII. p. 102. CCXXVII. p. 42. XCVIII. p. 80. CLXXV. p. 120. CCLXXXI. quae tetigerunt Acta Lipſienſia loco laudato. porro hunc verſum procudit, ſi Diis placet, Iambicum.

Ἀ'λιώ|τερός ἐ|στι, διπλά|σια γὰρ | ἐσθίει | μάτην.

& addit. „ *Sic verſus fit numeroſior, ſi ἐστι retineas: quod Grotium induxiſſe miror.* „ Grotius habet,

Ἀθλιώ|τερος, | διπλάσι|α γὰρ ἐ|σθίει | μάτην.

Jam tu, Lector, aures adhibe, cujus verſus ſit numeroſior. Sane, Pavo, Midae habeat neceſſe eſt,

 qui

qui tuum praeferat: in quo duo Anapaeſti, duo Tribracheis & Creticus ſive per συνίζησιν Spondeus: cum in Grotiano ſint duo Anapaeſti & unus Tribrachys. De συνιζήσει mox loquemur. Sed prius non poſſum, quin mirer hominis peſſimam fidem in Lectores ſuos. Se mirari ait, Grotium induxiſſe τὸ ἔστιν. Grotius ſaltem id monuit a ſe factum. at ego non ſatis mirari poſſum, cum in Joanne Stobenſi exſtet in Editione Veneta MDXXXV.

> Ἀργὸς δ᾽ ὑγιαίνων, τοῦ πυρέττοντος πολὺ
> Ἔστ᾽ ἀθλιώτερος, διπλᾶ οἷα γοῦν ἐσθίει μάτην

& in aliis:

> Ἔστ᾽ ἀθλιώτερος διπλάσια γοῦν ἐσθίει μάτην.

Pavum auſum fuiſſe ἔστ᾽ in ἔστι mutare; & loco ſuo movere inſcio lectore, & ſic vim verſui inferre intolerabilem? quid enim? *Ceterum ut*, ait, *verſui Iambico pleniſſime ſatisfiat*, *neceſſe eſt*, *moneo*, *ut vel in voce* διπλάσια *vel altera* ἐσθίει, *duas ſyllabas per Synizeſin in unam contrahas*. rurſus commentum cerebello Pavonino condigniſſimum. nam quis unquam tales Synizeſes in Ariſtophane vel Menandro vel per ſomnium vidit? At vidit Pavo vigilans. nam p. 10. exprobravit jam Bentlejo, quod συνίζησιν non tulerat in

> Καὶ πτιλάρων ὠῶν μετὰ τοῦτο, φιλτάτη,
> Τὸν νεοττόν.

& legi juſſerat jure optimo ex prima Suidae Editione τὸ νεοττόν. At ut contractionem locum habere oſtenderet Pavus, allegarat vulgatiſſimum Θεός. in qua voce ſane συνίζησις locum habet apud Tragicos etiam. Sed id in omnibus velle fingere temerarium. in Hexametris

xametris ſimilia, ut ſaepius jam tetigi, facilius feruntur, quam in Iambis Comicis, ex quibus exemplum adductum oportebat. nec deerant tamen aptiora exempla ex ipſo Ariſtophane. apud quem ἴα, θέας & alia contracte occurrunt. ipſe p. 63. talem nobis prodit Iambum.

Πολλῶν | κακῶν | ἀρχη|γόν! οἴ|μοι, Κρεω|βύλῳ.

ubi ait. „Κρέω *in* Κρεωβύλῳ *patitur Synizeſin, ut verſui morem gerat. ut notum eſt.*“ cur non Κρωβύλη? at eſto. Talia uſu veniant in θεός. νεοττός. νέωτα. (Κρεωβύλη). χρυσέω. ἑῶμεν. στεῶμεν. χρεώ. apud poëtas Heroicos, imo apud Comicos. ſed dandum exemplum, Pave, ubi Ἰῶτα ita contrahitur, ut hic in διπλάσια vel in ἴσιθ. dandum e Comicis. ne forte pro tua ἀκρασίᾳ hic advoces quae Hephaeſt. habet pag. 9. nam talia exempla a Socci facilitate plane aliena ſunt. Atat ipſe Menander in incerta Comoedia p. 220.

Ὦ παῖ σιώπα, πόλλ' ἔχει σιωπὴ καλά.

ubi σιωπὴ fit diſſyllabum notante Pavone p. 91. ut pronunciarint σιωπὴ, ut *objice*, *parjete*. hoc notent erudita corcula. at quo auctore tu nobis hoc fragmentum ſanum praeſtabis. cur non, quod Tu & Clericus monere debueratis, cum margine Edit. Tigur. Stobaei C XXXIII. legerim, ſed laudatur ex Apoſtolio)

Ὦ παῖ σιώπα, πόλλ' ἔχει σιγὴ καλά.

& ſic procul dubio legendum. mutatum ab ineptis idem ſonantium ſyllabarum aucupibus, qui ſemper echo illam prioris vocis in poſteriori periodo exaudire amant. Quo futili praetextu non ſemel auctores

tuos corrupiſti, ut videbimus in ſequentibus. vidimus autem p. 189. Vanni, ſaepe Synonyma commutari. quidquid ſit, talia non temere mutanda, ubi conſentiunt libri: verum, ut ſaepe monuimus, obtrudere auctoribus eſt κακόζηλον.

P. 37. Ὁ πανταμέλλων σιτόκουρος, ἄθλιος,
Ἄχρηστος εἰς γῆν, παρατρέφεσθ' ὁμολογῶν.

Pavo. „*Non male Grotius ὁ θαυμάσιος. nos tamen* (οἱ ὑπερθαυμαστότατοι) *fortaſſe melius.*"

Si haec ſcribenti ad cubitum adſtitiſſem, inpudenti Thraſonidae grandem inpegiſſem alapam.

P. 39. legit,

Τοὺς τῆς γαμετῆς ὅρους ὑπερβαίνεις, γύναι,
Διὰ τὴν ἄλην.

In Codd. αὐλὰν λίαν. Salm. δι' αὐθαδίαν. Grot. δι' αὐθαδείαν. Sed Bentlejus oſtendit ſecundam in αὐθαδείαν produci. legit ergo facillima emendatione

Αὐθαδία, πέρας γὰρ αὔλειος θύρα.

His non contentus noſter ſuo more abſurda comminiſcitur. & primo ἄλην conjicit. quae vox rurſus peccat, ut vox ἀλιώτερος. non eſt enim Socco propria: quamvis optima & reſtituenda Nicandro in Alexiph. vs. 124. ex Codice.

Αὐτοὶ ἀσχαλόωσι, ἄλην δέ σφιν ἤθεα φωτὸς
Ἄψυχος πεδάᾳ. vulgo ἄλλην.

eadem

eadem voce idem utitur vs. 84.

Πολλάκι δ᾽ ἐν φαέεσσιν ἄλλω ἐτερεϊδέα λέυσσων.

At ultra progreditur & conjicit ἀλίαν. vox ſoli Suidae, quantum ipſi notum, memorata. & incertae ſignificationis; nam ἀλία redditur ἡ πορεία; jam ἡ πορεία multas habet σημασίας. in utraque emendatione igitur ἀκυρία ejus ſolita deprehenditur.

P. 43. Modeſtia Pavonina ſic loquitur. *ſic ſentio, recte an male, elegantiores ſtatuant. quibus & me & omnia mea permitto lubens.* vellem cognoſcere illos Pavoninos Elegantiores, qua ſpecie eſſent. non certe Scaligeris, Salmaſiis, Valeſiis, Menagiis, Grotiis, Heinſiis, Camerariis, hominibus abnormibus, erunt ulla parte ſimiles: nedum ulli Eruditorum, qui hodie Elegantiorum numero celebrantur, ſed vulgo judice, non Pavone.

P. 44. ait, *minima mutatione* lego

Τῷ Βορέα θηλυμήσας, ἰδοῦ.

At apud Athenaeum eſt θηλυμήσας τῷ Βορέα ἥδιον· ſane minima haec eſt mutatio, ſi ad audaciora Pavonis facinora reſpicias: ſi ad ſanae criſeos regulam, longe maxima. tu tibi conſulens, Lector, elegantiſſimam hujus loci διόρθωσιν Bentlejanam ſequere. & hic idem barbicola eſt, qui mox

P. 47. Φορτικῶς ait. „ *Sed ne quid calidius: Audaces fortuna juvat, non Dea Critica, cujus Sacra nunc obimus. Quare hic ſane ampliandum cenſeo: non omnia poſſumus omnes.*

P. 52. Dum propudioſis iſtis θημελέω & θεμελέω intenti fuimus (pag. 63. Vanni) neglegimus aliud vitium in Graeca Rudimenta commiſſum: ibi enim ab eodem θεμελέω deducit θεμελέτωσαν. quod inde deſcendere nequit. non magis quam a θεοποιέω, θει-

περιποιέτωσαν. περιποιείτωσαν dicitur. & ſic dicendum eſſet περιμελείτωσαν; ſi vox quidem ipſa in uſu eſſet. a μέλω venire μελέτωσαν diſcat Mulio.

P. 53. Inſpice Mammacytho noſtro dignas, ſi tanti, inanias, dum legit ἢ γῦρος, & ride.

P. 57. Re vera παιπάλῃ vannat, dum fragmentum duarum vocularum, adeoque incertum, ὁ μάτλῳ, mutat in ὁ μὰ τλῶ. eadem chorda p. 65. rurſus oberrat, & rurſus p. 117.

P. 58. Cum conjicit Παιδίῳ ἢ 'Εφεσίῳ ſolitos manes patitur. Nam qui legit notata a Suida, Photio & aliis Grammaticis de γράμμασιν 'Εφεσίοις, de veritate proditae lectionis dubitare nequit. nam quid! an neſcivit Suidas, utrum locus in fabula Παιδίῳ an in 'Εφεσίῳ exſtabat. an contendet Pavo eandem comoediam hoc gemino titulo, ut in aliis factum, editam fuiſſe! id probet, & eum ſequemur.

P. 60. εἰς ἴσον δὴ ὄγκον σφόδρ' ἔρχετ' εὐτελεῖ.

vellem Metricus noſter hunc verſiculum dimetiretur. Sed forte τὸν poſt εἰς & τῷ ante σφόδρ' omiſſum operis ſuis inputarit. Porro Clericus loco Sophoclis ex Antigone vs. 1248. hunc locum contra Bentlejum bene defendit p. 42. praefat. qui οἶκον volebat.

P. 62. ἐπ' ἀμφότερα explicat ἐπ' ἀμφότερα ὄμματα."

nam, ait, *voce* ὄματα *non indigemus. quae hic ſubaudienda eſt. iſta quidem ellipſis non inelegans, nec infrequens.* Sic Callimachus (Epigr. 32) βλέπειν ἀμφοτέροις *dixit. pro* βλέπειν ὄμμασι ἀμφοτέροις. *alia nunc ſponte praetereo.*" At ajo te illudere credulitati Lectoris, Pavo, cum frequentem adſeveras τοῦ ὄματα ellipſin. nequiviſti dare unum exemplum. & ſi id dediſſes, tamen non ſic frequens evaſerit haec ellipſis.

locutio

locutio plene effertur apud Poll. II. IV. 84. ἐπ' ἀμφότερα ὦτα καθεύδειν. apud Liban. tamen Epiſtola MCCLXXIX. elliptice. & MCCCXLIII. ἐπ' ἄμφω καθεύδειν. ſimilia loca a te proficiſci debuiſſent.

P. 63. Contemplare hos Iambos miſere interciſos.

Παιδισκάριον θεραπευτικὸν, τάχιον λόγου
Ἀπήγαγ', ἴσω ᾖ, τίς ἄρ', τὴν ἀντεισάγει.

apud Gellium praeterea verborum ordo λόγου τάχιον Sed illud tralatitium in hiſce ſcriptis.

P. 64. Apud Stobaeum ita legitur C. LXXIV.

Οἷον τὸ γενέσθαι πατέρα παίδων τὴν λύπη
Φόβος, φροντὶς, πέρας οὐδέν ἐστι.

Grotius

Οἷον τὸ γενέσθαι πατέρα παίδων, τὴν φόβος,
Λύπη καὶ φροντὶς, οὐδέν δ' ἐστιν πέρας.

Merito hic Bentlejus ſecundo verſiculo ſpondeum ſede ſecunda non tulit. ipſe proinde tentat,

Οἷον τὸ γενέσθαι πατέρα παίδων τὴν κακὸν;
Λύπη, φόβος, φροντὶς, πέρας ἐστὶν οὐδέν.

& facile ſane vocula in fine verſus exciderit κακὸν vel ſimilis. Audiamus noſtrum. ,, *Recte Anonymus, nos tamen rectius, opinor, & acutius.*

Οἷον τὸ γίνεσθαι πατέρα παίδων; μὰ τὴν
Λύπη, φόβος, φροντὶς, πέρας ἐστὶν οὐδέν.

nonne miraris bonitatem & acumen ingenii Pavonini, qui pro κακὸν ſubſtituit putidum illud μὰ τὴν. pro γενέσθαι, quod filum verborum deſiderat, γίνεσθαι obtrudit nobis! pag. 58. magis ſobrie nugatus eſt circa vocem μὰ τὴν. nam ibi ſaltem vox μάτην ex-

ſtabat. hic ſomniculoſum totum quantum quantum eſt commentum. circa quod tamen ita philoſophatur. Sed nolo nugas repetere. apud ipſum lege. Breviter *propudioſe* primum μάτlω ſcriptum fingit. dein illud fictitium μάτlω in μὰ τlὼ mutandum docet. vellem autem diſcere ex Pavone, unde illud μά τlὼ adeo in deliciis Menandro fuiſſe ſciat. deinde unde ſciverit eſſe jusjurandum virorum: & tandem ubi illud μὰ τlὼ exſtet. de μὰ τὸν poteſt conſuli Ez. Spanhem. ad Ariſtoph. Ranas. vs. 1422. μὰ τ̀ θεὸν.

Mox p. 71. eodem modo ſibi hippocampos in aëre fingit, docens, quomodo ἀγαθὸν γάμον irrepſit. audi ipſam lallantem aniculam, ſi te iſta Muſica delectat.

P. 72. J. Clericus contra Salmaſii ſententiam, quem *nimis properanter verba Menandri legiſſe* cauſatur, ἀλμίοις, vocem nihili, reduxerat pro ἀλίοις. At prius illud Graecum eſſe negarat jure Bentlejus. en quam inpudenti Sycophantia re vera reum defendere contendat Pavus! „ Ἀλμίοις, ait, *per* μετάθεσιν *poſitum pro* ἀλίμοις" & advocat exempla ἀμιθρῆσαι apud Callimachum (vide fragm. Bentl. CCCXXXIX) Suidae ἀβελκέστερον. καρδία. κάρτος. Sed quid haec ad ἀλμίοις! nam rurſus ſine judicio obtrudit Comico, qualia nunquam ſibi arrogaverunt, niſi forte ut Tragicos & alios illuderent. dein in primis probandum reſtabat vocem ipſam ἄλιμος apud Atticos vel alios bonae notae auctores legi. Et ſic errata Clericana ille colorare ſtudet paſſim. ſed cum infinita nulla veri ſpecie defendi potuerint, ingenue potius culpa & temeritas in tractanda materia, quae aliena erat a ſtudiis Philoſophi, agnoſcenda fuiſſet.

P. 71. Ἄφες τὸν ἄνθρωπον. τί κόπῆεις ὦ μέλεε.

Inperite ſane Clericus pro ὦ μέλε ſic edidit. quod tamen

tamen Sycophanta noſter contra Bentleji liquidiſſimas rationes defendere ſuſcipit. vide p. 231. de Synizeſi: quam ſtultum eſt hic advocare, cum centies ὦ μέλε occurrat.

P. 76. Πῦρ. ταῦτα ἔτη κἂν ἑκατὸν βιώσεται
Ὄψει παρόντα. κἂν ἐνιαυτὰς σφόδρ' ὀλίγους,
Σεμνότερα τούτων ἔπεα οὐκ ὄψει ποτέ.

Clericus acceperat ὄψει in tertia perſona, cum tamen non niſi ὄπτομαι dicatur; plane ut amicus ejus poſtea in ἐπημελήματα erravit. ridicule autem Noſter ex verbo ſubſtantivum facit ὄψει *viſui*. παρόντα ὄψει. & ſic in tertio verſu quoque accipit. vide in hoc loco fruſtra Clericum ſudantem p. 23. Praefationis, & Acta Lipſienſia MDCCXI. p. 301. ubi merito Pavunculus quoque cum ſuo βιώσεται exploditur.

P. 77. Ὄχλος, ἀγοραὶ, κλέπται, κυβεῖαι, διατριβαί.

„ *pro* κλέπται *interim, non diffiteor ſcripſerim lubens, ut haec germana ſint*, κλέπτῃ. κλέπτος, *ut noſti*, τὸ κλέμμα." quae verba quid ſibi velint, hariolari ne quidem poſſe me fateor. κλέπτος τὸ κλέμμα. κλεπτὸς, ſive Attico tono κλέπτος, *furax* novi: non *furtum* ſignificans. κλέπται *fures*. an voluit hic potius *furta* quam *fures*: ut omnia ſint *res* non *perſonae*: ὄχλος tamen etiam *promiſcuam turbam* ſignificare poteſt. Sed Poëtae talia non curant. Ariſtoph. Nub. 1068.

Παίδων, γυναικῶν, κοττάβων, ὄψων, πότων, κιχλισμῶν.

& ita haec demum *germana* futura autumat. Sed puto ſic ſatis his vocabulis gratiam firmam fore, etſi non ſunt ſic germana. κλέπτη *furtum* mihi ignorabilis vox.

vox. ubi κεῖται, Pavo noverit. Sed & nobis indicare oportebat, ubi tam inſolita comminiſcitur.

Mox p. 78. pro

Ἐφόδι' ἔχων ἀπῆλθες, ἐχθρὸς οὐδενί.

legit

Ἐφόδι' ἔχων τ'αληθὲς, ἐχθρὸς οὐδενὶ.

Sane *conjectura audacula eſt. ipſum illud* τ'αληθές *hic rancidum & effoetum. peſſimus ſenſus, qui locum ejusque gratias enecat.* (p. 77) quanquam ipſi nihil *ſuavius aut elegantius* videtur.

Eadem pagina alias ineptias pullulat. nam cum in Stobaeo & Clericana Edit. legatur,

Ὁ προσδιατρίβων γὰρ κοπιάσας ἀπώλεσε.

eoque merito Bentlejus nihil inquinatius ſe vidiſſe profiteatur, proindeque non male legat,

Ὁ προσδιατρίβων γὰρ, κοπιάσας ἀπέλασε.

niſi forte cum Lipſienſibus augmenti abſentia objici poſſet in ἀπέλασε. Pavus, *quo nihil venuſtius excogitari poteſt*, legit,

Ὁ προσδιατρίβων γε κοπιάσας ἀπώλεσε.

nec ſuis deliciis γὲ contentus & verbo κοπάζω, quod an Comicis uſurpatum ſit dubito, mox ad putidiora commenta delabitur. quippe κοπιάσας retineri poſſe putat „ *nam participia maſculina in* ΑΣ, *quod nunc forte fortuna memoria ipſi ſuggerit, ultimam aliquando corripiunt. &* σας ἀπω *erit anapaeſtus.*“ At utinam locum unum alterumve ex Ariſtophane, vel alio Comico: imo ex aliis probae notae poëtis protuliſſet,

ſet, ne memoriam illam futilem & mendacem bono illuſiſſe jure crederemus. Sed eſto. quid unum alterumve exemplum, forte dubium, ad Menandri facilitatem! mihi ſemper illa participia in ea ſyllaba erunt productiſſima. & ſic pronunciatio ferebat. unde & Dores νικάσαις pro νικάσας dicebant. ut apud Pindarum & alios. Inter fragm. Athenaei. in Caſauboni Animadverſionibus L. XI. C. IV. occurrit Xenophanis hoc diſtichon.

Οὐδέ κεν ἐν κύλικι πρότερον κεράσειέ τις οἶνον
Ἐγχέας, ἀλλ' ὕδωρ καὶ καθύπερθε μέθυ.

Sed qui hoc poſſit excuſari, facile quivis videt. ſi locus ſanus. Sed quid, quaeſo, talia huc faciunt. videtur tamen Clericus eadem ſenſiſſe, qui p. 150. hunc Iambum nobis propinavit, qui effugit Criticos.

Μέλλει | καθευ|δήσειν | καπρ|γᾰσᾱσᾰ | μέγα.

P. 79.

Μικρὰ Παν|αθή|ναι' ἐπεὶ | δι' ἀγο|ρᾶς πέμ|πον, ὡς

de voce πέμπον actum p. 63. Vanni. Sed animadverte mollitiem numerorum tertio in pede, ubi primum fieri vides apocopen ἀθήναι' ex ἀθήναια, & deinceps ſic tamen ſyllabam αι corripi. quis talia concoquat aequo ſtomacho! & querimur, quod ἀφώνα & ſimilia corripiat? Sed etiam in Hephaeſtione ſimile quid & ineptius tentat p. 34. in Notis p. 124.

Καταθνάσκει | κυθέρει' ἄβρος | Ἄδωνις τί|κε θεῖ|μεν

„ Scribe κῠθĕρεῖ' ᾱβρŏς. *Et hic exemplum habemus, quo pes primus Antiſpaſti reſolvitur in Tribrachyn. vide pag. praec. ubi ea de re Hephaeſtion.*" commentum mihi

mihi non placet. Et potius Erudit. G. Arnaldum ſequerer, qui in Animadverſionibus C. XXIV. p. 133. lubens legerit Κύπρις, ut ultima aſpiratione ſe ſuſtineat. Quid ſi reſcribatur

Κυθηρεῖ' ἄβρ'. *tenella Venus!*

certe ει hic corripi, & magis ω apud Menandrum, valde durum mihi videtur. contraria exempla habes apud Euripidem in Alceſtide. ipſo initio.

Ὦ δώματ' Ἀδμήτει' ἐν οἷς ἔτλην ἐγώ.

& in Hercule Fur. 518. 549. 833. 1269. 1313. apud Aeſchyl. Prom. 65. 72. apud Ariſtophan. Plut. 1702. Nub. 1199. 1201. & non definiendis locis. apud Orphea tamen lego vs. 997.

Μήδει' ἐνὶ στέρνοις.

At firmiora vel ſaltem aliqua exempla adducenda ab illo, qui ſimilia tentat. in Menandro certe nemo talia ſanus admiſerit.

P. 86. Θρᾷξ εὐγενὴς εἶ πρὸς ἅλας ἀνημένος.

En notam Celeb. Bentleji „ *Hoc ex Michaele Apoſtolio attulit V. C. cur autem ex homine, qui poſt inventam Typographiam vixit, potius quam ex vetere ſcriptore Diogeniano. ex eo enim hauſerat Apoſtolius. jam autem quale eſt, ne illud quidem Virum Cl. vidiſſe,* ὠνημένος *male hic poſitum eſſe pro* ἐωνημένος*? ſic enim Graeci ſemper, alterum numquam. denique & verſus hujus labem non animadvertiſſe, cui una ſyllaba deficit. Tu repone ex Zenobio.*

Θρᾷξ εὐγενὴς εἶ, πρὸς ἅλας ἠγορασμένος. „

En

En jam ſtolidas Sycophantias Pavonis in hanc juſtiſſimam cenſuram. „ *pro* ὠνημένος *legendum* ἠγορασμένος *non ex Diogeniano, ut Auctor Anonymus narrat, ſed Zenobio in V.* Ἀλώνητον ἀνδράποδον." nam ubi Bentlejus ἠγορασμένος ex Diogeniano legendum ait! imo aperte ex Zenobio emendat. ebrium fuiſſe oportet, dum haec evomeret. rurſus eodem modo delinquit Clericus p. 373. vide Phileleuth. p. 135. & me p. 229.

P. 87. Ἅπανθ' ὅσ' ὀργιζόμενος ἄνθρωπος ποιεῖ,
Ταῦτ' ὕστερον λάβοις ἂν ἡμαρτημένα.

iſta perſonarum mutatio Ἄνθρωπος ποιεῖ; λάβοις ἂν *mihi non arridet & dicti gratias enecat. lege* λάβοιτ'. *Pavo.*" Ego dubito valde an λαβέσθαι in Medio hic locum habeat. auctoritatem Claſſici Auctoris adductam oportebat. Perſonae mutatio obvia: &, ſi ita uſu veniſſet Pavoni, forte elegantias miras haberet. *exempla congerere in ſcripto extemporali non licet.* (p. 71. 148.) Ἄνθρωπος ponitur pro τὶς, & ita comprehendit perſonam, ad quam ſermo fit.

P. 89. Ἀλλ' ἂν ἀποθάνῃς, ταῦτα καταλείψεις τισίν.

En Pavonina. „ *Auctor Anonymus reponendum ait,* ἀλλ' ὅταν ἀποθάνῃς, *quia ſententia vacillat:* quid enim eſt, *rogat ille*, ſi moriaris! quaſi vero hoc dubium eſſet! Si ἂν *in hac formula idem quod* cum *&* ὅταν. *Si umquam inſpexiſſes libros Pandectarum, ſcires nihil in teſtamentorum tabulis fuiſſe frequentius iſta locutione*, ſi moriar, ſi moriamur. ſi moritur. *quam tu ſuſpectam habes, quia praeter metrum & tuas quisquilias, nihil curas aut intelligis. Erudîtiſſimus Grotius, qui iſtam formulam centies legerat, in ſcriptura vulgata provide adquievit.*"

Grotius numquam tam inepte cogitavit, ut has formulas conferret. nam *ſi moriar* in jure non *quando*

do moriar notat. Sed conditionale eſt: & formula poteſt locum habere *in Donationibus mortis cauſa*. vellem non ita pro more tuo, quoties ad incitas redactus es, laudaſſes ἁπλῶς Pandectas. loca ſiſtenda fuiſſent. jam tua adſertio ſuſpecta. nam non ſolebant ita Romani: qui male ominatis abſtinebant verbis, vel praecipue in teſtamento: & potius dicebant: *Si quid humanitus acciderit. ſi diſceſſerim.* Dein quale argumentum! *Si* apud Latinos, *cum* notat. igitur ἂν notat ὅταν. apud Graecos. Menander in Comoedia ἂν ἀποθάνῃς dixit: quia Icti Romani formulam *ſi moriar* ſubtiliter interpretati fuerint *cum*, quia in *ſi moriar*, tempus per conditionem, in *cum moriar*, conditio per tempus ſignificatur. *L. XLV, ff.* §. 3. *de verb. Oblig.* talia mehercule ſtringunt. Malus es Grammatiſta, Pavo, pejor Legiſta.

P. 92. Ἀγροῖκος εἶναι προσποιεῖς πονηρὸς ὤν. Bentl." *non receſſit hic ab arte ſua Cl. Clericus: cum enim Grotius vitio opinor typographi* προσποιεῖ *hic edidiſſet, vertiſſet autem Latine* fingis: *arripuit id ſtatim noſter &* προσποιεῖς *erudite emendavit. Atqui, o bone, id ne Graecum quidem eſt pro* fingere, ſimulare. *Recte Stobaeus* προσποιῇ *fingis. a* προσποιοῦμαι: *non ut tu* προσποιῶ. *quod longe aliud.*" Ad haec Pavo. „ *imo rectius longe Stobaeus* προσποιῇ, *id tibi concedo lubens, mi Phileleuthere: nec tamen Clerici* προσποιεῖς, *flagitium eſt ita enorme, ut tu blateras. nam* προσποιέω *noſti*, mihi adſumo, *denotat.*" Hic ſolito more Sycophantam agit, & ſimul ipſe turpiter labitur. nam non negarat Bentlejus προσποιεῖν bene Graecum eſſe, ſed in activo habere ſignificationem τοῦ *fingere, ſimulare*. Deinde προσποιοῦμαι ſignificat *mihi adſumo, mihi adquiro* numquam προσποιῶ. quod ſignificat *alii adſumo: alii adquiro*. Audi doctiſſimum L. Kuſterum in aureo de Verbis Mediis Libello.

lo. p. 30. quem librum tibi commendo, ubi tamen Rudimenta Graeca bene memoriter callueris, & bonam partem Voſſianae Grammaticae edidiceris. προσποιέω & προσποιοῦμαι *H. Stephanus plane confundit: at vero* προσποιῶ, in activo, eſt, *facio, ut alteri aliquid accedat, vel adquiratur.* προσποιοῦμαι in medio, *facio, ut mihi aliquid accedat, vel adquiratur: ſeu, meum aliquid facio: vel mihi aliquid adquiro; vindico, tribuo, ſumo, ſeu rebus meis adjicio . . . . unde adparet, quam facile in Graecis ſcriptoribus interpretandis labi & errare poſſint, qui verum diſcrimen inter verba media & activa ignorant.*" hactenus Kuſterus. dicta apud ipſum certis documentis confirmata inveneris. habemus hic igitur & Clientem & Patronum eodem crimine turpiter reos. mox rurſus deoſculatur dilectam ſuam γέ, & εἰ γ' longe pulcrius quam Bentleji εἶθ' pronunciat.

P. 83. Menandri verba ſunt ex emendatione Phileleutheri. p. 83.

Τίνι δεδούλωται ποτε;
Ὄψει; φλύαρος· τῆς γὰρ αὐτῆς πάντες ἂν
Ἥρων· κρίσιν γὰρ τὸ βλέπειν ἴσην ἔχει.
Ἀλλ' ἡδονή τις τοὺς ἐρῶντας ἐπάγεται
Συνουσίας. πῶς οὖν ἕτερος ταύτην ἔχων
Οὐδὲν πέπονθεν, ἀλλ' ἀπῆλθε καταγελῶν,
Ἕτερος ἀπόλωλε; καιρός ἐστιν ἡ νόσος
Ψυχῆς, ὁ πληγεὶς δ' εἰσβολῇ τιτρώσκεται.

his inter alias Britannus Cenſor hanc notam inponit. *proximum Cl. Clerici facinus eſt, qui verſu quarto Stobaeo & Grotio relictis, pro* ταύτην ἔχων *ſuppoſuit* ταύτην ὁρῶν. . . *haud vidi Clericum infeliciorem. Tune ex Plutarchi verbis hic repones* ὁρῶν? *atqui de ea re jam tribus verſibus prioribus egerat Menander: ad*

aliud tranſit, concubitum *ſcilicet. ubi neceſſario legendum eſt* ἔχων habens. *honeſtum in re Venerea vocabulum. quod bis terque in his fragmentis occurrit, ut & apud Terentium.* quis heri Chryſidem habuit? " Nonne tibi, Lector, juſta criſis haec videtur, nec ulli refutationi obnoxia? At non Pavoni; „ *iſta vox* ἔχων, ait, *nihil habet ſubturpiculi. jungenda enim eſt cum* ἡδονῇ συνεσίας, *& ſenſu accipienda primitivo. quae ex Terentio adducit auctor anonymus, & de altera notione garrit, non ſunt unius aſſis & hominis ſapiunt* INDOLEM.

Cum haec lego, & in memoriam revoco, quae p. 61. & aliis locis in virum Celeberrimum eructavit, ſtomachum moveri ſentio, nec poſſum, quamvis de ejus maledicentia verbum me facturum negaverim, quin inpudentem iſtam petulantiam deteſter, qua ex interpretatione juſta, nec quidquam habente, quod caſtas aures offendat, labem adſpergere viri re vera Venerandi moribus conetur. atque id illum facere, cujus tot interpretationes exſtant, quarum obſcoenitas cum ſtoliditate de palma certat! Quod ne fruſtra aſſeruiſſe videar, ut varietur quoque paullum haec Critica tela, loca quaedam hic intertexenda duxi. qualia & ipſe hic libellus ſuppeditat.

P. 117. Ubi ſermo de publicis proſtibulis ex Solonis lege, legitur

Ἔχεις
Πῶς ἡ θύρα σοὶ ἔσται. ἂν ἀνεωγμένη.
Habes quomodo janua tibi erit aperta.

quid ille! „ *Niſi forſan legendum ſit.*

Πῶς ἡ θύρ' ἔς' αἰεὶ 'νεωγμένη μέση.

Nam id elegans ſit ac facetum. Media janua, *ſcis quid*

quid velim. ſenſus eſt turpiculus: ipſa dictio honeſta in hac ῥήσει eſſe debet. qualem indolem haec ſapiunt! nota praeterea verſum duarum apoſtropharum, & unius aphaereſeos cicatricibus miſere deformatum. deinde Graecam ſaltem locutionem eſſe debuerat commonſtraſſe, ἡ μέση θύρα, iſto ſenſu.

In Anacreonte Od. IV. p. 14.

> Ἐπὶ μυρσίναις τερείναις,
> Ἐπὶ λωτίναις τε ποίαις
> Στορέσας θέλω προπίνειν.
> Ὁ δ᾽ Ἔρως χιτῶνα δήσας
> Ὑπὲρ αὐχένος παπύρῳ
> Μέθυ μοι διακονείτω.

Hic poëta *myrto & loto cubans largius bibere ſe velle profitetur: optat autem ut ipſe Cupido ſibi miniſtret merum, tunicam, miniſtrantium more, ſuccingens papyraceo nodo.* Nam papyro utebantur ad vincula conficienda, in Aegypto & aliis locis. Unde in Anthologia L. VI. C. 10. p. 426.

> Λαμπάδα κηροχίτωνα, κρόκου πυρηφέα λύχνον,
> Σχοίνῳ καὶ λεπτῇ σφιγγομένην παπύρῳ.

hic eſt ſenſus hujus loci & vera interpretatio. quam alii quoque viderant; ſaltem partim. Audi nunc prius nugacia mox obſcoena interpretamenta Pavi.,, *De Papyro Aegyptia haec recte accipiunt interpretes: Sic tamen intelligi nolim* funiculum *ex papyro contextum, ſed vel recens papyri folium, vel recentes ſcapi papyracei philyras, ita contortas & convolutas, ut affabre pro vinculo eſſe poſſint. Eo admiſſo elegans quid referre poteſt* ἔννοια *Poëtae, in qua ceteroquin nil*

niſi ruſticum & agreſte. Nam quid aliud, amabo, funiculus verus & proprie dictus?" An ſcis quo haec tendant, Lector! debili fulcro hujus παραλογισμοῦ mox negabit hujus odae eſſe auctorem Anacreonta; & eſſe potius Poëtam ad Nili ripas natum. Sic ego Antipatrum, auctorem modo laudati Epigrammatis, contenderim eodem jure eſſe Nilotem, quia meminit vinculi papyracei. Audi jam uſum, quem hoc folium recens papyri, Pavone judice, praeſtiterit.„ *Tunica collecta & papyro ad cervicem conſtricta*, nudum *referret Cupidinis* ſtomachum & ventrem, *eumque non alia de cauſa conſtringi volebat poëta, quam uti ſpectaculo iſto* oculos ſuos paſceret. *ad iſtam* elegantiam & honeſtam nequitiam *quid* funis?"

Putres oculos in nudo corpore paſcere, tu vocas, Pave, *elegantiam & honeſtam nequitiam!* En vobis, qui circa morum diſciplinam eſtis occupati, argumentum plane novum, quo Ethicen veſtram locupletetis. *de Honeſta Nequitia.* forte & aliud capitulum adjicere poteritis de *Elegantiis* non Joannis M. ſed *Joannis de Paſſeribus* (*bene maſculis*). pudet his immorari. potius repetierim *funiculum* ex papyro aptiſſimum fuiſſe, quo revinciretur circa collum & cervices tunica Cupidinis. elegantes hos *funiculos* fuiſſe patet ex laudato Epigrammate. Illa lampas enim dono data Piſoni ab Antipatro, ut ex ſequenti diſticho patet.

Ἀντίπατρος Πείσωνι φέρει γέρας. ἣν δὲ μ᾽ ἀνάψας
Εὔξηται, λάμψω φέγγος ἀκυσόθεον.

Non dubito autem, quin hic Piſo fuerit ex familia Calpurniorum, nec alienus a Piſonibus Horatio celebratis. obſerva obiter perſonae mutationem in hoc epigrammate. modum autem quo tunica in collo nectebatur, ego jam non dixerim.

Ad

Ad Od. XIII. p. 52. Philoſophus noſter. „Ὑποκείμενον *hic eſt dogma illud* feſtivum; *nihil ſuavius eſſe aut jucundius, quam bene potum & bene unguentatum cum puella ſuavicula ludere & ita χαριέντως μανῆναι.*“ dogma tale certe meretur a *feſtiviſſimo hoc homine feſtivum* vocari.

Ad Od. LI. p. 196. *quaeque nefas conſpici, ea ſola fluctus contegit.* „male & incondite; *nam ea*, in quibus fatum eſt, *non modo tegebat unda, ſed alia etiam minus* ſancta, *in ſalo ſcilicet hic ita adumbrata erat Dea, ut corpus a capite ad pubem fere ſupra ſalum exſtaret, & alia in ipſo ſalo latitarent. Quare non ſolum* pars illa qua Venus erat.“ Pie admodum venerandus Pavo loca illa *ſancta* vocat, & poſt Juvenalem ponit *fatum in partibus illis.* Saltem *fatum* eſſe videmus credere, ut ſi quis ſectam ejus quaerat, Stoicum eſſe poſthac audacter pronuntiaturi ſimus.

Sed de his ſordibus hic non plura. ſed age, unum adhuc locum adjiciamus ex ipſo libello, quem recenſere inſtitueramus.

P. 148. *Ὅταν αὐτὴν τὶς σποδῇ, διασπεκλοῖ. cum eam quis ferit, dividit.* (Latina ſunt Pavonis: Graeca modo poſuerat B) *illud εὐθὺς mihi ſummopere diſplicet. ſi antea praeceſſerat ὅταν αὐτῆς εἰς ἅπληται, elegans ſit τὸ εὐθὺς eo ſenſu, nunc minus aptum eſt & accommodum, ubi agit de eo, quod ultimum eſt in cupidinis palaeſtra. Scis quid velim, & quo minus confirmatius hac de re loquar, me probibet ipſe pudor, quo amabilius eſt nihil.*“

O rem ridiculam, Cato, & jocoſam,
Dignamque auribus, & tuo cachinno!

Pavonem *confirmatius de his loqui, probibet ipſe pudor!*

dor! Pavonem, cujus modo tot obſcoena dicta vidimus, cujus tot videbimus! Pavoni *nihil pudore amabilius eſt*. Inſtar Carthuſiani Monachi vel Franciſcani nudipedis crederes perpetuae virginitatis votum ſuſcepiſſe. videtur autem Parthenius noſter colorem duxiſſe ex his Didus verbis,

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
Pallentes umbras Erebi, noctemque profundam,
Ante Pudor quam te violo, aut tua jura reſolvo.

Cum tamen non ita longo poſt tempore

—— *Summo ulularint vertice Nymphae.*

Sed Spurcitias Pavoninas relinquamus, & ad ſtuporem Criticum revertamur, quem perſtringere ſuſceperamus.

P. 93. Quae divagandi occaſionem praebuit, hanc emendationem exhibet. apud Stobaeum enim

καιρός ἐστιν ἡ νόσος
Ψυχῆς. ὁ πληγεὶς δ᾽ εἴσω δὴ τιτρώσκεται.

Clericus mutarat in ὡς ἔδη, nullo ſenſu. Bentlejus probabilius εἰσβολῇ. *incurſu*. quod tamen mihi non ſatisfacit. Nec Pavoni ſatisfecit, qui igitur εἰς ὅλην id eſt ψυχήν. Ubi probarit dici τιτρώσκειν τινὰ εἰς ὅλον σῶμα, εἰς ὅλην ψυχὴν τιτρώσκεσθαι barbarum non putabimus. Niſi autem aliquantum abiret a ſcriptura prodita, legi poſſet.

—— ὁ πληγεὶς δ᾽ ἔνδοθεν τιτρώσκεται.

non adſpectu, non tactu amor intrat in pectus: ſed ipſum

ipſum a ſe vulneratur pectus, ut fere Anacreon Od. XIV.

Τί γὰρ βαλώμεθ' ἔξω,
Μάχης ἔσω μ' ἐχούσης;

P. 94. (92.) Ὅσις φρόνιμος. Bentlejus optime πενόμενος. quem vide & Menandri Fragm. incertum 114. quidquid obganniat Catulaſter. is pro more ineptit, quando locutionem ἄνθρωπος ὤν, quam recte tamen vindicat, comparat cum ὅσις φρόνιμος. quamvis enim in utraque lingua *natus*, ὢν & φρόνιμος ſaepe abundent, non tamen omnibus vocabulis promiſcue adduntur. & monſtret mihi ὅσις ὤν, & concedam ὅσις φρόνιμος. porro fragm. 112. apud Clericum p. 230. non eſt Menandri, ſed Ariſtophanis Eccleſ. 174. quod Clericum neſciiſſe non miror: Kuſterum ignoraſſe demiror.

P. 98. Εἴωθεν ἀπειλεῖν, ὅτ' ἐρῶν ἐρωμένη.
Bentlejus jubet ſcribi εἴωθ' ἀπειλεῖν. Summo jure. Nam non ſolent poëtae N. ἐφελκυστικῷ uti, ſi apoſtrophos commode adhiberi poſſit. fruſtranea igitur ibi Pavonina. mox plura de hac re.

P. 100. Οἰκτρότατόν ἐστι πεῖραν ἐπὶ γήρως ὁδῷ.
quia apud Stobaeum legitur ἐπὶ γήρως οὐδῷ: nec vero ſimile eſt a Comico adhibitam vocem ὁδὸς pro οὐδός. quae tamen Sophocli uſurpata dicitur, Celeb. Bentlejus proponit conjecturam ſane προβακχειακῶν συνευμένην: nempe Menandrum interpoſuiſſe Hexametrum Iambis. modeſte tamen: addit enim; *Sed de hoc, ut quisque vult, cenſeat.* non dignus igitur Vir tantus, cui ab hoc abjectiſſimo homine ita ſcurriliter illudatur, praecipue cum res exemplo non careat, ut ob metrum diſpar verſus ſit interpoſitus. vid. Hephaeſt. p. 9. ubi ob vocem Ἀλκιβιάδης Iambus pro Pentametro ponitur in Elegiaco carmine.

P. 108. 'Ανθρώπ' pro ἀνθρώπῳ in Menandro nobis ſua auctoritate obtrudit. mox in Cod. quodam Θηικαλεῖσθ pro Θηικαλεῖσθε. ſed hoc nihil juverit.

P. 110. & 111. & 123. Suum γὲ rurſus infercit. eadem pagina 110 nos docet, librarios pro γινομένῳ antiquitus ſcripſiſſe compendioſe γινῷ. ita compendia pro lubitu fingit. Vos teſtor, qui antiquas membranas verſaſtis, unquamne hanc offendiſtis notam!

P. 123. Locum Euripidis apud Pollucem emendat, ubi ait „ *doleo viri perſpicaciſſimi Jungermanni vices, qui verſum trucidavit & tautologiam admiſit. nam illud* φαγάνῳ *bis repetitum.*" Spectate aniculae inportunitatem. jam Kuhnius ex Cod. in primo loco φασγάνῳ faceſſere juſſerat. potuerat igitur maledicam criſin omiſiſſe homo truculentus. Cod. meus utroque loco agnoſcit. & ἐξετέρασεν. & κόλε pro κολεῶν. fragmentum hoc omiſſum ſub hujus Tragoediae titulo a Barneſio: &, quod miror, etiam a Cantero.

P. 135. 136 & 137. Multa hic blaterat. at ſi quid in his ſani, id Grotio omne & Bentlejo debetur. ſine neceſſitate quoque τὸ τ̃ γυναικῶν σῆμα, mutat in τὸ τῆς γυναικὸς σῆμα. Nam cur non illud ſepulcrum aeque τ̃ γυναικῶν quam τῆς γυναικὸς σῆμα vocaretur. monimentum enim illud plures feminas continebat. Quod deinde de ὀνησιφόρος adducit, Bentlejo ſubducit. Si ejus more cavillari vellem, contendere quoque poſſem fruſtra reprehendi Palaephati interpretem, cum παῖδας vertit *filios*, & non *liberos* vel *filias*. nam *filii* comprehendunt *filias*. certe erraſſet quoque, ſi *filiarum* vertiſſet, ut vult Noſter.

P. 141. Rurſus infeliciter ſigla crepat. „*pro* πάνυ *ipſa ſententia exigit* ἡμῖν. *ipſa mutatio non adeo difficilis, nam pro* ἡμῖν *ſcriptum fortaſſe* ἀμῖν, *unde iſta* γραφὴ *enata.*" vidiſtine aliquid puerilius? ſcilicet

licet ἀμιν. hinc παμιν. hinc πανιμ, hinc πάνι & inde, nullo negotio, exit πάνιν. Sed ſic ex *Pavus* facile fiat *Aſinus* vel contra. non majori mutatione opus. ipſe periculum fac, Pave.

P. 141. Ἔξεστιν ἀποκλείνειν, ἀποθνήσκειν ἢ μή.

„ *Ante duas*, ait Bentlejus, *conſonantes*, *quarum neutra liquida eſt*, *ſyllaba corripi non poteſt. repone igitur*, ἔξεστ' ἀποκλείνειν."

Ad haec mulionem audi. „ *quae quid ſibi velint*, *me hercule neſcio. Nam verſus ſanus eſt & intemeratus. pes primus Spondaeus* (vellem *Spondoeus* ſcripſiſſet. Sed *Spondaeus* per ſe vitioſum ſatis. nam Σπονδεῖος ſcribitur Graece) *ſecundus Anapaeſtus*, *quem adamat Iambus* (tantum, ut quo rarius adhibeatur, eo melius Iambus ſeſe habeat), *ut norunt ipſi pueri. an naenias cantat? Sed video video*, *quo haec pertinent.* ἔξεστιν *bellatulus noſter pro dactylo habet.*" Imo, Morio, Bentlejus non vocem ἔξεστι, ſed ἀποκλείνειν reſpicit, in qua ſyllaba πο non poteſt corripi ante κλ. & optime vir metri callentiſſimus, ſi quis alius, animadvertit Anapaeſtum in ſecunda ſede retardare Iambum. quare, ſi qua licet, ille pes evitandus. Addidi ſupra p. 247. aliam rationem, nempe ubi apoſtrophos poteſt adhiberi, non ſubjungi N. ἐφελκυστικὸν a poëtis. periculum facito in Ariſtophane, Aeſchylo, Sophocle, Euripide. pauciſſima loca huic obſervationi adverſantia invenies: ex quibus quoque quaedam corrupta ſunt. Niſi malles calumniis lectorem ludificari, quam docere, potius difficultates ſolviſſes, quae huic ſententiae de non corripienda ſyllaba ante κλ moveri poſſent. nam quidam adducunt exempla hujus licentiae. ut in voce Δάκτυλος in Batrachom. vs. 45.

Ἀλλ' ἐπὶ λίκτρον ἰὼν ἄκρον δάκτυλον καταδάκνω.

ſed ubi amicus tuus Barneſius edidit,

Ἀλλ' ἐπὶ λέκτρον ἰὼν κατεδάκνω δάκτυλον ἄκρον.

qui tamen δάκτυλον defendi poſſe male putat ex voce τέκνον. quae toto genere differt. Auctoribus Actorum Lipſienſium jam iſto nomine quoque notatus fuit Noſter A. MDCCXI. p. 300. En verba ipſorum: „*Sed cum adfingit Phileleuthero* ἔξεστιν *eum pro dactylo habuiſſe, quid ſibi velit, profecto neſcimus.*" Qui tamen ipſi errarunt p. 32. pace illorum dictum ſit, cum ἔξε|στιν ἀπο|κλείνειν. Tribrachyn eſſe poſſe putarunt, & emendationem Bentleji, ut ſupervacaneam, traduxerunt.

P. 142. Cum Bentlejo malim γ᾽ ἀτέρους pro καὶ ἑτέρους. p. 143. rurſus mellitum γε venditat.

P. 143. Τὸ κακὸν ἀφαιρεῖται, ἀγαθὸν δὲ λαμβάνει.

Bentlejus recte.

Τὸ κακὸν ἀφαιρεῖ, τἀγαθὸν δὲ λαμβάνει.

& ſic Edit. Veneta. nam τὸ κακὸν deſiderat τἀγαθόν. Sed videor mihi hanc obſervationem etiam alio in loco legiſſe.

P. 148. „Εὐθὺς *ejecimus. fors enata ſit ex praecedenti* οὗτο, *vel quod nunc inter ſcribendum mihi incidit, Amanuenſis forſitan, pro* τηλικοῦτον *errore properantis calami ſcripſerat* τηλικεῦθυν, *quod ſtatim animadvertens ille, antequam pergeret, more ſolemni ita emendaverat* τηλικεῦθυν οὗτον, *iſta vero cum poſtea incidiſſent in Grammaticum, qui ſapiebat ſibi*, (& *ſibi* obſervabat) *ſtatim perperam correctum* τηλικοῦτον εὐθὺς, *quod poſtea in libris propagatum.*" Ad puſiones, ad puſiones cum frivolis tuis, Pave. non enim hic maſcule nugaris, ſed plane infantiliter. At nos dudum totius hujus futiliſſimi libelli taedium cepit: quare hic pedem figimus, non quod cetera probemus: vel forſitan aeque

gra-

gravia errata non lateant. nam praeterquam quod omnes, ne tribus quidem exceptis, ejus emendationes ſint audaciſſimae, contortiſſimae, & proinde inanes: in plerisque non adeo Clerico candide patrocinatur, quam Bentlejum ſcurriliter inpugnat. Utinam autem egregio huic Britanno nobis non ſolum Comicorum, ſed & Poëtarum omnium fragmenta inpertire libuiſſet. vel quoniam hoc vix jam ſperandum, utinam alius quis illa colligendi laborem ſuſciperet, & vel ſic modo exhiberet, ut in libris noſtris jacent: niſi qua Codices auxilio venirent. nam in his ingenio indulgere opus plenum eſt aleae, & parvae admodum frugis. Collectio Theodori Canteri, quae penes Virum mihi ſanguine, animo & ſtudiis conjunctiſſimum ſervatur, in Tragicis & Comicis multi uſus eſſe poſſet: imo his in partibus forte Eruditorum vota non male inpleverit: praecipue, ſi quae in hac literarum luce magis quam olim ſunt expoſita, iis a non inperita manu adjicerentur. Sed de his Muſae viderint.

Sᴇᴄᴛɪᴏ III.

AD Diatriben de alea proceſſimus. atqui neſcio, an plurimi me ſatis prudentem arbitraturi ſint, qui parum imo nihil exercitatus in teſſerarum calculorumque ludo, qualem me antea profeſſus fui, tamen cum veterano & verſuto, imo fraudulento hoc aleatore ludere inſtituam. Nam re vera in hac arte regnat, & alter eſt Curius, de quo Calvi elegans hendecaſyllabus circumfertur,

Et talis Curius pereruditus.

eſt autem hic Quintus Curius, *notiſſimus aleator, damnatusque poſtea*, ut ait Pedianus Aſconius; ne putes

tes me politiſſimum Pavunculum comparaſſe illi *incomtis Curio capillis:* hominem pacificum illi *utili tantum bellis viro.* Sed prologorum ſatis: nam ut ſententioſus Magiſter noſter, in praefatione, *luſus, ut alia quaevis ad voluptatem comparata, prologos non amat.* Igitur inſpiciamus ſtatim, quae propius ad ipſum Epigramma ſpectant, ſi forte poſt tam abundantem meſſem nobis ſuperfuerit aliquod ſpicilegium. En epigramma, quale in Stephaniana Editione p. 86. jacet una cum verſione Vincentii Obſopoei. Quod apertis verbis moneo: ne ut meam arrodere geſtiat.

ἈΓΑΘΙΟΥ Σχολαστικοῦ εἰς τὰ λυπὰ Ζήνωνος τοῦ Βασιλέως.

Οὐτιδανοὶ μερόπων, εἰ καὶ μέγα ῥέξομεν ἔργον,
Οὔτινος ἐς μνήμην δηρὶν ἐπερχόμεθα.
Οἱ δ' ἀγαθοί, κἢν μηδὲν, ἀναπνεύσωσι δὲ μοῦνον,
Ὡς Λίβυς εἶπεν ἀνὴρ, τοῦτ' ἀδάμαντι μένει.
Δήποτε γὰρ Ζήνωνα πολιοῦχον Βασιλῆα
Παίγνιον ἀφράστων ἐκπλέοντα κύβων,
Τοίη ποικιλότευκτος ἕλεν θέσις, εὖτ' ἀπὸ λευκοῦ
Τοῦ καὶ ὀπισθιδίην εἰς ὁδὸν ἐρχομένου.
Ἑπτὰ μὲν ἕκτος ἔχεν, μίαν ἔνατος. αὐτὰρ ὁ σοῦμμος,
Διοσὰς ἀμφιέπων, ἴσος ἦν δεκάτῳ.
Ὃς δὲ πέλεν μετὰ σοῦμμον, ἔχεν δύο. μουνάδα δ' ἄλλην,
Ψῆφον τὴν πυμάτην, ἀμφιέπεσκε Δίβος.
Ἀλλὰ μέλας διοσὰς μὲν ἐν ὀγδοάτῳ λίπε χώρῳ,
Καὶ τόσσας ἑτέρας ἐς θέσιν ἑνδεκάτης.
Ἀμφὶ δυωδέκατον δὲ διέπρεπον εἴκελοι ἄλλαι,
Καὶ τρισκαιδεκάτῳ ψῆφος ἔκειτο μία.
Δίζυγες Ἀντίζονον διεκόσμεον. ἀλλὰ καὶ αὐτῷ
Ἴσος ἔμιμνε τύπος πεντεκαιδεκάτῳ,

Ὀκ-

Ὀκτωκαιδεκάτῳ παρόμοιος· εἰσέτι δ᾽ ἄλλας
Εἶχεν διχθαδίας τέτρατος ἐκ πυμάτου.
Αὐτὰρ ἄναξ λευκοῖο λαχὼν σημήϊα πεσσοῦ,
Καὶ τὴν ἐσσομένην οὐ νοέων παγίδα,
Τριχθαδίας ἀδόκητα βαλὼν ψηφῖδας ἀριθμοῦ
Πύργου δουρατέου κλίμακι κευθομένην,
Δοιὰ καὶ ἓξ καὶ πέντε κατήγαγεν· αὐτίκα δ᾽ ὀκτὼ
Ἄζυγας εἶχεν ὅλας πρόσθε μεριζομένας.
Ταύτην φεύγετε πάντες, ἐπεὶ καὶ κοίρανος αὐτὸς
Κείνης τὰς ἀλόγους οὐχ ὑπάλυξε τύχας.

O nullius pretii homines, etiamſi magnum opus fecerimus, nullius ad memoriam diu venimus. Boni autem, tametſi nihil, reſpirant ſolum. Sicut Lybicus dixit vir, hoc adamanti manet. Aliquando enim Zenonem civitatis patronum regem luſum inexcogitatis perficientem tabulis talis artificioſa coepit poſitio, quando ab albo ad poſteriorem viam veniente, ſeptem quidem ſextus tenet, unam nonus, ſed ille ſummus duplices gubernans aequalis erat decimo. Qui autem eſt poſt ſummum, tenet duo. unitatem aliam calculum noviſſimum regebat albus. Sed niger duplices in octavo reliquit loco, & tot alias ad poſitionem decimae. Circa duodecimum autem conveniebant ſimiles aliae. & decimo tertio calculus adjacebat unus. Disjuncti Antigonem exornabant. Sed & ipſi aequalis manebat figura quinto decimo, decimo octavo ſimilis. inſuper alias habebat duplices quartus ex noviſſimo. Sed Rex albi ſortitus ſigna tali, & futurum non proſpiciens laqueum, triplices inconſiderate jaciens calculos numero, pyrgi lignei ſcala occultata, duo & ſex & quinque reduxit, ſtatim autem octo disjunctas habebat totas ante diviſas. Tabulam fugite omnes, quoniam & Rex ipſe illius irrationales non evitavit fortunas.

Ita,

Ita, ut editur, Inſcriptio in Cod. Pal. alius habet εἰς τὰ λιτὰ. quae verba nihil ſignificant, ut placet eruditis. Scaliger in Lect. Auſon. II. C. 29. εἰς ταύλαν. Sed ſi ea vox reſtituenda, εἰς τάβλαν cum Salmaſio, Huetio & aliis ſcribendum. ut vs. penultimo τάβλην. ubi Pavus inepte ταύλην. cum non modo Cod. Pal. ſed tres quatuorve alii τάβλην habent. de qua orthographia plura in ſequentibus. Cum ita tamen λυτὰ & λιτὰ in antiquiſſimo Codice & in aliis conſtanter exhibeatur, & facilis ſit cuique emendatio ex ipſo Epigrammate, in quo τάβλην occurrit, mendoſum id eſſe crediderim *difficul*; (quid ſubrides, Pave, ad Varronianum meum *difficul?* an illud magis Oſcum putas quam tuum Pacuvianum *facul?* pag. 18) Ergo forte vox τὰ λυτὰ, *Diſſoluta* ſenſu conveniat cum vs. 26.

Ἄζυγας εἶχεν ὅλας προὔθε μεριζομένας.

ut ἄζυξ & λυτὸς idem ſignificent. judicent eruditi: & inter hos ultimus Pavo: inter milites calo.

Vs. 1. Cod. Pal. ῥέξαμεν, quam lectionem non eſt ut ſpernamus

Vs. 7. Cod. θέτις. nullius frugi.

Vs. 8. Ὀπισθιδίκην. ejuſdem commatis videtur. niſi ſcribas ὀπισθιδίκην. ut τετραδικὸς & alia. alii ἐπισθισίην. proditam lectionem optimam habeo.

Ibid. Διοσὰς ἀμφιέπων σῦμμος, & mox Δίβος ἀμφιέπεσκε μυνάδα. en nardum ex Pavonis myrothecio. „ *Heſychio in Lexico*, ἀμφιέπουσα, περιέχουσα. ἀμφιέπον, περιέπον.“ quaſi cum millies iſtud vocabulum occurrat, ejus ſignificatio ex hac Heſychii gloſſa, ſic ſatis vaga, declarari vel poſſet vel opus haberet. quin non videt, ultimam gloſſam laborare leviter, & ſcribendum eſſe ἀμφὶ ἔπον. περίεπον. nam reſpicit ad Homeri loca, ubi tmeſi ἀμφίεπον dividitur. alioquin ſcribendum ἀμφίεπον. περίεπον. nihil autem

tem hic aliud ſignificat, quam ἀσχολεῖσθαι. *occupatum eſſe circa aliquid. detineri in aliqua re. curare aliquid. habere. poſſidere.* σῦμμος διοσσὰς ἀμφιέπει. *curat duos:* id eſt, *occupatur a duobus.*

Vs. 10. Cod. ὅτι πέλει. non adeo rejectitium.

Vs. 13. Ἐν ὀγδοάτῳ λίπε χώρῳ. Cod. χώρην. ſupra ſcripto eadem manu χώρῳ. quod unice verum.

Vs. 14. Ἐνδεκάτην Palat. & alii Codd. ut legi debere *pueri vident.* & vidit poſt alios Pavus, qui praeterea conjicit ἐνδεκάτῳ. quam ſuſpicionem ſuffuratus Th. Hydio in Nerdiludio. §. VI. p. 45.

Vs. 18. in Cod. Pal. ſcribitur πέντ' ἐπὶ καὶ δεκάτῳ.

Vs. 19. Pavus. „ ἕκτῳ καὶ δεκάτῳ *ſcribendum abſque dubio. nam hic peccat omnium librorum ſcriptura.* " At, Pave, hic locus unus oſtendit ſatis, te nihil in toto hoc ludo vidiſſe. nam debebas epigramma liquide explicare, ut ſe habebat, praecipue in numeris: in quibus omnis difficultas. quod cum non potueris, omnia quae conſcribillaſti, tua ſunt commenta, non deſcriptio Zenoniani ludi. Quid quod hic verſus & alio vitio laborat, a te non animadverſo, & quod tamen totam rem incertam reddit. Quid enim? τύπος παρομοῖος, ὀκτωκαιδεκάτῳ. Sonat, *typus* ſive *calculorum numerus cum decimo octavo* fere, non plane *idem erat.* nam παρομοῖος ſignificat *non plane,* ſed *aliquo modo ſimilis.* ſi legas πανομοῖος, huic difficultati occucurreris. & id adfertur ex epigrammate. quin varia ſcriptura talis neſcio ubi κεῖται. imo plus dicam! quod tu ſubſtituis, eo ſenſu, eſt barbarum. nam ἕκτῳ καὶ δεκάτῳ non ſignificabit *ſexto decimo loco.* ſed *ſexto loco & decimo loco.* dicendum ἑκκαιδεκάτῳ. quis umquam ὄγδοος καὶ δέκατος pro *octavo decimo* dixit! Nempe Agathias cum Latinis loqui cogetur, ut Grammatiſtam in utraque lingua barbarum

rum ratio non fugiat. niſi igitur oſtenderis recte dici ἕκτος καὶ δέκατος pro *decimo ſexto*, ut dicitur εἰκοστὸς πρῶτος & εἰκοστὸς δεύτερος vel εἰκοστὸς καὶ πρῶτος. δεύτερος. καὶ εἰκοστός. *vigeſimus unus. vigeſimus ſecundus.* totam tuam machinam ſua ſponte corruere quivis Lector, qui non plane eſt oculis captus, videt.

Vs. 21. Adfertur neſcio unde τυχὼν pro λαχών. non probarim.

Vs. 22. In magnis anguſtiis verſatur Pavo. nam conatur explicare de poſitu calculorum *jam facto. jam praeſente. de calculis jam datis.* at agi de θέσει ἐσομένῃ: de poſitura calculorum *adhuc efficienda* per ultimum illum jactum mox memorandum, de *dandis adhuc* calculis, ipſa verba indicant. quibus credendum, non contortis expoſitionibus Grammaticaſtri. vertit. *non multum curabat.* imo vertendum. *non ſciens.* ut futura neſcire ſolemus. ipſe mox tamen ſentit τὸ ἐσομένην ſibi obſtare, & ideo neſcio quid tricatur. mox rurſus non minus inepte αἰδόκητα ait *arctius cohaerere* cum οὐ νοέων. imo cohaeret cum vocibus βαλὼν & κατήγαγε. cum ſequentibus, non cum ſuperioribus.

Vs. 25. Mire hic quoque agitatur. cum enim ex apertiſſimis verbis quisque colligat facile, ultimum & decretorium hunc fuiſſe jactum, & ſic finitum fuiſſe luſum, ille fingit αὐτίκα hic ſignificare *poſt aliquam moram.* at omnes adhuc credidimus αὐτίκα *ſtatim* ſignificare, & *morae* contrarium eſſe. imo audet poſt hunc jactum alios fingere. ait p. 23. *iſti ſex duobus quinque & ſex teſſerarum punctis non poterant diſſolvi, in quamcunque partem te vertas . . . quare* αὐτίκα *hic moram aliquam requirit, & jactum deſignatum non reſpicit ſolum, ſed ſequentes etiam alios, quos ſciens omiſit poëta.* crederes ludenti Imperatori teſſeras miniſtraſſe, ita fidenter loquitur. ſed qui talia

com-

comminiſci cogitur, ut hypotheſin ſuam ſtabiliat, delirare tuto credere poſſumus.

Vs. 26. Hunc explicat Pavo pagg. 12 & 22. Iſtas percurrenti ſuſpiciuncula mihi nata eſt de voce λυτὰ p. 252. a me prodita. Eadem Pavoni ſerius etiam orta, & proinde demum edita pag. penultima ſuae diatribes, me latuit. ad dominum primum tamen, fas eſt, poſtliminio redeat. quod ſi ille in fronte libelli de Epigrammatis Titulo, ut oportuerat, egiſſet, non in ipſa calce: nulla controverſia eſſet mota.

Vs. ultimo quibusdam lectum fuit χέρας pro τύχας. Neſcio an e Codd. quod ſi ita: ſtatuere cogeremur a Graecis quoque vocem χεὶρ pro *jactu*, ut a Latinis *manus*, uſurpatam. de qua ſignificatione *manus* conſulantur docti Interpretes Suetonii in Aug. C. LXXI. *Si quas manus remiſi.* plura alia, quae animadverti potuerant: etiam alias quasdam διττολογίας e Codd. tangere hic nolui.

At video me verſiculos tranſiliiſſe vel maxime vexatos, nempe vigeſimum tertium & quartum. Verum antequam Criticum in hos agamus, prius interpretis munere fungemur.

Δευρόπεσ⊙· πύργ⊙· *turris lignea.* Πύργ⊙· dictus, quia *turriculae* erat ſimilis. vocatur quoque Μόδι⊙· ab Iſaacio Porphyrogenneta in Var. Lect. Rutgerſii p. 512. vide quoque Du Cangii Gl. Gr. & Hydium §. V. p. 28. vocatur quoque *urna* in epigrammate Salmaſio laudata ad Vopiſcum p. 744. ex his de forma externa quodammodo conſtiterit. interiora, ut facile percipimus, erant excavata: ſed non omnino cava: verum gradibus & anfractibus interciſa, ut injectae teſſerae non ſtatim effunderentur in alvei fundum, ſed ſubſultarent ſaepe, dum in ſupercilia iſta iniqua, in gradus illos inciderent. inde

in noſtro epigrammate *interior pars* vocatur κλίμαξ. in epigrammate Salmaſiano *interni gradus.*

In parte alveoli pyrgus, velut urna, reſedit,
Qui vomit internis teſſerulas gradibus.

utebantur autem hoc pyrgo, ne fraus in jactandis teſſeris adhiberi poſſet.

Ex tota autem hac deſcriptione Pyrgi patet ſatis probabiliter pyrgum non fuiſſe agitatum: nam id non opus. quia ſtructura interna talis erat, ut teſſerae vario motu neceſſario evolverentur in tabulam. collocabatur autem in medio vel latere tabulae. in *parte alveoli* dicit epigramma Latinum, & favet Schema, cujus meminit Valeſius. In medium protrahi ſolitum fuiſſe indicat locus Diphili mox laudandus apud Harpocrationem. erant enim tabulae luſoriae grandiores. Plin. Lib. XXXVII. C. 2. *alvei*, meminit, *lati pedes tres, longi pedes quatuor.* ubi Harduinus *un damier* ou *un echiquier.* in quibus luſibus neſcio qui uſus *teſſerarum*, quae ibi tamen una memorantur.

Praeter pyrgum etiam erat aliud vas, quo utebantur in jactu teſſerarum: quod vocabatur ψηφοβόλον. quodque Iſaacio loco laudato, Cedreno p. 103. & Suidae in τάβλα & Joanni Antiocheno ſive Malalae p. 129. memoratur. *Fritillus* a Latinis dicitur. diverſum a Pyrgo fuiſſe docet Valeſius. *& picturam in veteri Kalendario a Sirmondo viſam teſtatur, ubi aleator e fritillo in pyrgum mittebat teſſeras. Pyrgus autem in margine tabulae, turris formam habens.*" *Fritillus* erat ex *cornu*, vel alia materia. hodie ſaepe ex buxo. vocatur tamen etiam apud nos & alias gentes a *cornu.* nos caremus pyrgo, qui quieſcebat. concutiebantur autem teſſerae in fritillo. unde Seneca in Apocolocynthoſi Claudii.

Voſque in primis | *Magna paraſtis*
Qui concuſſo | *Lucra fritillo.*

Schol.

Schol. Juvenal. XIV. 5.

Parvoque eadem movet arma fritillo.

Fritillus *pyxis cornea*; ait: *qui ſimus dicitur Graece: apud antiquos in cornu mittebant teſſeras, moventesque fundebant. aut* fritillum pyrgum *dixit.* „ Ubi notes diſtingui inter *fritillum* & *pyrgum*. Et *phimum* a *fritillo* diverſum non ſtatui a Scholiaſta. primum bene: an alterum recte, dubito.

Erat praeterea aliud inſtrumentum, quod *pyrgo*, *Turriculae*; inponebatur, & dicebatur φιμὸς, κημὸς, ἠθμὸς. *infundibula* erant. & uſus eorum etiam in *urnis judicialibus* apud Graecos. φιμὸς proprie *camus capiſtrum:* unde φιμοῦν. item κημὸς. *camus*, *capiſtrum*. unde κημοῦν. ἠθμὸς erat proprie *colus. infundibulum.* porro ejusdem uſus fuiſſe κημὸν & ἠθμὸν patet auctoritate Heſychii & Schol. Ariſtophanis, quos advocat Caſaubonus ad Athenaeum Lib. X. Cap. XVIII. qui docet utroque modo *infundibulum* vocatum, quo calculi in κάδον vel καδίσκον fundebantur. Harpocration autem dicit φιμὸς ὁ καλούμενος κημός. ac κημοὶ una & φιμοὶ inter κυβευτικὰ σκεῦα memorantur Polluci L. VII. §. 204. φιμοῦ quoque facit mentionem Diphilus. ἔλκ' εἰς μέσον τὸν φιμὸν, ὡς ἂν ἐμβάλῃ. ubi mihi *pars turriculae* eſt, quae pro *tota turre* poni videtur. Phimum igitur, κημὸν, ἠθμὸν ita eadem eſſe inſtrumenta apertum eſt. at diverſa eſſe a *fritillo* vel inde patet, quia fritillus erat ſolidus ab una parte: cetera inſtrumenta pertuſa erant. inde apud Senecam *Aeacus jubet Claudium alea ludere pertuſo fritillo.* vide finem Apocolocyntoſeos. inde etiam patet diverſum a Pyrgo fuiſſe.

In re hac obſcura praemittenda duxi, quae ipſe de his cenſerem, eruditis obſervationibus Salmaſii,

Valeſii & Hydii aliorumque ſubnixus. nam ad haec licet multa blateret, ne unam quidem literam addidit eruditae lectionis Pavo. hoccine exſpectandum ab homine, qui dedita opera de his rebus ſcripſit? Sed videamus jam verſiculos noſtros. Haec cum Salmaſius omnium optime ſciret: nempe pyrgum & ἠθμὸν, ſive infundibulum illud eſſe diverſas res, in horum verſuum primo tentavit emendationem hac obſervatione ſubſultam. nam animadverterat quoque in fine ejus legi nullo ſenſu ψηφῖδας ἀριθμοῦ. quod quid ſignificet, nemo explicarit. niſi cum Pavone p. 12. ineptire velimus, & ἀριθμοῦ *numerorum calculos* interpretari, *calculos quibus inſcripti ſunt numeri, quorum nutu inſtituendus eſt ludus. ad diſcrimen calculorum, qui de loco in locum movebantur.* Sed Graecum puto Pavoninum, ψηφῖδες ἀριθμοῦ pro ψηφῖδες ἀριθμητικαὶ vel ἀριθμοὺς ἔχουσαι. nam ſi id jam Graecum eſſet, non *teſſeras* ſignificaret: ſed calculos, quibus numerabant olim, quos calculos *Legpenningen* vocarunt Majores noſtri. Obſopoeus vertit *numero.* ſed oſtendendum Graecos τρεῖς ἀριθμοῦ dixiſſe. *tres numero.* id enim cum volunt efferunt τρεῖς ἀριθμόν. quare Th. Hydius in Hiſtor. Nerdiludii §. VI. p. 45. melius legi putat ἀριθμῷ. his igitur animadverſis Salmaſius pag. 756. ex conjectura, ut ipſe ait, hunc locum emendavit hunc in modum.

> Τριχθαδίας ἀδέκητα βαλὼν ψηφῖδας ἀπ' ἠθμοῦ
> Πύργου δουρατέου κλίμακι κευθομένας.

ab ἠθμῷ εἰς πύργον dejecit. at quid ad haec Pavus? „ p. 90. illum ἠθμὸν vocans *obſcoenum infundibulum, faceſſat, faceſſat*, jubet, *quippe aeternis tenebris dignum.* & p. 87. *Nam tale vaſculum nemo memorat inter auctores antiquos, nemo, hercule, nemo. in loco tamen*

tamen Agathiae reperire potuit Salmaſius, legendo. ἀπ' ἠθμοῦ, pro eo quod omnes libri conſtanter praeſe-runt, ἀριθμοῦ.“

Verba inania haec omnia. nam inſtrumentum diverſum a pyrgo memorari aperte videmus a Sch. Juvenalis, & ἠθμὸν diverſum a πύργῳ, ut a καδίσκῳ. Videmus quoque aperte diſtingui ab Iſaacio & aliis τὸ ψηφοβόλον καὶ τὸν πύργον αὐτὸν Si ille iſta loca incruſtet (quamvis Scholiaſten Juvenalis non tangat) hoc nihil ad Salmaſium, qui certe tum non ſomniare poterat, temerarium adeo Grammatiſtam poſt ſeculum oriturum, qui loca ſana haec corrumperet. At quod dicat, *omnes libros ita conſtanter praeferre*: rurſus egregio documento eſt, quam aptus ſit Anthologiae edendae. egregio documento eſt, quam levibus argumentis ſaepe inductus falſiſſima adfirmet. nam tantum abeſt, ut in hanc lectionem omnes libri conſentiant, ut optima illa Palatina membrana, quae una non inſtar omnium eſt, ſed multis paraſangis poſt ſe relinquit omnes libros, qui adhuc eruditis innotuerunt, non modo longe diverſam, ſed tantum non Salmaſianam lectionem exhibeat. at forte fidem mihi abrogabit, ut Valeſio & Sirmondo, quando teſtati ſunt de viro teſſeras infundente e fritillo in pyrgum! at ſic res ſe tamen habet. me miſerum, ut os iſtud diſtorquet!

Τηνεσμῷ ὡσείπε δυσέντηρος ἀχθόμενος φώς.

Quid infelicem cruciemus porro! en lectionem Palatinam.

Τειχθαδίας ἀδίκητα βαλὼν ψηφάδα γὰρ ἰθμοῦ.

totidem punctis ita a me ibi lectum. imo ſic ibi quo-

que legit ipſe Salmaſius, ut mihi ex ejus collatione patuit. Jam quantum abit ἰϑμῶ ab ἠϑμῶ? nam per Ἰωτακισμὸν [qui jam octavo ſeculo, quo vel ſequenti codicem ſcriptum puto, ingruerat frequens] ἰϑμῶ pro ἠϑμῶ ſcriptum, & id pro ἠθμῶ. Saepe autem haec permutatio τ̃ ἰῶτα & ἦτα in ipſo hoc Codice occurrit. imo in ipſo hoc epigrammate. ibi enim ſcribitur contrario vitio ποικιλήτευχ☉. p. 89. exhibet πηδύει pro πιδύει. Sed forte hic locus cavillanti faverit. p. 96. igitur ſcribit, αἴϑειν pro αἴϑρην. niſi & αἴϑρεις invenerit Pavus, ut δέρεις pro δέρη in Ariſtaeneto L. II. Ep. 2. haec ſatis ad fidem Sirmondi Valeſiique,& emendationem Salmaſii vindicandam. quae ſi adhuc alicui videatur incertior, legatur ἀερθμῷ vel potius ἀριθμόν. quamvis mihi verſus fulciendi cauſa iſta vox modo adjecta videretur. Porro ad verſum ſecundum Pavus p. 12. ait. „*pro* κευθομένην *legendum eſſe* κευθομένας, *puer decennis viderit. nam praeter* ψηφῖδας *non eſt vox alia, quam participium* κευθομένας *commode reſpicere poteſt.*" hanc emendationem tacite Salmaſio ſublegiſſe non contentus, addit praeterea *pueri vident*. at quamvis haec lectio antea Scaligero, Salmaſio, Hydio, & nunc Pavoni (quod tamen apud me nullius ponderis eſſet) placuerit, ea procul dubio falſa eſt: & omnium Codd. revocanda eſt. κευθομένη. κλίμαξ κευθομένη. quia ſcala non videbatur, quae erat *occultata*, ut Obſopoeus. unde in Epigrammate Latino

Qui vomit internis *teſſerulas* gradibus.

κλίμαξ κευθομένη non poteſt aptius reddi, quam per *gradus internos: ſcalam internam.*

Atque ita ad ipſum epigramma profligatis, quae de ψηφοβόλῳ a p. 87 & ad 94 diſputavit ſtolidiſſime: imo ſubductis plurimis hypotheſi fulcris, cui ſyſtema ludicrum inaedificaverat nugaciſſime: ipſum libellum

bellum ſaltuatim percurremus. nam facile jam diſflabimus uno ſpiritu, ſi quid ineptiarum ibi nota noſtra dignari velimus. eſt enim argumentum leviſſimum a leviſſimo homine leviter admodum explicatum.

Sectio IV.

INdignatur Hadrianus Junius L. II. Animadverſorum C. IV. quoſdam ſcribentes poſt Eraſmum de talorum & teſſerarum ratione, *gloriolae aliquid adfectaſſe: cum tamen Eraſmi dictis vix tria quatuorve auctorum teſtimonia adfuiſſent.* Quam non Pavoni ſuccenſeret Noſtro Vir egregius, qui poſt ipſum, Eraſmum, Caſaubonum, Meurſium, Souterium, Salmaſium, Valeſium, Senftlebium & alios ſcribens de alea veterum *alios nihil vidiſſe in his adſeveret, & ſi non omnia, ſaltem pleraque ſe primo gnaviter detexiſſe glorietur,* (p. 33.) cum tamen illorum dictis, ne unum quidem, nedum tria vel quatuor auctorum teſtimonia adſuerit. id enim adfirmare non dubito, in toto libello non unum laudari veteris ſcriptoris locum, ad ludum aleae facientem, qui non fuerit jam in medium prolatus ab uno pluribusve horum: cum tamen nulla in literis materia ita exhauſta ſit, ut non aliquid novi adponi poſſit ab eo, qui theſauros antiquos bene excuſſerit. Gloriabitur tamen forſan, ſaltem explicationem Ludi Zenoniani ſuam eſſe. Atqui, praeterquam quod juſtiſſima dubitandi cauſa ſit, an illam methodum aſſecutus fuerit, propter illa, quae de numero XVIII in XVI mutando: de contorta vocis αὐτίκα interpretatione, & propter alia a nobis obſervata & obſervanda: iſta gloriola, ſiqua ſit, potius debita eſſet Claudio Salmaſio: qui re vera, ſi non omnia, ſaltem plurima hic primus vidit. nec mirum ta-

men, ſi nanus, Gigantis humeris inpoſitus, aliquanto longius proſpiciat. nam, Pave, tuam fidem, quid tu hic vidiſti, quod Salmaſius non vidit. ille p. 754. claris verbis ait, *Agathiam belle* Tričtraccum *antiquum in epigrammate antiquo deſcripſiſſe*: tu nobis perſuadere contendis eſſe notiſſimum apud nos ludum *Toccadille*. Credemusne tam infecundum Salmaſii ingenium fuiſſe, ut ſi nugax argumentum porro exſequi ipſi placuiſſet, ſpecioſioribus & majoris doctrinae adparatu fulgentibus rationibus nequiſſet vero ſimilius Lectori reddere, Zenônem luſiſſe *Trictraccum*, quam tu valuiſti nos convincere, ut *Toccadillo* vacaſſe credamus Imperatorem?

Quid porro alicujus frugis obſervas de vocibus Δίβος, Ἀντίγονος, de τετάρτῳ ἐκ πυμάτου loco: quod non Salmaſius obſervavit pag. 753. & vicinis? nam Ἀντίγονον ait decimum quartum locum obtinere, & ei oppoſitum eſſe Δίβον. ait, τὸ τέταρτον ἐκ πυμάτου eſſe *vigeſimum*. & tu ita. Sed longum eſſet ſingula comparare.

P. 27. Multis refellis explicationem Salmaſii de vocibus *adunatus* & Μονόχωρος, qui contenderat eum μονόχωρον & *adunatum* dici, *cui unus modo calculus ſupererat*. tu doces, *ad locum* unice reſpici. in eo non erras, laudemque ex parte tibi deberi fatemur: ſed primus hoc dixit Du Cangius in Gl. qui perſpicue ait. *Adunatus* μονόχωρος. *de* locis *in alveo ſeu tabula luſoria.*" verum adfirmas porro eum, qui omnes calculos amiſerat, dici μονόψηφον. At cum auctoritatem hujus dicti adduxeris, credemus. eousque commentitia res & vox haec in ea ſignificatione erit nobis.

P. 28. Ais, *eaedem Gloſſae alio loco per bene adunatus*, ἠθροισμένος. gloſſae Labbaei habent eodem loco; ſed ex diverſis gloſſis. Sed forte haberi innuis

in

in gr. gl. Labbaei. ſcribendum igitur fuerat ἠθροισμένος. *adunatus.*

P. 32. Ait aleo. *Quo facto Imperator infeliciſſimus tandem jecit* tria, quatuor & quinque: *quorum numerorum, cum ne unum quidem praeſtare poſſet, ad incitas redactus, adverſarium adgnoſcere debuit ſuperiorem, & luſus hoc jactu finitus eſt plane.*"

Ego *duo, ſex & quinque* ultimum jactum fuiſſe credebam. cui accedemus, Agathiae an Pavoni? qui hic plane abit ab auctore ſuo: & jactus fingit, quos numquam in hoc luſu Zeno jecit. quid dicemus? niſi Pavonis luſum tantum a Zenoniano diſtare,

Quantum Hypanis Veneto diſtat ab Eridano.

P. 38. Quae differit de loco calculorum, utrum *in ludo an extra ludum* conſtiterint, incertiſſima ſunt: & totum ludum incertum reddunt. quae autem ex iſtis ratiociniis deducit & concludit, nihil quoque certi habent. nam eodem jure negarim, quo ille adfirmarit. nullam enim auctoritatem adducit. argumenta autem omnia, ut dicunt Logici, ſunt *Petitiones principii.* Cum vero videat, vix credulos ipſi fore Lectores, p. 39. jurejurando fidem adquirere conatur. ait enim, *dejerare auſim locum ſecundum partis Abaci ſuperioris*, Δίβον *fuiſſe dictum.* Sed, Lector, non credendum eſt Pavoni, moneo, quando ita ſimpliciter jurat. Si adjeciſſet *mehercule*, vel *Di me perdant*, tum aliquam fidem poſſes habuiſſe: quamvis & ſic juratus ſaepe non dejeret, ſed pejeret.

P. 40. De origine vocis ἀντίγονος mira habet. non enim vult hic reſpici aliquem Regem Macedoniae Antigonum, quemadmodum jactus *Alexander* in talis dicitur: cui Senftlebius oppoſitum putat jactum Δαρεῖος Heſychio memoratum. vide Theſ. Gron. T. VII.

 p. 1156.

p. 1156. Sed fingit componi ex ἀντὶ & γωνίας, & idem eſſe cum ἀντιγωνὴς & ideo ἀντίγονον vel ἀντιγωνῆ, nam ita dictum unquam fuiſſe auctoritate Pavonina credendum, vocari, qui erat ἀντὶ τοῦ Δίβου. Δίβος in ſecundo loco Lateris dextri ſuperioris. Ἀντίγονος in ſecundo loco lateris dextri inferioris. tenes vim vocis Ἀντίγονος. „ *Nonne ipſa vox* Ἀντίγονος, ait, *id jubet manifeſto. ita ego ſentio, ita omnes ſentire debent, qui paula ſunt perſpicaciores.* Atqui ego ajo & omnes, qui ſenſum communem habent, ita ſentient, nugax hoc omne eſſe commentum. ubi enim ἀντιγωνὴς inveniſti? unde didiciſti ſignificare *oppoſitum alicui ex obliquo.* nam non e regione quidem Δίβος & Ἀντίγονος, etiam ſecundum te ipſum, ſibi opponuntur. Ἀντίχωρος tale quid ſignificare poſſet: ſi id vocabulum daretur, vel ἀντίστοιχος vel ἀντίτυπος.

P. 41. Non minus nugacia de voce Δίβος. nam cum Salmaſius Δίβος Latinam eſſe vocem, & Romanum Imperatorem deſignare docuiſſet: reputans homines ludendo ita Macedonem regem & Romanum quaſi Regem oppoſuiſſe. Pavo hoc commentum explodit. quia ſtultum foret mortuum Imperatorem Romanum oppoſuiſſe Antigono vegeto viventique. Quaſi vero leviſſimum hominum genus aleatores, ita ad rationis normam nomina impoſuiſſent jactibus teſſerarum & talorum, vel ſimilibus ludicris rebus. quamvis Pavo ſumma quaevis a lepore aleatorum exſpectare videtur p. 184. Quid ſi ego contendam, lepida corcula Julium Caeſarem Antigono oppoſuiſſe: & quia ille vulgo Divus audiebat per excellentiam, ita, brevitatis quoque ſtudio, dixiſſe: ſecuros, an umbrae Antigoni & Divi Caeſaris inter ſe bellum an pacem foverent.

Sed quid ipſe de voce Δίβος? ait ſignificare ἱερόν. at

at quis unquam talia fando audivit? ego Divum ſignificare putaram vel *Deum*, vel *ex Deo ortum*, vel *in Deos poſt mortem relatum. ſacrum* & *divum* idem eſſe numquam didici. at cur *ſacer* & *divus* hic locus dictus? „*propter inſignem exiſtimationem*, *quam apud omnes luſores in arte principes* (quorum ſcientiae & gloriae heres ex aſſe Pavo) *habebat*, & *commoda quae procurare poterat*, *egregia*. & *eodem modo* ἡ ἱερὰ γραμμὴ *in ludo Palamedeo*. non vidi magis. at dic Pavo, cur non ἱερὸν χῶρον vocarunt: imo cur non utrumque locum (Divum & Antigonum) ἱερᾶ χώρα nomine inſignierunt? cur vocem Latinam Graeci adſciverunt? vel ſi hoc placuit, cur non & pro *Antigonus* Latina voce uſi ſunt? Miſellus quippe *Divus* & *Divinus* pro eodem habet. miror tamen hoc argumentum non protuliſſe, & probaſſe ex neſcio quibus auctoribus. Nam ἱερὰν νόσον potuiſſet contendiſſe eadem ratione dici: qui morbus Latinis non modo *major*, ſed etiam *divinus* vocatur. Sed non ſufficit forte *Divus* ſignificare *Divinus*. debet ἱερὸς *ſacer* ſignificare. atqui illud idoneo aliquo Scriptore vel gloſſatore probandum. utinam Philoxenum, vel Cyrillum, vel aliquem ſimilem excitare e mortuis poſſet, qui tale quid ſcriberet. nam hominibus iſtis fides omni modo habenda eſt. at ἄρκτου παρούσης, φασὶ, τὶ ἐπιζητῶ τὰ ἴχνη?

P. 43. enim lego his meis oculis. „ Δῖβος *igitur* ὁ ἱερὸς, ὁ θεῖος, ὁ ἐκ θεοῦ, *ut vox Latina exponitur in Labbaei gloſſis.*“ Digitum labellis inpono (ut Pavo ait de roſeis illis ſuis labellis in Calabro L. XIII. 245) & ne hiſcere volo vel audeo. *Divus* in gl. Labbaei exponitur ἱερὸς! hoc ſufficit. victus manus do. utinam tamen amicus meus, cui commodavi iſtas gloſſas, non tam importune librum diutius praeſtituto detineret: ut inſpicere poſſem, annon & aliis

locis

locis haec egregia gloſſa confirmaretur. Puer, puer, quis pulſat fores? auſculta ſtatim. Bajulus librum adportans. Huc adferto illico. Commodiorem adventum, tempus non vidi. ſunt ipſae illae gloſſulae. En literam D. p. 59. *Divi* θεοὶ. p. 60. *Divos* θείους, ἡμιθέους. *Divum* θεὸν. (*divûm*) θεῶν. ha! ha! gloſſulam noſtram inveni. *Divus*. quid! *Divus*. θεῖος, ὁ ἐκ θεοῦ. c. θεῖος. o. adhuc video *Divus*. διὸς υἱὸς ἡρακλῆς. & praeterea nihil neque divorum neque divarum. quid hoc. an incantavit me Pavus, ut ne doctas gloſſulas legere poſſim, & ſibi vocem ἱερὸς ſoli obſervavit, ut nemo poſtea obſervare eam poſſit? Quid dicam neſcio. imo ſcio. peſſima fide peſſimum hominem in ſuam rem hic finxiſſe gloſſam, quae numquam exſtitit, vel exſtabit. En facinus vere quantum in literis committi poteſt! En flagitium incomparabile, non viro erudito tantum, ſed viro ingenuo omnino indignum! nonne tibi dixi, Lector, fidem hominis eſſe, qualis ejus eruditio? nonne praefatus fui, Lector, mihi cum fraudulento aleatore rem eſſe? & Graeculus hic ſine praede vel pignore paſſim fidem haberi ſibi poſtulabit!

Sequitur ſtatim, Ἀντίγονος ὁ ἀντάξιος. ὁ ἀντίθεος, ne gloſſam putes: vel ſaltem Pavoninam, id eſt fictam & falſam. ubi enim Ἀντίγονος ἀντάξιος ſignificare didicit? hoc emblema forte huc tranſtulit e commentario ſuo de *Nominibus propriis*. qui liber ubi prodierit, cedendum erit Becano cum ſua nugivendorum cohorte.

P. 44. 45. 46. Commenta Pavonina habentur, ex quibus ne unum quidem probare poteſt.

P. 47. De Antigoni jactus poteſtate, omnia ex porta eburnea, ita ſim felix.

P. 48.

P. 48. 49. 50. Quae dicuntur, item ſomnia.
P. 51. Hic locus Heſychii torquetur.

Πεσσὰ πεντέγραμμα καὶ κύβων βολάς.

Σοφοκλῆς Ναυπλίῳ Πυρκαιεῖ, παρ' ὅσον πέντε γράμμαις ἔπαιζον. διαφέρει δὲ πεττεία κυβείας. ἐν ᾗ μὲν γὰρ τοὺς κύβους ἀναῤῥιπτοῦσιν. ἐν δὲ τῇ πεττείᾳ αὐτὸ μόνον τὰς ψήφους μετακινοῦσι. Non placet Pavoni, ut in Palamedeo ludo teſſeris nullus fuerit locus: & omnis res arti & dexteritati luſoris permiſſa fuerit, non fortunae. nec credit ita ſe res habere teſtimonio unius hujus Grammatici." *qui ſi ita locutus eſſet, omnium bipedum ſtupidiſſimus fuiſſet, & linguam ſuam non intellexiſſet.* p. 57. proinde locum emendat & legit pro αὐτὸ μόνον, κατὰ νόμον. *nam* αὐτὸ & κατὰ *ob compendia literarum facile miſcuerunt librarii.* κατὰ νόμον *ex praeſcripto. nam ubi de alea ſermo eſt, ipſa teſſerarum imperia ſic pulcre vocari poſſunt, & a viro Grammatico vocata ſunt.* (id de quo ambigitur.) *Erunt, qui me audaciores* (vix credo dari) *in iſto Heſychii loco repoſituri ſint* κατὰ βόλον." utraque conjectura amandanda eſt in Morboniam. nam non unum Heſychium abrogare Palamedi τὴν κυβείαν. *teſſerarum ludum*, & modo tribuere *calculorum inventionem*, edoceri potes a docto Pollucis Interprete L. IX. C. VII. §. 97. & Th. Hydio Hiſtoria Aleae §. 11. p. 111. Suſpectum tamen merito habet iſtud αὐτὸ μόνον. quare forte minima mutatione, priſcaque ſententia legi poſſet αὐτονόμως vel αὐτονόμους. αὐτόνομοι ψῆφοι. *quae reguntur, moventur ad calculorum proprias leges: non ad arbitrium numerorum in teſſeris.* Si Pavoniſſare vellem, adjicerem, correctionem hanc habere *ſingulares Veneres & certiorem eſſe illis, quae ad Sagram.*

P. 54.

P. 54. „ *Ne dubites Lector, audacter tibi adſeveramus, calculos, qui ſola arte moventur, & nihil metuendum habent a teſſerarum arbitrio caeco, numquam apud Graecos dictos fuiſſe* πεσσούς. *qui aliter ſentiunt, cedant mihi auctoris probati locum, herbam illis porrigam lubens.* An Pollux probatus Auctor eſt, Pave? ille loco laudato excludens teſſeras, aperte dicit ψῆφοι μὲν εἰσιν οἱ πεσσοί. Sed tu locum illum incruſtas: uti alia quoque Euſtathii & aliorum: qui eodem modo loquuntur. Grammaticum noſtrum inde hoc decreviſſe puto: quia παρὰ τὸ πεσσεῖν, πεσοὶ (ut J. Gronovius edidit in Herodoto) vel πεσσοὶ dicuntur. Sed longe audaciores ἀκυρολογίαι paſſim occurrunt. ψῆφοι & ψηφῖδες proprie *calculi:* illi tamen pro κύβοις paſſim veniunt. cur non πεσσοὶ pro ψήφοις· & aperte ita Heſychius πεσσός. οὕτω ἐκάλουν τὰς ψήφους, αἷς ἔπαιζον. ut recte poſt Salmaſium animadvertit Alex. Politus ad mox laudandum Euſtathii locum, ubi multa conſtipavit huc facientia, ſed quibus ad Euſtathium carere potueramus. ut adeo, quod iſte audacter aſſeveravit, ego timide adhuc credam: imo non credam omnino. nam non manifeſtius teſtimonium dari poteſt ſignificationis τοῦ πεσσὸς *calculus*, excluſis κύβοις *teſſeris*, quum hoc Herodoteum Lib. I. Cap. 94: ἐξευρεθῆναι δὴ ὦν τότε καὶ τῶν κύβων, καὶ τῶν ἀστραγάλων, καὶ τῆς σφαίρης, καὶ τῶν ἄλλεων πασέων παιγνιέων, πλὴν πεσσῶν. videsne πεσσοὺς ſeparari a κύβοις, & ſignificare *calculorum* ludum *ſine teſſeris:* qualis ludus *Dominarum & Scachorum* eſt? Sed iſtum locum etiam inquinat Harpyia Critica, dum πεσσοὺς non *calculos*, ſed *calculos teſſerarios* vertendum jubet. non tamen paremus imperio. Herodoti verba aliud jubent.

P. 58. Philoſtrati locum H. Junio L. II. Anim. C. 4. p. 356. vel Hydio ſubduxit.

P. 59.

P. 59. Euſtath. Il. B. p. 228.

Οὐ λιμὸν οὗτος τὸνδ᾽ ἀπῶσε, σὺν Θεῷ
Εἰπεῖν, χρόνου τε διατριβὰς σοφωτάτας
Ἐφεῦρε, Φλοίσβου μετὰ κοπὴν καθημένοις,
Πεσσοὺς, κύβους τε, τερπνὸν ἀργίας ἄκος.

φλοίσβου κοπὴ recte poſt Salmaſium & alios obſervat non poſſe dici; & Hydium, qui *praeruptum maris* ſive *ripam* interpretatus fuerat. p. 110. de Hiſtoria Aleae, *perquam inperite* feciſſe ait. Claud. Salmaſius κόπον emendat. quid Pavo! ille τροπὴν. quae ſuſpicio exſibilari non mereretur, niſi barbara eſſet. praeſtat Salmaſiana correctio. quae tamen in hanc epicriſin incurrit. „*An* laborem *adſcripſit ipſis fluctibus & operam; quam navare debebant illi, vocavit* φλοίσβου κόπον? *id nimis certe ridiculum foret. & tamen ſunt, qui virum eruditum ita ſenſiſſe putant. Sed illorum nugas non moror.*“ poſtea tamen interpretatur φλοίσβου κόπον. *laborem inpenſum mari*, & ſecretum horrendum enunciat de σημασίᾳ παθητικῇ hujus genitivi. praeſtitiſſet hanc φλυαρίαν omiſiſſe, & obviam locutionem, quoniam tamen in controverſiam cadebat, exemplis illuſtraſſe. An non legit apud Virgilium Aen. L. V. 617.

Taedet pelagi perferre laborem?

An cum Theocritus ait Idyll. II. 80.

Ὡς ἀπὸ γυμνασίοιο καλὸν πόνον ἄρτι λιποῦσι.

aliquis adeo fatuus erit, ut ipſius *Gymnaſii laborem* intelligat, non *laborem in Gymnaſio exercentium?* quid *pelagi metus*, *maris pericula!* an non unusquiſque

quiſque accipiet, *metus*, *pericula*, quae *a mari* injiciuntur, etſi non admonentur de σημασίᾳ παθητικῇ? quantum eſt ſapere!

P. 61. Nova temeritatis & ἀμαθείας ſpecimina dat in hoc Scholiaſtae loco ad Euripidis Oreſtem vs. 432. (quem ſuffuratus eſt interpreti ad Pollucem L. VII. §. 97.) ὁ δὲ Παλαμήδης ἀπελθὼν εἰς Τροίαν τὰ μέγιστα ὤνησε τὸν ἑλληνικὸν στρατόν. λιμοττόντων γὰρ ἐν Αὐλίδι, καὶ περὶ τὴν διανομὴν τοῦ σίτου δυσχεραινόντων τε καὶ στασιαζόντων, πρῶτον μὲν τὰ φοινίκια διδάξας ἦγεν αὐτοῖς, ἴσην καὶ ἀνεπίληπτον τὴν διανομὴν ἐπραγματεύσατο. ἔπειτα καὶ περὶ κύβους ἔτρεψεν αὐτῶν ὀλιγωρίαν. καὶ μέτρα ἐξεῦρε, καὶ ψῆφον, ὥστε μέγα σχεῖν ὄνομα παρὰ τοῖς Ἕλλησι. Primum hic pro φοινίκια ſubſtituit χοινίκια. nam ait χοῖνιξ *menſura* eſt. χοινίκιον diminutivum. haec ita ſe habere inficias ire nequimus. Sed an χοινίκιον umquam inveniatur in diminutivâ forma pro *menſura*, valde dubito. cum enim χοῖνιξ *duos ſextarios* capiat: ſi dicas χοινίκιον forte *ſextarium* capiet. At tum vocabitur ἑκτεὺς. deinde quid χοινίκιον ad frumentum militibus dividendum. in primis vero probandum eſſet, χοίνικα vel χοινίκια poni ſolere pro *menſuris in genere*. Sed homo ineptit. φοινίκια hic nihil aliud ſignificant quam *literas*. vide Heſych. & id mox alius Schol. ad eundem locum ait. ὁ Παλαμήδης λέγεται εὑρηκέναι Ι' γράμματα μήπω. τότε ὄντα. ita commercio literario facilius reddito, facilius quoque commeatibus proſpexit, ſingulis ſuam adſignans portionem. Pavus autem his ineptiis alias non minus inſulſas addit. nam hic *menſurarum* mentione intruſa, vidit verba, quae ſequebantur καὶ μέτρα ἐξεῦρεν eſſe ſuperflua, & ita has duas periodos una non poſſe conſiſtere. quid! ſolita ſua περιεργείᾳ & hunc ſaniſſimum locum tentat, & legendum pronunciat καὶ ἕτερα ἐξεῦρε καὶ ψῆφον. at quis ita loquitur, ut ἕτερα in principio periodi ponat! ſi dixiſſet καὶ φοινί-

κια

κια ἐξεῦρε καὶ ψῆφον καὶ ἑτέρα, illud concoquere poſſem. quamvis Ammonius & Thomas Magiſter male me haberent, qui ἕτερος ἐπὶ δυοῖν, ἄλλος ἐπὶ πολλῶν τάττεσθαι docent. Sed haec nec ipſi Pavoni placuerunt diu. Nam mox rurſus ſuſpicatur, verba eſſe leviter transpoſita. optimè legeretur ipſo judice. ἔπειτα καὶ περὶ ἕτερα ἔτρεψεν αὐτῶν ὀλιγωρίαν, καὶ κύβους ἐξεῦρε καὶ ψῆφον. I nunc, Lector, & nega Pavoni ingenium & acumen criticum: qui tot abſurda ad unicum locum adcumulare noverit. ne loquar de inepta Heſychiani loci interpretatione: ubi forte legi poſſet αἱ ἀπομετρούμεναι τροφαί. videatur Euſtath. Od. T. pag. 1853. id addam, me male habere in loco Scholiaſtae illud ἦγεν αὐτοῖς.

Quae pagg. 65. 66. 67. 68. differit de linea ſacra ἱερᾷ γραμμῇ, contendens eſſe *unam ex quinque lineis:* non ſunt unius aſſis. nam re vera fuit una, ſed tamen diverſa a quinque lineis. illa currebat media inter lineas, quae ab utraque parte quinque erant. ut adeo undecim lineae in tabula. Sexta linea erat media inter undecim. Id apertum, ut mihi videtur, ex Pollucis Lib. IX. 97. Τῶν δὲ πέντε τῶν ἑκατέρωθεν γραμμῶν μέση τις ἦν ἱερὰ καλουμένη γραμμή. nam ſi voluiſſet indicare unam ex quinque eamque mediam eſſe ἱερὰν γραμμὴν, ſcribendum eſſet. ἡ δὲ τῶν πέντε γραμμῶν μέση ἣν ἡ ἱερὰ καλουμένη γραμμὴ, omiſſo vocabulo ἑκατέρωθεν. apertius Euſtathius Od. A. 1397. Τοὺς δὲ πεσσοὺς λέγει ψήφους εἶναι πέντε, αἷς ἐπὶ πέντε γραμμῶν ἔπαιζον ἑκατέρωθεν, ἵνα ἕκαστος τῶν πεττευόντων ἔχῃ τὰς καθ' ἑαυτὸν . . . παρετείνετο δὲ δι' αὐτῶν καὶ μέση γραμμὴ, ἣν ἱερὰν ὠνόμαζον. poſſuntne dari verba magis perſpicua, unde conſtet *lineam ſacram* diverſam fuiſſe a quinque illis, quae ab utraque parte tabulae erant? παρετείνετο ait. Quo modo hunc nodum ſolvat, imo ſecet, jam audi. ait Euſtathium hoc annotare *ex Voluſii*

 chartis

chartis & bis turpiſſime caeſpitare. Scilicet Euſtathium hic non accuſare poteſt erroris. Nam ille laudat auctorem ſuum τὸν τὰ περὶ Ἑλληνικῆς παιδιᾶς γράψαντα. qui ſcriptor, quantum ſcio, nomine quidem ignotus nobis: ſed procul dubio aliquot ſeculis Euſtathio antiquior fuerit, & proinde Graecos forte tabula Palamedea ſaepe ludentes viderit: imo ipſe luſerit. Quodnam igitur inpudenti iſti audaciae fraenum injici poteſt, cum tale teſtimonium, ceu ex C . . *chartis* petitum, ita ſecure rejicere audeat! nihil reſtat profecto, quam ut hominem Malae Menti relinquamus. Quid porro! ut haec evidentia loca refellat, unum locum ex E. M. alterum ex eodem Euſtathio praemittit, in quibus habetur, ἐπὶ πέντε γραμμαῖς τὰς ψήφους ἐτίθουν, ὧν ἡ μέση, ἱερὰ ἐκαλεῖτο. & e dubiis & ambiguis certa refutare adgreditur. nam ſi haec loca modo exſtarent, ſane in utramque partem diſſeri poſſet. Ex hac Pavonis ſententia praeterea ſequitur, non unam ἱερὰν γραμμὴν eſſe, ſed duas. quin eas non veretur in Schemate exhibere. quo ſane nihil exoletius vel inficetius. nota Pollucem dicere τὶς. indefinite: quaſi ipſe minus haec accurate ſciret. ſtultitiam igitur debent, qui tanta cum confidentia de talibus ſcribunt hodie.

P. 68. Alterum ex illis erroribus dicit eſſe, *quod luſorem victum ad lineam ſacram, tamquam ad ſacram anchoram, confugiſſe ſcripſit, & paroemiam notiſſimam ita peſſime temeravit.* bona verba quaeſo, o Copriaee, nec ita contumelioſe hunc, quicunque ſit, tribulem tuum habe. nam κινεῖν τὸν ἀφ' ἱερᾶς, λίθον δηλαδὴ, ἐπὶ τῶν ἀπεγνωσμένων καὶ ἐσχάτης βοηθείας δεομένων. *ab deſperantibus & ultimo auxilio indigentibus hunc motum calculum* dicit. at ipſe quid dicis p. 79? „ *Quare moto calculo lineae ſacrae periculum erat praeſentiſſimum, & luſor, qui calculum iſtum movebat,*

bat,

bat, faciebat re vera, quod extremum erat in hac alea." has interpretationes ſenſu differre non video. at videor diverſitatem videre quandam, quando Pavo dedita opera ἀπεγνωσμένος vertit *victus*. nam *deſperatus*. *in anguſtiis conſtitutus* vertendum erat. & quis umquam aliter hanc paroemiam accepit, quam ut ea ſignificaretur homo, qui omnia, etiam periculoſa tentat, ut ſeſe ex extremis liberet, & voti compos fiat. videatur decus Batavorum in hac paroemia. male quoque ait ſcriptorem illum de luſibus Graecis dicere ad lineam ſacram, *tanquam ad ſacram anchoram confugiſſe*, nam nec vola, nec veſtigium hujus locutionis in Euſtathio. Sed Suidas re vera ait. Κινήσω τὸν ἀφ' ἱερᾶς] τοῦτο ἐπὶ τῶν τὴν ἐσχάτην βοήθειαν κινούντων τέτακται. ἐκ μεταφορᾶς τῶν ναυτῶν, οἱ τὴν βοήθειαν εἰς τὴν ἱερὰν ἄγκυραν ἔχουσιν. ἢ ἀπὸ πεττευόντων, παρ' αὐτοῖς γὰρ κεῖται, ψῆφος ἱερά. ad quem locum doctiſſimus Kuſterus recte animadvertit errare Suidam, cum de *anchora* cogitet *ſacra*: & cetera breviter, ſed longe magis perſpicue, quam noſter verboſus aleator, explicat. Non ſolus Suidas autem hic cogitavit de metaphora a re nautica. nam Sch. Theocr. VI. 18. ait πάντα κάλων κινεῖ καθελκύσαι πρὸς τὸ ἑαυτῆς ἔρωτα. reſpiciens ad paroemiam σείειν πάντα κάλων. quae dicitur de enixe omnia agentibus. videatur Anthol. L. I. C. 67. p. 95.

A p. 69 ad p. 79. quae habentur, ad Palamedeam tabulam diſputantur. omnia autem neceſſario ſunt vaniſſima, quia *ſacram lineam* recte collocare neſcivit. ut ex Euſtathio & Polluce patuit.

P. 79. Multis & intolerabilibus convitiis exagitat ignorantiam & audaciam Salmaſii, qui in loco Alcaei, ubi apud Euſtathium ſcribitur ad Odyſſ. A. 1397. (Pavus videtur Baſ. Ed. laudare) κινήσας τὸ πείρας πυκινὸν λίθον. legendum contenderat, τὸν ἀφ' ἱε-

ρᾶς λίθον. quid tamen probabilius, quam in *πείρας* latere *ἱερᾶς*. Sed obſtat locus ejusdem Euſtathii Il. Z. 633. ubi legitur *κινήσας τὸν πήρας πυκινὸν λίθον*. ubi additur, *κωμικευσάμενος ἐκεῖνος, ἀντὶ τοῦ ἱερᾶς*. unde patet Euſtathium legiſſe *πείρας* vel *πήρας*. utrum igitur *πείρας* an *πήρας* legemus! Pavus *πείρας* adſumit: „*Scis*, ait, *quid πείρας ſit: huic ſemper obſtrictus erat calculus ſacer* (nota jam calculum ſacrum: non lineam) *quare venuſte dicitur primo πείρας λίθος. Jam vero numquam ſubibat periculum illud ſuum, niſi ſumma neceſſitate coactus: Et eo reſpectu non minus venuſte dicitur λίθος πυκινός. alterum autem πήρας λίθος ridiculum eſt & nimis comicum*" Profecto

Τὸν ἐγκέφαλον, Ταῶ, σεσεῖσθαι μοι δοκεῖς.

nam Euſtathius aperte dicit Alcaeum *κωμικευσάμενον* hoc dixiſſe. tu quia *ridiculum* hoc dictum, nimis Comicum putas. an igitur valde ridicula in comoedia locum habere negabis? & nobis fatuas ineptias tuas pro Attico ſale propinabis? *πήρας λίθος* elegantiſſime dicitur quaſi *πτωχοῦ λίθος*. *πήρα* enim *mendicorum*. unde *πήρα πτωχοῦ οὐ πίμπλαται*. *ad incitas: ad extrema: ad peram redactus erat, qui ſacram lineam tangebat.* notiſſimus Homeri locus in Odyſſ.

Ἀμφ' ὤμοισιν ἀεικέα βάλλετο πήρην.

πυκινὸς λίθος. *prudens calculus* audit: quia *ſapientiae* & *prudentiae* non raro *paupertas* invenitur *magiſtra*. quo illa Graecorum & Latinorum Sapientium dicta apud Rotterodamenſem.

Ἁ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει.

&

Πολλῶν ὁ λιμὸς γίγνεται διδάσκαλος.

&

&

Hominem experiri multa, paupertas jubet.

„ *fateor, nibil venuſtius, nibil lepidius excogitari poteſt. quare ego Pavoni, mehercule, ſuccenſeo, qui iſtas elegantias nobis extorquet, & pro* τὸν πήρας πυκινὸν λίθον *audacter reponit* τὸν πεῖρας πυκινὸν λίθον : *apage, apage diram obloquendi libidinem, cum ſumma ignorantia conjunctam.*" quamvis non ita meam interpretationem amo, ut non lubentius fere in ſententiam Salmaſii eam, ſtatuamque, Euſtathium vitioſa ſcriptura deceptum, quod ei non ſemel accidiſſe norunt eruditi, hic comicum jocum fruſtra quaeſiviſſe. Pavo falſos porro eſſe ait, qui hoc fragmentum Lyrico adſcribunt. nam procul dubio eſt Comici. eo pertinet Euſtathii κωμικευσάμενος. non obloquor: imo verum puto. ſed addere potuiſſet ad firmandam ſuam ſententiam Alcaeum Comicum laudari etiam ab Euſtathio Il. H. p. 1571. Ἀλκαῖος ἦν ἐκεῖνος ὁ κωμικός. Quod enim de metro Ariſtophanico garrit, nihili eſt. nam provoco Pavunculum, ut haec Alcaei verba. Νῦν δ᾽ οὗτος ἐπικρεκὲς κινήσας τὸν πεῖρας πυκινὸν λίθον. niſi transponat & immutet, ulli metro Ariſtophanico adaptet quin excute Alcaei Lyrici fragmenta, & magis adſimilia inter ea offendes. quae de H & EI habet, fatua ſunt. alioquin ſane dedita opera has literas inter ſe commutatas legimus apud Scholiaſt. Ariſtoph. Plut. vs. 589.

P. 82. Euſtathius p. 1397. agit de loco Platonis in Φαίδρῳ. pag. 274. ubi dicuntur Aegyptii inveniſſe πεττείας καὶ κυβείας: quae alioquin Palamedi tribuuntur. at Interpretes Platonis ita haec acceperunt, ut Philoſophus non intellexerit τὴν παρ᾽ Ἕλλησι πεττείαν, ἀλλὰ τὴν τοῦ λεγομένου πεττευτηρίου. hic aqua haeret

 Noſtro.

Noſtro. „*Nam*, ait, *luſus*, *quem in* τῷ πετλευτηρίῳ *ludebant Graeci*, *vera reapſe erat* πετλεία. *quomodo igitur verum eſſe poteſt*, *quod Epiſcopus Theſſalonicenſis ſcribit?* primo adſeverat πετλευτήριον & τάβλαν idem eſſe: quod probandum erat. deinde ita haec conciliat, ut Euſtathius ſcripſerit πεντεῖαν. πετλεία enim quaſi πεντεία, quia πέντε ἐν γραμμαῖς ἔπαιζον. at, praeterquam quod iſta etymologia ſit nugax, locus eam emendationem non ſuſcipit. nam ſi legas πεντεῖαν, eadem vox neceſſario intelligenda mox in ἀλλὰ τὴν (nempe πεντεῖαν) τοῦ λεγομένου. & ſic eadem difficultas manſerit. deinde ſi ita legas, verba παρ' Ἕλλησιν erunt ſuperflua. Si veteres hi ὑπομνηματισαὶ Platonis conſuli ipſi poſſent, forte haec magis nobis perſpicua eſſent. At non magno cum damno plurimas ex his nugas ignoramus.

P. 84. Nos docet „ *Quod hactenus nemini intellectum.* nempe quomodo ἐπραγματεύοντο οἱ Αἰγύπτιοι τὰ ἐλλειπτικά.“ *nempe duo calculi hoſtiles*, *qui inter colluſoris calculos collocabantur medii*, *pulcerrimum erant* τοῦ ἐκλείψεων (ſic) *ectypum.* „visne“ *aliud*, Lector, *quod etiam nunc Critici noſtri nares ferit?* Κινήματα τοῦ ἡλίου *adumbrata*, *quia ludentes in orbem ludebant* &c. „ ὢ τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν. ita una tenemus, quae ſint τὰ ἐλλειπτικά.

At, ſi liceat, prius tamen purpuram Canonici noſtri deveneratus, lubenter rogarim, unde *Euſtathium Epiſcopum Theſſalonicenſem* fuiſſe ſciverit. nam adhuc Μητροπολίτης ſive *Archiepiſcopus* ejus urbis omnibus audiit. quin in ejus autographis hic titulus ipſi vindicatur Florentiae & Venetiis, ſi bene memini. an forte aliquo facinore incurrit in Eccleſiaſticam cenſuram, & ad minores ordines detruſus fuit! Scio quidem eum ſaepe longe *ineptiſſima notare* (p. 67.) ſcio *cum indoctis grammaticis* veteribus ſaepe

ſaepe *indocte agere* (p. 79.) Scio plura eſſe ejus ἁμαρτήματα μνημονικά. Scio denique *loquaciſſimum hominem* fuiſſe (p. 146). ſed tamen haec non ſatis gravia delicta, ut praeſul ſede Archiepiſcopali dejiciatur. An forte Canonicus noſter Irregularis ſimultates quasdam fovet cum Graecae Eccleſiae Antiſtitibus! nam ut miſerum Arſenium, item Archiepiſcopum, excoriarit, meminimus adhuc. quicquid ſit, ego in poſterum quoque ut Archiepiſcopum venerabor, & pluris faciam, quam decem millia Pavunculorum.

P. 85. Poſt Meurſium & Salmaſium agit de voce κάσος vel κάοσος. & dum plagiarius non videri quaerit, non unum furtum committit. Nam ait „*Athenaeus in Mechanicis a Meurſio citatus*. at non ſolummodo Athenaei, verum etiam Heſychii locus ibi adducitur. & mox loca illa ex gloſſis p. 85. ſubduxit Du Cangio. at quod plus eſt totam ſententiam de voce κάσα pro κάσος ſcribenda ſublegit eidem. en verba doctiſſimi Viri. „*Sed credo per hanc vocem* κάσος *vel* κάοσος *intelligi* caſas *vel* caſulas, *ut etiam nunc dicimus, loculamenta ſcilicet calculorum in tabula. ſive vox Graeca a voce* caſa *ſit deducta*. in eo ſolummodo modeſtia Du Cangii eminet, quod ita intelligendum autumat, non ſcribendum jubet: quod ſtulte contendit Pavo, cum tot loca in ſcripturam κάσος conſentiant. Eadem pagina, quae de κασαλβὰς notat, ipſis κασαλβίοις digna. vox procul dubio ejusdem ex parte originis, qua κασωρὶς. κασαυρὰς. quae idem notant, quod κάσση. unde compoſita videntur Lexicographis: & forte non male. κάσση πελιὰς ex Alexandra Lycophronis vs. 131. notum. animadverte hic porro ignaviam hominis, qui cum vicies forte vocem ψηφοβόλον adhibeat, ne ſemel quidem ejus orthographiam obſervarit. Semper ψηφόβολον & ψηφόβολῳ, & ψηφοβόλια. ab aliis tamen etiam ψηφόβο-

λον ſcribitur: ſed ad formam ꝗ λαγωβόλον exigendum. Sane accuratiſſimis ſemel bisque in talibus negligentioribus eſſe contingit: ſed quis tam pertinacem ſocordiam ubique ferat!

P. 89. Contendit, *Si per infundibulum teſſerae eſſent injectae pyrgo, illas non per gradus pyrgi in fundum tabulae poſſe exire. nam iſto operculo os pyrgi obſtrictum fuiſſet?* vidiſtine aliquid anilius? per *colum* vaſi ex. gr. infunditur vinum: etſi jam in fundo vaſis eſt foramen, vinum effluere nequit ſecundum Pavonem. Teſſerae infunduntur per ἠθμὸν ſummae orae pyrgi: ergo per imam oram exire non poſſunt in tabulae fundum. Arcadius Gramm. ait, κημός. τὸ ἐπιθέμενον ἐπὶ τῇ ὑδρίᾳ ἐξ ἧς αἱ ψῆφοι φέρονται. ſi pertuſa fuiſſet urna judicialis, an calculi non excidiſſent? non vidi magis. Crediderim mehercule, ubi talia paſſim lego, cerebri, ſi quod habet, fibras & totam ſtructuram homini aliter eſſe conformatas, quam ceteris: indeque plane oppoſitas oriri ἰδέας rerum: ut ipſi rotunda videantur, quae omnibus aliis quadrata eſſe cenſentur, & contra.

Quod porro ψηφοβόλον mutat in ψηφοβόλιον, pro ſumma ſua ignorantia & audacia id facit, cum ψηφοβόλον in tot locis legatur. *Ipſa pervicacia ſcripturae eum deterrere debuiſſet*, ut ad Horap. p. 294. rhetoricatur ipſe.

P. 91. 92. Suſpicatur illud ψηφοβόλον *fuiſſe vaſculum, cui ſeptem grana injiciebant, ut, poſtquam ſepties luſerant, rationem inirent.* at ſtultum eſt talia fingere: cum de tota re, nedum de numero illo ſeptenario, altum ſit ſilentium. mox illud ab ipſo fabricatum ψηφοβόλιον denotabit *loculum, in quem ψῆφοι conjiciuntur*. at & illud ipſe agnoſcit eſſe *commentum ſuum*. Ideoque ad humanitatem Lectoris provocat. ſcilicet Lector huic ab omni humanitate in omnes alieniſſimo

mo paedagogo humanitatem aliquam debet, vel praeſtabit! eodem jure lupus vel urſa e ſilvis humanitatem a paſtoribus poſtulet.

> Ἡμᾶς δὲ πάντας θαῦμα λαμβάνει μέγα,
> Τονδὶ τὸν ἄνδρα μὴ γλυέσθαι θηρίον,
> Ψυχὴν λαχόντα καὶ ἅπαντα θηρίου.

Quin hoc commentum non totum Pavonis: ſubductum rurſus Du Cangio: & quod ille de voce κάσος dicit, hic de ſuo ψηφοβολίῳ garrit. „κάσος ſive κάψος. *quaſi ſeptum fuerit, quo calculi collocabantur*" ait Du Cangius.

Mox dexterrimus Mechanicus explicat nobis τὰ ἑπτὰ κοκκία. *ſeptem illa grana, planetas ſeptem repraeſentantia*, & ſuſpicatur eſſe teſſeras tres & quatuor talos. quae grana condebantur in illo ψηφοβολίῳ. o incredibilem ſtuporem. agitur hic de ludo Palamedeo: & tamen inferſit hic *Talos*. quid *talis* cum Abaco Palamedis, Morio! quis teſſeras & talos κοκκία, *pilulas*, *grana* vocavit? Cur ſecundum te τὰ κοκκία non κύβῳ ῥιπτάζονται, ſed πύργῳ? neſcio an umquam magis ἀσύστατα iſta inproba bucca effutiit! quantum praeſtabat has nugas vel non tangere, vel ignorantiam in his profiteri legitimam!

P. 95. Πλιντίον & Διαγραμμαλισμὸν utrumque reſpondere *Dominarum* ludo non dubitat. nec dubitavit Salmaſ. p. 738. Saltem de ultimo. „ *nihil aut parum diſtabat a noſtro dominarum joco.*" ſcilicet Salmaſiana auctoritas vacillaſſet, niſi Pavonina acceſſiſſet.

P. 97. Pollux. L. IX. c. VII. §. 99. Πανδιονίδα πόλεως βασιλέως τοῦ ἰελβώλακος, οἴαθ᾽ ἣν λέγομεν, καὶ κύνα καὶ πόλιν, ἣν παίζουσι. ita Cod. meus. niſi quod ἰελβόλακος οἴαθην. nihil de quiſquiliis dicam, quas ad

hunc

hunc locum converrit. unam elegantem obſervatiunculam ridere ſolummodo lubet. nam ad vocem Πανδίων, *rex Athenarum*, ait: „*fors unum ex potentioribus ita adpellavit per riſum & jocum, ipſoque nomine alluſit ad* Πᾶν δίων. omnia abigens; *cui pulcre ſcilicet ὁ κύων faciem* (Pavoninam) *obvertit, & fauces ſuas inprobiores.*“ mihi ſane non fieri poſſe videtur, Lector, ut aliquis, cui mens ſana in corpore ſit ſano, haec plus quam fatua literis mandare non erubeſcat.

P. 100. Palamedem & Zenonem vexare deſinit. nunc in genere aliqua ad aleam facientia, ut viris doctis perperam & indocte expoſita, ipſe non humanae ſcientiae ſuae radiis illuſtraturus eſt. tentemus an in umbra ſublimis aquilae hujus volantes vim tantae lucis tolerare valeamus.

P. 103. Igitur diſceptat de paroemia Μίδας ἐν κύβοις εὐβολώτατος. ita editur in Proverb. Vatic. Append. II. 69. apud Suidam legebatur. Μίδας κύβου ὄνομα εὐβουλοτάτου. Μίδας ὁ ἐν κύβοις εὐβουλότατος. ſed ubi Kuſter. ex Cod. Pariſienſi εὐβολωτάτου & εὐβολώτατος correxit. Scottus praeterea obſervat, inde εὐβουλίτατος arreptum fuiſſe a librariis, quia hoc proverbium apud Εὔβουλον ἐν κυβευταῖς occurrit „*Sibi unice abblandiri* (nota vocem *abblandiri:* ait enim Faber meus, *vulgus ſaepe utitur abſque auctoritate:* abſit, abſit tamen, ut Pavus aliquo verbo utatur *plebejo*. potius re vera nobile vocabulum crediderim: vel, ut a Pavone natalibus reſtitutum, in poſterum receperim) *ſibi unice abblandiri* ait εὐβουλότατος. *hoc elegantiſſimum & ſuave. In teſſeris & ludo teſſerario optimus conſultor* (ita vertit Scottus: Sed vide Tollium in Inſign. Itiner. p. 41.) *Midas. qui ſibi in re familiari conſuluerat male. Quid quaeſo acutius? imo hoc habet omnes iſtas dotes, quas omnes Elegantiores in his deperire ſolent.*“ Vix Heraclitos a cachinnis ſibi temperaturos puto,

puto, ubi ſeſquipedalia haec deliramenta legant. Pergit, & contendit in Suida primo loco recte εὐβολωτάτου eſſe correctum, non in ſecundo loco. quid reſtat, quam ut aliud, quod ſequitur apud Suidam, proverbium, Μίδας ὄνου ὦτα ἔχει, temporibus & moribus noſtris accommodemus, & in poſterum ita efferamus. Ταὼς ὄνου ὦτα ἔχει.

Habemus autem hic ſatis inſigne documentum, quam fideliter & coece ſoleat exſcribere commentarios, quos compilat. nempe de Mida jactu agit Meurſius de Lud. Gr. p. 41. aitque ibi. *Tarrhaeus in Collectaneis proverbiorum.* Μίδας. παροιμία. ὁ ἐν κύβοις εὐβολώτατος. Scilicet ex hoc Tarrhaeo & Didymo Zenobius ſua proverbia collegit. at quid Noſter? etiam laudat, non Zenobium pro more, ſed *apud Tarrhaeum & Appendicis Vaticanae auctorem.* at, plagiarie, monſtra illud paroemiae apud Zenobium, quem φορτικῶς Tarrhaeum vocas. nam qui tu ſcis, utrum ex Tarrhaeo, an ex Didymo hoc proverbium deſumſerit Zenobius, ſi jam in eo exſtet?

P. 104. „Μάνης. *infelicis jactus nomen. quare non dictus a patre Atyos Lydorum rege, cui nomen* Μάνης. *Sed a* Μάνης, *quod ſervile nomen ſaepe apud Comicum.*" Syllogiſtica haec demonſtratio eſt. Sed ſi ego contenderim ſervos, ut ſaepe Phryges & Lydi fuerunt, *Manes* vocatos, a regio olim nomine *Manes.* ut Ponticis *Mithridates:* Perſicis *Darius* ſaepe nomen erat? potius oſtendiſſet errare Meurſium, cum vocem *manes* obtrudere voluerit Sueton. in Aug. C. LXXI. ut ibi Viri docti animadverterunt. quo de loco Sect. III. hujus capitis.

Eadem pagina. „Πάτρηλος. *quid hoc? an litera transpoſita ſcribendum* πατρόλης? πατρόλης *vel* πατρώλης, *patri exitiabilis.*" non potuit inſcitius. nam primo an formae πατρόλης ulla vox occurrit? Sed deinde

de an ipſa vox πατρώλης uſquam exſtat? demum an compoſita ab ωλης umquam active ſignificant? πανώλης eſt, *qui plane perditus eſt.* ut πανώλης ταὼς. *diſperditus Pavo: qui caudam perdidit, & nudas clunes tamen circumferre & jactare nondum deſinit: ita ſe oſtentare adſuevit ſuperba volucris.* πατρολέτωρ vel πατρολέτης ſaltem ex Analogia admitti poſſet. mox ab ὄλος deducit non felicius. Emendationi in Heſychio, quam ibi tentat, obloquitur Phavorinus.

Mox alius jactus πάτραινα ipſi eſt πατρὶ αἰνά. *& numerus multitudinis etiam aptius propter emphaſin ſuam:* quis haec anilia patienter legat? Pro his vero in Codd. aliis, etiam meo, πάτιλος, & πάταινα quae melior lectio videtur Pollucis Interpreti. pro πάτιλος ille legit πάταλος id eſt τρυφερὸς ὑβριστής. *πάταινα quid ſiet, ignorat.* En jam vulpeculae noſtrae artes. quod enim Vir doctus dixerat de voce πάταλος, ille dicit de voce πάταινα, deducens a παθάω. unde etiam παλάλη. nam πάθαινα ſive πάταινα. ut a τρυφάω. τρύφαινα: *aptum* autem *meretricis nomen.* At quid voce πάτιλος fit! illam deducit „ a τίλος *ſtercus*, κόπρος. *pro quo etiam dixerunt* πάλιλος, *ut conſtat ex* παλίλη." Nares ſane hoc etymon, Lector, ferit recreatque. an videtur plebejum; imo ipſa faece plebis vix dignum? mihi certe Pavus, ὁ κόπρειος parens tam putidae etymologiae, dignus videtur, qui cum Trygaei Scarabaeo prandium ſumat, &

Ὡς κεῖνος ἀναιδῶς τὴν παλίλην ἐσθίῃ.

Porro ait p. 107. „ *Quod certe optionem facit ambiguam, & ubi utraque ſenſum habent bonum, mentem meam in bivio conſtituit: in primis ubi certum eſt, libros publicos etiam ex libris MSS. fuiſſe adornatos. Scis quid ſuſpicer? pro duabus vocibus Pollucem olim*

quatuor

quatuor voces exaraſſe puto, quae nimia affinitate ſibi invicem obfuerunt, & libros vulgatos ex pluteariis, & plutearios ex vulgatis ampliandos credo."

Primo loco edico jubeoque, ut Critici in poſterum Codices manu exaratos vocitent *plutearios:* ut res vetuſta ita novitatis gratiam ex nova hac formula adipiſcatur. dein me non videre fateor iſtam affinitatem in vocibus πατρώλης & πάτραινα cum σπάλος & σπάταινα.

Mox ſubjungit. „ *Quod ſaepius certe faciendum, quam viri Eruditi hactenus ſuſpicati ſunt: cum tamen in Onomaſtico id praecipue obſervandum ſit, quod eo melius erit, quo plures voces enumerabit.*"

Quod ultimum effatum ſane cum mica ſalis accipiendum. nam ſi voces barbarae, incongruae, a te & tui ſimilibus fictae intrudantur, voces enumerabit plures, ſed non melius erit Onomaſticon. E contrario non dubitandum, quin in Suida, Heſychio & Polluce multa ſpuria irrepſerint, quia multi male feriati homines dogma Pavoninum adprobarunt jam olim: & bene mereri de poſteritate crediderunt, ſi puros fontes illuvie aquarum turbidarum fluere copioſius facerent. Hoc tamen in loco omnino omnes quatuor voces recipiendas cenſeo: non quia excidiſſe puto ob affinitatem ſoni, ſed quia vix eſt ut non vocabula quaedam omittantur, ubi multa enumerantur nullo conſtructionis & ſenſus nexu inter ſe copulata: ut in ſerie regum, conſulum paſſim accidere videmus. imo, ſi id ageretur, ex ipſo Polluce centum exempla dare poſſem.

P. 108. De voce ἄβολα ita diſſentit μικρολόγος Criticus, ut neminem *differitatem* ſententiae ejus & adverſarii perſpicere poſſe putem. alii enim vertunt. *irritus* (jactus). Ille; *jactus, qui adeo ſunt exigui, ut re vera pro jactibus haberi non poſſint.*"

Mox

Mox invento ſuo de amplianda vocum copia rurſus utitur: audi & explode. „Ἀπλια; *nomen difficile. an litera tranſpoſita legendum* ἀπλαὶ. (ſoleae ſimplae) *in* MS. Jungerm. *ἄμπλια, an pro ἀμπέλια?* [ſaltem Ἀμπελία] *de meretricula iterum cogitandum. ἀμπέλια ab ἄμπελος. quare vel unum Ἀμπέλια ſic admittendum eſſet, vel ſimul cum eo ἀπλαὶ noſtrum. Eruditi judicent.*" Eruditi judicaverunt, & ſententiam dixerunt, ut Pavo non nudis pedibus, ſed ἐν ἀπλαῖς, quoniam plataeae ſunt ſordidiores, una cum elegantiſſima meretricula Ἀμπελία, ter circuitum coemiterii Joannei faciat, & ſic ſera emendet poenitentia, quidquid in exiſtimationem praeſtantiſſimorum in literis virorum peccarit. fiat autem proceſſio hora veſpertina nona, vel aliquanto ſerius: teneatque magnum cereum manu ſiniſtra: manu dextra autem conſuetum bacillum, quo ſolet ἀερομαχεῖν. Nuncietis, Amici, ſi qui mihi Trajecti eſtis, nuncietis, quo die pompa haec celebrabitur: ut ipſe ſpectatum veniam.

P. 109. „*ἀθεσία pro παραβασία apud Polybium plus ſemel. vide modo Suidam in Voce.*" vidi Suidam in Voce. & vidi a Kuſtero adnotari fragmenta Polybiana eſſe, quae adponit Grammaticus. inde tu Polybium laudas: nam ipſum auctorem numquam, niſi obiter forte, legiſſe credo: nedum ut tibi obſervaris.

Ibid. „*Ut omnes novimus ex Ariſtotele.*" an omnes legerint Ariſtotelem neſcio. Sed ſcio ſaltem hanc partem legiſſe Hydium, quem vide de Hiſt. Talorum p. 132. 142. unde hic Ariſtotelis locus primo in notitiam Pavonis venit. ideo dicit. *omnes novimus.* Sic, ne alienam diligentiam agnoſcere neceſſe habeat, ſolet adjicere. *notiſſimum. omnibus notum. omnes norunt. pueri norunt.* hanc obſervatiunculam meam experieris veram. addit „*qui ἀστράγαλον accuratiſſime deſcripſit.*" hoc potes credere etiam meliore teſti-

teſtimonio, nempe Hadr. Junii, qui ait Lib. II. C. IV. Animadv. *Ariſtotelem hoc in genere* (talis) *diligentiſſimum*: cujus Pavo judicium ſecutus eſt. a quo mirabar aliquem laudari: ſed artem ſimul exercuit Autolycus. Praeterea hinc didicit πρηνῆ & ὑπτιάζοντα βόλον eſſe *contrarios*. en verba Junii p. 360. *felix jactus* πρηνής. *cui* ὑπτιάζων *adverſabatur*. hinc illuſtrari amplius poſſunt, quae conjectavi de ἀστραγάλῳ περιπεσόντι, ſive κεκλιμένῳ. κεκλιμένος poſſet videri idem ὑπτιάζοντι. Sed haec incerta & non tanti.

P. 110 & 163. Quae de convenientia tradit Talorum & Teſſerarum ſunt plane commentitia. re vera quidem plurimae adpellationes jactuum utrique ludo erant communes: ſed errat in eo graviſſime, quod putet ſolum Venerem jactum diverſas facies requiſiviſſe quatuor. nam ipſa natura ludi deſiderat, ut ſi tres etiam facies eſſent diverſae, ille jactus eſſet Veneri felicitate proximus. ſi duo ſimiles, ut tertio gradu felicitatis ille jactus haberetur. deinde procul dubio fuerit praerogativa, ſi omnes poſitiones talorum eſſent ὕπτιαι vel πρηνεῖς, & qui plures in his caſus fingi poſſunt. pueri puellaeque ſciunt.

P. 111. De κρύφασος, ſi quis tempus inutiliter terere velit, aeque incerta comminiſci facile poterit. Senftlebius p. 1168. Theſ. Gron. Tom. VII. etiam a κρύπτω deduxit. ſed nihil quiſquiliarum ſobrius adjecit. Κάγχασος deducit a καγχάζειν vel καχχάζειν. ultimum probandum fuerat. diverſum vero putat a κίγκασος. de quo agit p. 144. miror hominem adeo verſatum in rebus Voluſianis non vidiſſe poſt alios eundem jactum eſſe utrumque. nam κίγκασος deducitur a κιγκός. ἡ λεπτὴ διαχώρησις ſecundum ipſum noſtrum Palaemona. p. 144. at cur non κάγχασος ſive κάκκασος deduci poteſt a κακᾶν vel κακκᾶν. quod omnes

nes novimus, ne uno quidem excepto ex Nubibus Comici, vel etiam ſine iis. vide Photium quoque. quam vocem notent homines ſane perquam acuti, qui Germanicam vel noſtram linguam primaevam eſſe volunt: & adjiciant voci *ſaccus* & ſimilibus. cur autem haec, unaque & altera vox per ſecula ſervata ſit, ſi ipſi pro mentis ſubtilitate non facile diſpexerint, conſulant Pavum, cui in talibus nihil latet.

Quae p. 112. 113. diſputat, ſunt vana, quia nituntur falſa hypotheſi. quae de Οἰνὴ refutavimus p. 137. & aliis. Sed ſi legamus jam Οἰνὴ παρὰ Ἴωσι μόνοις, cur Vir Grammaticus non magis ſobriam rationem, quam ridiculam illam de ἦτα, dederit, quare abierint Iones a reliquis Graecis! nam potuiſſet dare, ſiquidem Graece dicitur οἰνὸς ἀςράγαλος ſecundum ipſum. Nam cum Iones dicerent ἀςραγάλη: ut Junius & alii animadverterunt ex Euſtathio Il. Ψ. vs. 88. p. 1289. 49. neceſſario illi dixerint οἰνὴ, ubi alii οἰνὸς. nam οἰνὸς adjectivum. ſed ἀςράγαλον οἰνὸν dici vix crediderim. ἀςράγαλος Χῖος & Κῷος dici poſſunt, ea ratione, qua πρηνὴς vel ὕπτιος. qui ſic dicuntur etiam extra aleam: extra jactum. at οἰνὸς vel οἰνὴ nunquam de talo, niſi jactato. reſpexerint igitur vocem βολὴ, cum alii ad vocem βόλος referrent. Sed nolim ſine auctoritate, Pavonis more, ſuſpicionibus inanibus Lectorem detinere.

A p. 115 ad p. 122 agitur de epigrammate, quod ventilavimus §. 2. C. VII. noſtrae Κιναχύρας. quibus nihil addere habemus nunc. obiter tamen ad vocem γοργωπὸς poteſt adjici, ab Euripide Herc. Fur. 1266. γοργωποὺς dici ὄφεις recte. Sed vs. 868 male edi γοργώπους κόρας. ibi enim ſcribendum videtur γοργῶπας κόρας. ut ſicut εὐὼψ dictum fuerit γοργὼψ. Vel ſaltem γοργωποὺς ſcribe. Heſych. γοργωπένεδραν. ubi Jun. γοργῶπ᾽ ἐνέδραν. Sed Suidas habet γοργωπὸν ἕδραν.

ἔδραν. quo modo etiam legit Phavorinus. qui aperte animadvertit γοργωπὸς etiam feminino genere dici. quare ſatius fuerit in Euripide γοργωποὺς legere. qua voce & aliis in locis utitur idem Tragicus.

P. 122. Utrumque φύσκων & φυσῶν rurſus retinendum cenſet. ego vero aberrationi deberi ultimam vocem putarim. nam has iterationes obſerves ſemper fieri in vocibus ab eadem litera incipientibus, nec Pollucem tamen quidquam tale in aliis affectaſſe. unde omnino probabile fiat, re vera modo eſſe luſus oſcitantium librariorum. Nam ipſe Pavus p. 126. ait, *prout ſingula inter legendum occurrebant, deſcripta fuerunt & in Schedulam conjecta.* ne dubites. αὐτὸς ἔφα. φυσκῶν recte mihi praelatum & explicatum videtur. ut alii jactus Μίδας. Ἀλέξανδρος. Δαρεῖος. ſic hic Φύσκων à Ptolemaeo Aegypti rege videatur dictus illis, qui argutiolas has amant. imo fere ex συνωρὶς & συνωρικὸς prius modo ſanum putaverim. de quo more ſuo Noſter multa inutiliter verba non ſine injuria aliorum profundit. κῷος habet meus liber.

P. 124. Non errare hic puto Pavum, quando ſparſa iſta vocabula per totam comoediam putat, nec Iambos agnoſcit.

P. 125. ἅρμα, ὑπερβάλλων. ποδίας. Cod. meus quoque. ex qua convenientia & aliis locis cum Jungermanni Codice eundem conjicerem: niſi in nonnullis tamen in diverſa abire animadvertiſſem. de ποδίας Ariſtarchus. „ *Tertium* ποδίας *paulo obſcurius eſt: ſed tribus verbis dicam quod res eſt. ut a* θρὶξ τριχὸς *fit* τριχίας. *ita a* πὺς ποδὸς ποδίας. *alia gemella & ſimiliter facta praetereo ſciens* „ non miror te *gemella* ſcire. nam illa *gemella* eodem ex loco arripere potueras, unde illa de τῷ ποδίας habes. En Interpretis verba ad Pollucem p. 843. b. „ ποδίας. ad eam formam τριχίας . . . & forte mox ἁρματίας . . . κυνορχίας.“ Jam non in tenebris

nebris

nebris furaris, ſed de die inſpicientibus omnibus rapinas agis: qui notata ad ipſum auctorem, in eodem loco, quem explicas, tam inpudenter tua facis.

P. 126. Κήρυνος. κήρυννος Cod. Jung. κήῤῥυνος meus: ſunt igitur diverſi. mox hoc ordine verba. εὐδαίμων, λάκωνες. ἁρμαλία, ἀργεῖος, δάκνων. τιμόκελλος, ἐλλείπων, πυαλήτης. ἐπίθετος. σφάλλων. ἀγύρτης. οἶστρος. ἀνακαλύπτων. δορεύς. λάμπων. κύκλωπες. ἐπιφέρων. ego λάκωνες praetulerim τῷ λάκων, ut reſpiciantur Pollux & Caſtor.

P. 128. Ἀντίτευχος & ἀντίτυχος, ab eadem litera incipientes voces, ita fato neſcio quo rurſus ſe in comoedia Eubuli inſecutae ſunt. ſic mox ἀνακάμπτων & ἀνακαλύπτων. mox ἐπιφέρων, ἐπιφενῶν, & ἐπιφόρων. quis credat!

'Αργεῖος. ait, *an reſpicit nomen celeberrimum illud* Ἀργεῖοι φῶρες, *ut jactus fuerit infelix & furax! hoc verum forte* " quid eſt nugari, ſi hoc non eſt? nam eodem jure alius ſcripſerit. „ An reſpicit celeberrimum nomen Ἀργεῖος. Vir Athenienſis, qui teſte Schol. Ariſtoph. fuit σοφός? ut jactus fuerit medius, εὐβουλότατος, ad quem bene dandum ſapientia requirebatur non vulgaris." Qui talibus lectorem fatigant, in nucum luſu utilius occuparentur cum pueris.

P. 129. Notata de πυγελίτης & πυγελίτις inſpice, & miraberis haec non *confirmatius dici* ab homine, cui *pudore nihil amabilius* eſt. Antiqui auctores quidam ſane habent multa obſcoena: & quae ab interpretibus doctiſſimis & probiſſimis ſine ulla, ſaltem juſta, reprehenſione explicita olim fuerunt & explicabuntur in poſterum. ſed ita ſpurciſſima ſine ulla neceſſitate & tanta cum ſtoliditate fingere, ſane indolem infeliciſſimam indicat.

Ibid. „ *Nam quid ſit* ἀνακάμπτειν, *ſciunt omnes* ne uno excepto." Noverunt igitur etiam Garamantes & Indi. Sed didicerint tamen a Pavone, qui eo ſaepe

pe emendationes minus placitas in exilium mittit. vide Horapoll. 382.

P. 130. Ἐπιφέτων & ἐπιφέρων & ἐπιφορῶν recipienda putat. *Homo lepidus, mehercule & feſtivus, cui talia concedimus libenter, ut ſic ſibi faciat delicias ipſi, non nobis aut elegantiorum cuiquam.* (Horap. 382.) *Quare moneo*, ne iſtae geminatae lectiones recipiantur, ut Criticus hic ἀκριλικώτατος facere jubet. locuti hac de re jam ſumus in Diatribe noſtra de Deli Inſcriptionibus.

Σίμων. Cod. male Σήμων. nec non Σάλων. reſpicitur Noſtro judice ad Σίμωνος ἀρπακλικώτερος. pro quo in poſterum dicamus Ταῶνος ἀρπακλικώτερος.

P. 133. In Suida legendum αἴγλη . . ἔστι καὶ παιδιά τις. ἀλλὰ καὶ ἡ σελήνη οὕτω καλεῖται, καὶ ὁ Ἀσκληπιός. Non miror naſuti noſtri Pavonis nares putore hujus loci tactas, cum dudum Phavorinus mendam ſenſerit, & ideo omiſerit καὶ ὁ Ἀσκληπιός, pro quo ſcribendum ἡ ἀσκληπιοῦ; ut adeo Phavorinus indagarit feram, Noſter vero ceperit. Suidas autem, Heſychius & Euſtathius laudantur in hac voce a Meurſio p. 35. ne ignaviam Pavoninam haec contuliſſe autumes. Meurſii & Senſtlebii diligentiae etiam debentur nomina jactuum ex variis collecta.

A p. 133 ad p. 138. in Epigrammate ſudat, ſuperius a nobis vindicato. Quae p. 138. habet de Βούλακα quieſcere ſino, quia omnes inficetias tangere piget.

P. 139. Ξανθιμίας deducit a ξανθὸς ἱμάς. & eſt *aureum lorum.* ipſum inſpice, qui ad inſulſos cibos non nauſeas. iterum tangam.

P. 140. Mire nugatur in loco Heſychiano. φαλὸς. λευκὸς. ἢ βόλος. καὶ τὸ φάλλοντα ἐμμανῆον. ſcribendum ſuſpicatur φαλὸς λευκὸς ἢ βόλος. καὶ τὸ φαλόν. τὸ ἔμμανέον. & aliquem Poëtam dixiſſe τὸ φαλὸν pro τὸ φαλὸν

πέπλον mira ἀγχινοίᾳ ſuſpicatur. Sed notes mihi ἀκρι-σίαν hominis, qui, ſi id jam concederemus, nos credere cogit, Heſychium obſcuram vocem obſcuriore voluiſſe illuſtrare. nam dic, Pave, ubi vox ἔμμα in uſu! dic, funge Grammaticorum, an Heſychius Διαλέκτῳ Αἰολίδι uſus eſt! eodem modo p. 142. inſanit. ubi pro κυνὸς τυφλοῦ reponit in eodem Heſychio κυνὸς φυτλοῦ. *nam* ait φυτλὸν *idem quod* φυλὸν. me miſeret ſane hominis ſtupidiſſimi. ubi φυτλὸν? vel ſi alicubi exſtat, quid huc facit? nam ſi Gloſſographi ſic ſcripſerint, certe te non magis ſapuerint. at Analogia id admittit. abi ad Hottentottos cum tua Analogia: nec tuis ſordibus elegantiam Graecam inquinare audeto. Mihi autem valde fit veroſimile priorem locum omnino nihil facere ad jactus, & pro βόλος aliud quid legendum. mox rurſus Heſychium tentat. ſed fruſtra. nam χαδόνες non opus ut caſum mutet. ὑλικῶς ſumitur.

P. 141. Ἀβραμίας. egimus de ſtulta interpretatione, qua inde facit ἄβρα μυίας. *pediſſequa Myiae.* qua equidem nihil exoletius vidi. Sed ultima tamen notulae, antequam hinc decedamus, mecum mirare Lector „ ἄβρα Μυίας. *pediſſequa Myiae, meretricis.*“ *Quid cenſes? Quidquamne accommodatius? quidquamne probabilius? Sic vocem barbaram* ἀβραμίας, *& quae infamiam ſecum inportat, ex honeſtarum conſortio furca expellimus.* „ Bene, bene, vir fortiſſime atque optime, propudioſum illud ἀβραμίας ex conſortio vocum honeſtiſſimarum ἀμπελία, αἴγλη abige: & in primis cave, ne infamiam ſuam caſtiſſimae voci, quam tu peperiſti, πυγελίτις adfricet. ne tamen innocentem condemnemus, ſcire cupit concilium Criticum, Praetor honoratiſſime, qua in re hujus vocis ἀβραμίας infamia conſiſtat. nam ab ἄβρος. ἀβραμὶς, *piſcis*, quam vocem animadvertit Senſtlebius, & inde ἀβραμίας.

μίας. ut a πηλὸς, πηλαμὶς. θρὶξ, τριχὸς, τριχὶς, τριχίας. item *piſcis* nomen, quod etiam citat laudatus modo vir. ita ab ξαίνω fit ξανθός. ut a ξύω fit ξυστός. hinc ξυστὶς ſic a ξανθὸς, ξανθὶς & inde ξανθίας & alia productione ξανθιμίας. forte etiam ξάνθιμος, ut κάπιμος dictum fuerit vel dici potuit. eandem formam in his ſaepe habemus, ut ipſe animadvertiſti ex aliis. ἅρμα, ἁρμαλίας. κυνόρχος vel potius κυνόρχης, κυνορχίας. infamiam ergo hactenus nullam videmus: imo nec barbariem.

P. 144. Suis deliciis fruitur inpura Muſca ad ſatietatem uſque. porro κίκασος Photius κίκασος ὀβολοῦ ὄνομα. procul dubio Βόλου ὄνομα. ex his corrigendum. inſcite praeterea κικκὸς . . . . . κλέπτης, ἀναχώρησις mutat, neſciens κικκὸς ejusdem originis eſſe cum κιξάλης. quam vocem Heſych. bis φῶρ, κλέπτης, ἀλαζών (ταῶνος ſynonyma) explicat. inde & κικκὸς, ὁ νέος τέττιξ & κίξιος, τέττιξ ejusdem venae ſunt.

Ibid. Ἐυελπίδης. vide Meurſium p. 8.

P. 145. „ εἰ τετταράκοντα συνήθροιζεν ἀστραγάλων βολὴν. *quem* πληθυντικῶς *interpretari debes.*“ non video cur. & minus, quare contra auctoritatem librorum legamus συνήθροιζον βολαί. legat ſibi ita Pavunculus. cetera ſunt nugae & furta. quod autem tam confidenter adſeveret Euſtathium laudaſſe *Ariſtophanis Plutum* pro *Platonis Lyſide*: mihi valde dubium eſt. nam duplicem fabulam docuiſſe Ariſtophanem nomine Pluti non negabit. quod igitur nunc non exſtat in ſuperſtite, potuit exſtitiſſe in deperdita. video autem nec ſcommata de ſuo ſemper ſumere. nam quod hic Euſtathium vocat *loquaciſſimum*, id debet Hydio, qui eum p. 155. *verboſum & prolixum* commentatorem adpellat. Pavo pro ſua facundia vim duorum vocabulorum una voce expreſſit.

P. 147. *Natae, quas nunc teſſeris inſcribimus rotun-*

tundas, me judice fuerunt olim quadratae." nonne dixi, Lector, hominis cerebellum non habere humanam ſtructuram, namque en *rotunda* ipſi videntur *quadrata*. at olim fuiſſe *rotundas* notas, ut nunc, videtur ipſa vox *punctum* de iis uſurpata ſuadere. deinde apud doctiſſimum Monteſalconium in Antiqu. Explicat. Tom. III. P. II. p. 336. antiquas teſſeras rotundis notis inſignes adhuc videre licet. Stultos eſſe quadratos oportet, qui talia cogitent, nedum ſcribant. quae de ſignificatione vocis κύβος tam ambitioſe ventilat, vide breviter apud Junium pag. 357. & alii multi eadem demtis convitiis & inaniis.

P 149. Loca Zenobii & Suidae vide apud Salmaſ. P 759.

P. 150. Quae ad verſiculum:

Βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα.

turpi plagio ſublegit commentariis Kuſteri ad Ariſtophanis Ranas vs. 1447. qui vertit. „ *Jecit Achilles duo puncta & quatuor.* ſive *ſex. duabus ſcilicet teſſeris puncta* duo (*ſingulis videlicet unum*,) *& una ſive tertia teſſera, quatuor.* Κύβος *enim in hoc loco non ſignificat* ipſam teſſeram, *ut male Friſchlinus exiſtimavit; ſed* punctum *ſive μονάδα, ut recte Euſtathius ad* Odyſſ. A. p. 1397." quae Lector compara cum his Pavoninis, & ovo ovum non ſimilius invenies. imo conſule virum doctum ad Suidam, & in Commentario recte omnia explicata videbis. quam callide autem diſſimulat hunc Ariſtophanis locum!

Mox quae habet de duplici ſignificatione βόλος, ut & *jactum & rem quae jacitur*, ſignificet, rurſus ſublegit Salmaſio. p. 746. a. En Viri maximi verba. „ *Graeci ſane* βόλους *non tantum teſſerarum jactus, ſed etiam ipſas teſſeras nuncupant.* Euſtath. ad Homer.

mer. κύβοι μὲν γὰρ οἱ κάταριπτόμενοι ἐξάπλευροι βόλοι." eadem ad verbum Pavo. ipſum Cacum rapaciorem non fuiſſe crediderim. compilat homines doctos, & ſimul convitiis dilacerat. pudeat, pudeat, hominem, ſi qui ſupereſt pudor. quod autem ibi emendat κύβων pro βόλων, quia *literarum ductus impliciti errores ſimiles pepererunt magno numero*, ſolitam ſtultitiam debet. ceterum vox βόλων abeſt a Photio. mox in eodem Suida. διπλοῦς ἦν ὁ κύβος, εἴτε ἀναριπτούμενος, εἴτε κενὸς, εἴτε πλήρης εἴη. male habet viros doctos εἴτε primo loco. ideoque delendum cenſent Portus & Kuſterus. quid bellatulus noſter! *ei ut locus revaleſcat, elegantius quid, longeque accommodatius in mentem venit. ſcribe.* διπλοῦς γὰρ ὁ κύβος, ὅ τε ἀναριπτούμενος, εἴτε &c. ὅ τε, κ. *amant enim Graeci iſta forma, ut ipſi decennes ſciunt.* ſpectate ſtupiditatem Pavonis, qui bis hanc vocem ſcribens bis male exarat ὅ τε pro ὅ, τε. *id pueri ſciunt decennes.* qui non ignorant quoque τε hic locum nullum habere poſſe, & hominem cum putida emendatione ſua exſibilant. εἴτε Photius quoque habet. de voce ἰδίως rurſus lirae.

P. 154. 155. 156. Omnia vaniſſima vel compilata vel incruſtata ex Salmaſio pag. 758. Mercero ad Ariſtaen. II. Ep. 17. H. Junio p. 357. & aliis. ea legere taedet, nedum refellere.

P. 157. „ *Salmaſius ex Zenobio citat* Βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα. *Nos ex Suida.* Βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύω κύβω καὶ τέτταρα. *utrum melius & exaſciatius* (convocetur omnis Senatus Poëticus, ut de ſumma rei poëticae deliberent) *Nam ſic verſus modulatior eſt, & ad aures accedit blandior. Scottus pro* δύο *habet* δύω. *quo nihil mehercule pejus. nam ſic verſui ſucciduntur poplites, ut vident omnes, qui rem metricam intelligunt.*" Quid hoc eſt niſi magno clamore magnas nugas agere. vide praeterea ſycophan-

tias. caſtigat Scottum, quia in Zenobio δύω edidit. at idem in iis Proverbiis bis recte δύο edidit: & ſic quidem in proverbiis metricis. quis hominem iniquiorem vidit? dein ait. *Nos ex Suida.* at Scottus Suidam laudat ad Append. Vatic. dein inepte Ἀχιλεὺς δύω praefert τῷ Ἀχιλλεὺς δύο. nam dactylus centies in tertio pede locum habet. mallet certe Tragicus, ſi quidem Euripideus verſus, de quo vide dubitantem Sch. Ariſtophanis, ibi *dactylum* admittere, quam Ἀχιλεὺς pro Ἀχιλλεὺς dicere. quin ita legendum eſſe auctoritas Ariſtophanis evincit, apud quem legitur,

Βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα.

Sed ut regrediar paulo, credibilene eſt, Lector, Pavonem hunc locum Ariſtophanis ignoraſſe! ſi ita. immerito eum forte accuſavi plagii. at non ignoravit, nec ignorare potuit, licet numquam inſpexiſſet Ariſtophanem. nam Salmaſius Interpretem Ariſtophanis p. 758. ad hunc ipſum locum laudat. etiam Scottus ad Append. Vat. Simulavit ignorare, ut Kuſtero convitiandi anſam haberet. Quod autem modo tetigi de Dactylo in ſede tertia Iambi, in memoriam revocat locum, quem notare oblitus fui in Menandreis p. 53. „ *Dum calamus currit* (nota familiarem Pavoni φησιν) *oculos conjicio in iſtam Auctoris Anonymi emendatiunculam*,

Καὶ προσεθειωσάτωσαν σ'. ἀπὸ κρουνῶν τελῶν.

Et quid malum. in loco quarto verſus Iambici dactylum deprehendo &c.“ malam primo fidem Pavonis ſpecta. nam Bentlejus hanc emendationem ſecundo loco

loco proponens ſibi non placere indicat, ideoque ſcripſit negligentius modo

Καὶ πειθειωσάτωσαν σ'. ἀπὸ &c.

id Pavus ſupplevit. deinde ignorantiam mirare, quaſi eſſet plane ſine exemplo hac in ſede dactylus apud Comicos. vel unus Ariſtophanis Iambus in Eccleſ. 822. contrarium oſtendit.

Τῆς τεσσαρακοστῆς, ἣν εὐπόρισ' εὐριπίδης.

Sed ipſe Bentlejus ea conditione non utitur: ſed eam aliis relinquit, ſi quibus altera ſua emendatio diſpliceat. iniquus igitur aeque atque ignorax Pavo, ut ſemper, hoc in loco. Pergamus ludere cum aleone.

P. 158. Explicare conatur locum difficilem Pollucis, ubi χῖος βόλος dicitur ἀνηκείμενος τῇ μονάδι. at μονὰς & χῖος res eadem. Pavus deceptum putat a ſcribis, qui pro κῷος dederint γῖος. ſed verba Onomaſticographi ſunt nimis expreſſa. Porro probabilem facere ſuam conjecturam conatur, oſtendens ſaepe χῖος & κῷος confuſa. laudo diligentiam inſolitam. utinam ita ſemper feciſſet. nam licet forte ὑποθέσεις non eſſent verae, ſaltem aliquid diſcere occaſione inanium ſomniorum potuiſſemus. primum autem hujus permutationis exemplum. „*Notiſſima ſunt illa verba Ariſtotelis.* Μυρίους ἀστραγάλους χίους βαλεῖν, ἀμήχανον. *in his pro* χίους *ab alia manu ſcriptum* κώους, *ut teſtis eſt enarrator Simplicius loco etiam* notiſſimo.“ unde hunc locum corraſiſſet haeſi per duo momenta. Sed videns *loca* vocari *notiſſima* intellexi apud aliquem commentatorem jam jacere. non ut vulgo *notiſſima*

dicimus, quae in omnium ore ſunt. ut verſus Homeri, Virgilii, Terentii. Sed incidi tamen ſtatim in pag. 9. Meurſii de Lud. Gr. ubi haec duo loca juncta ſunt. ubi & in aliis locis illa *notiſſima* Euſtathii invenienda.

P. 160. *Apud Ariſtophanem in Ranis exſtat* . . . hic locus non eſt *notiſſimus*. ergo tuto credere poſſumus Pavum propria induſtria hunc ſibi obſervaſſe. at malum. in T. VII. Theſauri Gronoviani p. 1151. Senſtlebius jam obſervavit non ſibi ſolummodo, ſed etiam Pavunculo noſtro, & alii ante ipſum. apud quem Senſtlebium innumera melius re vera & acutius excogitata invenies, quam apud noſtrum Morionem; cui ille Auctor nec tanti fuit, ut ſemel nominaretur: cum tamen multum non dico profecerit ex ipſo, ſed interverterit & detorſerit in pejorem ſenſum. comitatem rurſus erga lectorem obſerva, quod hunc locum vs. 1001. Ran. Ariſtoph. exſtare non addiderit. nempe ne rurſus ſtatim pateret omnia ex Palmerio Kuſteroque eſſe tranſlata. porro quae ſequuntur uſque ad p. 166. ſunt re vera nutriculae lallantis ad pueri cunas naeniae. quare iis non immoramur.

P. 166. „*Legimus ſuperius ad iſta verba Comici.*" Cur inportunum Ἑρπετὸν rurſus non adſcribit verſum 547. ut quaerendi loci taedium ſaltem eximat Lectori, qui ejus nugas κατὰ πόδα ſequi vult! quod garrit, non flocci faciendum. Si enim neſcit bellum fuiſſe Chiis & Coïs tum *principaliter*, novit hoc Scholiaſtes. id ſufficit. & ſcientia hominis ignorantiſſimi, vel inſcitia nihil facit ad rem. in his omnibus autem ἐξαρνητικὸς & ἀντιλογικὸς iſte Criticus, non ſatagit veriora lectorem docere, ſed falſis ratiociniis efficere, ut Lector nubem pro Junone amplectatur.

Epi-

Epigrammatis autem locum eadem pagina, qua Ariſtophanis locum, advocat Senftlebius.

Eadem pagina hanc ſententiam loquitur Davus.

Χῖος παραςὰς Κῷον οὐκ ἐᾷ λέγειν.

quae in illos dicitur, qui garruli & inprobi faciunt, ne moratiores & probi os aperire in eorum praeſentia vel velint vel audeant: ſcurris nempe obſtrepere labor eſt inanis, & viro honeſto plane fugiendus." Potueras tot verbis peperciſſe, Pave: dixiſſes modo: *Si Pavonem noſti, noveris, in quos haec paroemia dici ſolet.* nam, ut audio, tu is es qui in circulis ſolus omnium loquendi vices fatua garrulitate inples: de omnibus, ut ludimagiſter inter veſticipes, pro auctoritate ſententiam dicis: & tua in literis facinora patrata patrandaque magnificis verbis praedicans, aliorum merita maledicentiſſima oratione deprimere adſueviſti. ex quibus ad ſummum Pedantismi gradum perveniſſe te audacter decerno. Sed ſi quis te in cute noſſe cupiat, non opus tamen ut te loquentem audiat, modo ſcripta tua legat,

Ἀνδρὸς χαρακτὴρ κἀν γραφαῖς γνωρίζεται.

Noſceris e ſcriptis Archipedanta tuis.

P. 169. Pro ἀπὸ ἀςραγάλων παρωδήκη ἡ παροιμία καὶ ἐπὶ Θηραμάτων, ἐπεὶ ἐδόκει χῖος εἶναι, reponit παρῳδήθη ἡ παροιμία καὶ ἐπὶ Θηραμένυς, ἐπεὶ ἐδόκει Χῖος εἶναι. optime, niſi duas paginas perdidiſſet in hac emendatione adſtruenda Bambalio. παρῳδικὴ tamen praeiverat Scottus. cetera pars correctionis, ita quoque facilis, ut qui a locis Ariſtophanicis ad hunc deferatur, ficulneus ſit, quicumque non ita legendum

dum videat, ſimul ac locum attigerit: miror tamen ſtolonem noſtrum hoc vidiſſe.

Pagg. 171. 172. 173. 174. 175. 176. impenduntur loco Pollucis corrumpendo. nam cum in eo Grammaticus, ut in multis aliis locis & ipſe & alii, εἶδος κυβείας dixiſſet eſſe τὸν διαγραμματισμὸν, noſter Grammaticaſter id non fert. nam in τῷ ἀρτιάζειν & διαγραμματίζειν nullus locus κύβοις. ſed praeterquam quod haec obſervatio tota, quanta eſt, ſublecta ſit Th. Hydio p. 105. & memorata ad Pollucis hunc ipſum locum L. VII. §. 206. ab Interprete: κυβεύειν pro παίζειν, ſive fortuna in ludo dominetur ſive non, in multis locis occurrit. vide Noſtrum ipſum pag. 177.

Inter cetera ait p. 172. „ *An forte diſtinguendum & ſcribendum . . ut a litera majuſcula* K *alios luſus recenſere incipiat.*“ dic, Pave, qui oculos hebetaſti in MSStis legendis, an vidiſti umquam libros majuſculis characteribus exaratos? ſi vidiſti, & noviſti olim ſic omnes fere ſcriptos libros, alio hic remedio opus eſſe confiteris. Nam tum nullam diſtinctionem K pariet. Sed numquam vidiſſe opinor. unde & in Menandreis hanc bellam nobis obſervationem procudis. p. 19.

. . Στρατιώτην καὶ μικρὰν σωτηρίας.

„ *Cum vulgo ſit apud Stobenſem* Στρατιώτην σμικρὸν σωτηρίας, *magnus Salmaſius* (ne fallaris, Lector, hic eſt, ut reor, Claudii pater: non ipſe Claudius: qui non fuit magnus, ſed puer.) *ita interpolavit: acute ita vivam! obſerves modo, quod ipſum Salmaſium fugit, nunc nemo paulo humanior neſcit, particulam copulantem antiquitus* Σ *majuſculo fuiſſe depictam ... quare cum ita exaratum fuiſſet, compendioſe* ςρατιώτην Σ μικρὰν“. Satius foret homini membranarum numquam

quam ſcripturam attingere: nam de iis judicat ſemper, ut caecus de coloribus. ubi umquam ϛ per Σ deſignatum invenit ὁ πάνσοφος! novi, novi quid bono fraudi fuit. in libris parvo charactere ſcriptis ϛ ſaepe S ſcribitur. at cum illud forte alicubi obſervatum inveniſſet, nec ipſe umquam manuſcriptos vidiſſet, ille accepit de Σ mere Graeco [pro quo quidem olim etiam S ſcriptum: ſed hoc nihil ad rem] vide Monteſalconii praeſtantiſſimum opus de Palaeographia p. 292. in Specimine Cod. undecimi ſeculi & in Tabula Notarum ad pag. 344. In Cod. meo Pollucis, id praeterea obſervatur, ut numquam talis figura ponatur, niſi in fine vel principio verſus. vel in principio plane novae periodi. In aliis tamen Codd. id diſcrimen quod ad figuram non obſervatum vidi. id tamen animadverti in media periodo ſemper longe minorem amplitudinem eſſe huic notae. nam re vera non eſt S: & inferior cinnus ſuperiori fere major, & verſus ſiniſtram protrahitur. Cur autem talia fugiſſe Salmaſium adſeveret, neſcio. niſi putet virum hunc non magis ſe verſatum fuiſſe in libris *Plutealiis.* Sed tamen, quod commode in mentem mihi venit: Menandrea edidit Clericus. poſſetne hujus culpa id ἁμάρτημα circa figuram Σ accidiſſe! Si ita. ſatisfaciam ſtatim Pavoni & *nollem factum* ex me audiet. abſit, abſit, ut quemquam per calumniam accuſare velim, nedum Pavunculum, cui ob exiguas animi vires condonanda ſunt longe plurima.

P. 173. ait. „ *Multa promiſcue, fateor, ſaepe enarrat Pollux, idque meo judicio parum provide aliquando, ut probare non difficile foret, ſi id ageretur.*" quid, Pave, annon illud hic agitur. imo tales accuſationes in graves auctores non in medium adferre decet, niſi claris teſtimoniis una adhibitis. alioquin calumniae

calumniae proximior iſta animadverſio, quam juſtae reprehenſioni. mihi autem Pollux e contrario egregie res diſtribuiſſe videtur, & in primis in eo valde Lexicographi judicium laudo, quod L. VII. C. XXXIII. §. 201. ita praefatur: „*Ceterum ſi & actiones turpiores artis vocabulo nominandae ſunt, dices & meretrices, ſcorta.*“ & ita de re meretricia tractat uſque ad §. 203. in qua §. meretriciam artem continuat cum alia turpi arte, Aleatorum ſcilicet. τὰς πόρνας λέγοις ὥσπερ καὶ μάχλους. κυβεία. *ut & ſalaces. alea, aleatrix, aleatores* &c.“ O Pollux, o Pollux, non miror te diſplicuiſſe Reverendiſſimo Pavoni noſtro, qui alia dogmata ſequitur: aleam enim hodie neſciri poſſe ab homine ingenuo ſine dedecore negat. Sed facile tibi ignoſcimus tamen, o Juli: fuiſti enim caecus Gentilis. reſtat, Venerande Canonice, ut iſtas §§. 201 & 202. nobis exponas tam ſtrenue & gnaviter, atque feciſti illas de Alea: ut ita in Beverlandi praematura morte nihil damni boni mores feciſſe videantur. Et ſane, ſi quis umquam, tu Spartae huic ornandae, ut ex variis tuarum notularum ſpeciminibus colligo, unice aptus. Namque ex. gr. ubi de bellatularum comendi & ornandi arte agendum fuerit, quis tam ſubtilia extuderit, quam tu ad Ariſtaeneti L. I. Ep. 25. ubi ſic Thelxinoes munditiae deſcribuntur. τὸ δὲ ταραντινίδιον, ἐξ οὗ διαφανῶς ἡ ὥρα διέλαμπεν. θαμὰ δὲ καὶ τὴν πτέρναν αὐτὴ πρὸς ἑαυτὴν ἐπιστρεφομένη διεσκοπεῖτο. πολλάκις δὲ ἅμα τε ἑαυτὴν ἐθεώρει, καὶ εἴ τις αὐτὴν ἄλλος θεᾶται. ἔπειτα παρακαθέζετο μέση ἐμοῦ καὶ Παμφίλου. *veſtis vero ſubtilis, ex qua perſpicue corporis venuſtas pellucebat. Saepe vero calcem ipſa ſibi obverſa* vel *obvertens* (capite retrorſum verſo) *diligenter reſpiciebat. Saepe vero ſimul ſe ipſa ſpectabat, & an quis alius ſe ſpectabat. deinde media inter me & Pamphilum conſedit.* Sic legendus hic locus. ſic intelligendus. ita autem

autem lege & intellige Xenophontis auctoritate, qui Lib. II. Memorab. p. 738. eadem ad verbum habet, & omnino interpretis loco eſt. Ἐσθῆτα ἔχειν, ἐξ ἧς ἂν μάλιστα ὥρα διαλάμποι. κατασκοπεῖσθαι δὲ θαμὰ ἑαυτὴν, ἐπισκοπεῖν δὲ καὶ εἴ τις ἄλλος αὐτὴν θεᾶται, πολλάκις δὲ καὶ εἰς τὴν ἑαυτῆς σκιὰν ἀποβλέπειν. *Veſte tali uti, ex qua venuſtas maxime pelluceret. Saepe ſe ipſam contemplari: ſpeculari, an quis alius ipſam ſpectet. Saepe quoque ad umbram ſuam reſpicere.* haec gemella ſunt: niſi quod Xenophontis ultima periodus reſpondeat ſenſu non ipſis verbis dicto Ariſtaenetico θαμὰ (vulgo ἅμα) τὴν πτέρναν. eadem tamen ſignificat, nam qui *calcem* reſpicit, *umbram* ſuam reſpicit. *umbra* enim *corpus ſequi* dicitur: quamvis ſi ſolem vel lumen a tergo habeas, praecedat umbra: ſed quod plerumque fit, in talibus ſpectatur. Jam, Lector, lege Pavonina: ſed cingulo prius latera bene munias, ne riſu nimio aliquid patiare. eſt enim locus inſigniter ridiculus, obſcoenus & inſulſus. „ *Haec Mer-* „ *cerus non intellexit: πτέρνα eſt calx.* (Mercerus „ *talum* verterat) *vertendum igitur*, ſimul vero & „ calcem ipſa ad ſe convertens contemplabatur. *in* „ *quo aliquid eſt, quod ſubturpiculum & minus hone-* „ *ſtum. praeceſſit ſcilicet*, τὸ δὲ ταραυλωνίδιον, ἐξ οὗ δια- „ φανῶς ἡ ὥρα διέλαμπεν." (quae turpitudo in his verbis ſit, patet ex comparatione loci Xenophontei. reſpicit nempe Coas veſtes. Hor. I. Sat. 1. *Cois tibi paene videre eſt Ut nudam.* vide ibi Torrent. Horatius dicit *paene*. Namque non videbantur membra omnino, ſed fere: certe non illa *ſancta*, quae vocat Pavo.) „ *Id ſciens calcem introrſum vertens ita torquebat, ut* „ *a deſpiciente facile conſpici poſſet: eo autem evenie-* „ *bat, ut pede ita divaricato aliquid*, quod ᴠɪsᴜ „ ɴᴏɴ ɪɴɢʀᴀᴛᴜᴍ eſt, *adpareret* ʟᴀʀɢɪᴜs." Te obteſtor, aeque Lector, legiſtine umquam aliquid vel

vel obſcoenius vel ſtolidius. *ut pede ita divaricato aliquid, quod viſu non ingratum eſt, adpareret largius! adpareret largius!* Taliane iſte caſtus Muſarum Sacerdos effutiat. Trimalchioni ſane melius haec conveniunt. Quin rogatum volo, an *ipſi* meretriculae *illud largius* adparuerit, an etiam *aliis*. imo mox in emendatione adhuc procedit ultra. nam ibi „ *eleganter legi poſſe* ait. τὸ δὲ παρανλινίδιον, ἐξ οὗ διαφανῶς ἡ ὥρα διέλαμπεν, ἀνάγουσα. *veſtem . . ſublevans. attollens.* homini jam etiam obſtat pellucida veſtis, & vitrea nebula. Illam etiam, credo, inſtar Cupidinis Anacreontici ſupra genua ſublatam vult, ut patrantes oculos paſcat. quis tales interpretationes non rideat ſimul & indignetur, cum & Xenophon & Ariſtaenetus nihil aliud hac periodo voluerunt indicare, quam mulierem hanc, faciem & oculos in tergum convertiſſe, ut calces & veſtium poſteriores partes contemplaretur, an bene ornata & comta omnia eſſent, unde & in noſtro idiomate de juvenibus ad pubertatem accedentibus dicimus, *calces incipiunt reſpicere.* & id a mulierculis delicatioribus & cultus ſtudioſioribus fieri, nemo neſcit: ne unus quidem. „ *Certe amantes, ut ſciunt omnes, qui in Schola Cu-* „ *pidinis non ſunt hoſpites, & inter homines ferae.*“ Quae ſunt verba ejusdem nequitiarum Magiſtri ad Lib. I. Ep. XVI. ubi obſerva illos *inter homines haberi feras*, qui *in Schola Cupidinis non bene exercitati ſint.* Quantum igitur tu ſis a feritate hac alienus, ipſe optime noveris, humaniſſime Pavo. nec hoc ad me quidquam ſpectat, Curiosne an Bacchanalia vivas. Sed cum tamen paſſim tua ſcripta rancidiſſimis talibus notulis ſcateant, putasne omnes Lectores tam aequos fore, atque ego in te ſum, qui hic naſum meum ſequor, & ulteriora non cogito!

Digitized by Google

gito! verum forte te excuſaturus es communem illam poëtarum cantilenam occinendo,

Nam caſtum eſſe decet pium poëtam
Ipſum: Verſiculos nihil neceſſe eſt.

Neſcio an Poëtis fidem habeant homines, tibi Poëtaſtro certe habituri non ſunt.

P. 176. Euſtathii & Zenobii loca, ubi κυβεία & πεττεία non adhibentur ex arbitrio novi Ariſtarchi, miſere diſtorquentur. nam omnia ex uno Pollucis loco deſumta eſſe dicit: & ſi qua alia ſimilia apud Grammaticos occurrant, ex eodem fonte manaſſe audacter aſſeverat. quare nos non fatigabimus alia conquirendo, ut contrarium probemus. quippe Aethiopem lavaremus, praecipue cum p. 179. in alia re ſcribere non erubeſcat. „ *Cras credam, non hodie, centum Grammatici adſint, qui uno ore id adſeverent mihi. Nam ſana ratio apud me potior eſt.*“ Sed ubi ſanae tu rationis vel umbram cognoviſti? Niſi forte ſit illa ex Praefatione Anacreontica, qua magiſtra didiciſti omnibus allatrare, Pave. Si ita agere libet licetque, de omnibus actum. quiſque enim aeque ſibi μονοπωλίαν Rationis Sanae vindicabit.

P. 179. Διασείσυς ἀστραγάλυς explicant *concuſſos* apud Aeſchinem. pag. 269. id inprobat, aitque: „ *Quid, quaeſo, ibi* ἀστράγαλοι (ſic quater) *concuſſi in fritillo! an illi facilius & melius in viam projici poterant, quam non concuſſi, ideoque ſtrenue concutiebantur primum. nugae, nugae.*“ nam in viam projectos fuiſſe ab ebriis juvenibus narrat Aeſchines. Quid Pavo! *ille interpretatur Sycophantiam paſſos*, cum tamen aperte antiqui Grammatici contra interpretentur: Διάσεισοι, ἵνα ἀκακύργητοι μᾶλλον ὦσι. Si ego jam ſic ratiociner! „ *Quid, quaeſo, ibi* ἀστράγαλοι *Sycophantiam paſſi? an illi facilius & melius in viam*

pro-

projiciebantur, quam non corrupti, ideoque ſtrenue corrumpebantur primum. nugae, nugae. nonne corruit Pavonina interpretatio? Sane ſi Aedilis in domum irruiſſet, & fraudem paſſos inveniſſet talos, ille hoſce projiciendi cauſam habuiſſet: ſed juvenes erant domi amici, apud quem quotidie luſitabant. Mihi antiquorum Grammaticorum auctoritas erit potior, licet contra ſtent ducenteni Pavunculo ſimiles Grammaticaſtri. Kuſterus διασείστους *ſaepe ante concuſſos*, interpretatur, *quam mitterentur:* quicum fere facit Caſaub. ad Theophraſt. Character. C. V. eodem Salmaſius p. 753. & alii delabuntur. Si διάσεικτοι legeretur; quae emendatio Salmaſio memoratur, τίνας optime tueri ſe poſſet, quamvis contrarium adſeveret Pavo. Sed etiam τίνας locum habebit, ſi modo interpreteris *notos.* nam τὶς *quidam*, ſaepe *cognitus*, *famoſus* ſignificat. erant autem hi tali famoſi eo ipſo, quod διάσειστοι. *Saepe concuſſi.* & ſic ab interpretatione antiquorum Grammaticorum nihil recedendum. Nam Aeſchines objectat his aleonibus, *talos* eorum eſſe *ſuſpectos*, & ideo crebra agitatione opus habere. non quod διάσειστος per ſe ſignificet *fallax:* ſed quia non niſi *fallaces* διασείεσθαι opus haberent proprie. quî etiam ſcimus, an non aliam ob cauſam hi *tali* vocentur τίνες! potuerunt eſſe propter materiam vel aliam ob cauſam famoſi. at ait σείειν eſt συκοφαντεῖν. ergo & διασείειν. hoc negabo, donec nos docuerit aliquo ex Auctore bono. quin quia σείειν τίνα metaphorica locutione pro ἐξαπατᾷν dixerint: ideo ἀστράγαλοι διάσειστοι erunt *corrupti* & *fallentes tali?* quia Latini pro *decipere* ajunt aliquem *ferire*, *tangere*, *percutere*, *verberare*, an etiam ad res transferetur a perſonis, & *tali verberati*, *percuſſi*, *tacti*, erunt *falſi* & *corrupti?*

Addit praeterea. „ *Obſerves autem, quod illud τί-*

τας

vas cum ſocio ſuo (elegantia Pavonina, nam διαπείστους debuerat dixiſſe.) *de ſolis talis uſurpetur: quia in illos etiam ſolos fallacia cadit. & phimi & alia inſtrumenta aleatoria ita adulterari non poſſunt.* melius me ſcit, quod & quomodo inſtrumenta aleatoria poſſint adulterari. & ideo, ut cauſae ſuae inſerviat, modo fingit, non poſſe adulterari. certe phimi non *ita*, non *eodem modo* ac tali corrumpuntur, ſed tabulam, pyrgos, phimos omnino non poſſe aliquid fraudis pati, ego vix crediderim.

Ait praeterea. „ *quae Harpocr. Poll. Suid. Etym. M. de his notant, omnia referenda ſunt ad locum illum Aeſchinis.*“ Hoc etiam comminiſci neceſſe habet: ut ita melius ſua interpretatio ſe haberet. at etiam διάπειστοι ἀστράγαλοι aliis in locis occurrunt. & ipſe Harpocration vocem hanc adducit ex Menandri Πωλουμένοις (ita in Athenaeo & Clemente numero plurium inſcribitur haec fabula: an apud alios in ſingulari occurrat, dubito: ſed vix credo. Clerico in haec inquirendum fuerat, & non edendum ἐκ τοῦ Πωλουμένου ita ἁπλῶς) per quem ſpiritum igitur familiarem Noſter novit, omnia Grammaticorum loca ad ſolum Aeſchinem, non etiam ad Menandrum referenda eſſe?

P. 181. „ *Quae peſſime Salmaſius p. 747. Amphidi Comico adſcribit . . . nam hoc eſt ineptias agere ineptiſſimas.*“ Scire aves, Lector, quale peccatum hic commiſerit Vir magnus. ille verba. Ἄμφις εἴρηκεν ἐν τοῖς Κυβευταῖς, retulit ad ſequentia, cum cohaererent cum praecedentibus. Sed iſta tamen verba nihil faciebant ad propoſitum Salmaſii: quare nec ſic peccavit Vir magnus: ſed locum laudans, plura modo verba adſcripſit, quam opus erat. nedum *ut vir eruditus*, quemadmodum ἀμαθὴς hic calumniator ait, *hanc diſtinctionem confinxerit, ut* &c.

V 2 P. 182.

P. 182. *Quiſque aleator habebat ſuum pyrgum, ut nunc obſervatur etiam hodie.*" Me miſeret homuncionis, qui de alea ſcripſerit, & tamen tam pueriliter errare potuerit. quis umquam de duobus pyrgis audivit? cedo unum locum, Pave, ubi duorum mentio fiat. dabo decem, ubi unus perſpicuis verbis memoretur. Nam Sidon. L. VIII. Ep. 12. quod ſcribat. *hic tabula calculis ſtrata bicoloribus: hic teſſera frequens eboratis reſultatura* pyrgorum *gradibus exſpectat.* nihil juvat. ibi enim non de duobus luſoribus, ſed de pluribus: qui pluribus alveis & pluribus ideo pyrgis neceſſario utebantur. vide ibi Savaronem. & D. Souterium vel potius P. Scriverium Palam. p. 9. quin ſi ſonum non ſenſum ſpectare libet, ex eo loco effecerim *una* modo *teſſera* uſos. licetne talia tibi fingere, Morio, qui ita debaccharis in Salmaſium & alios, quia ψηφοβόλον & fritillum diverſum a pyrgo inſtrumentum, ſecundum te, finxerunt; at re vera primi docuerunt, tale quid fuiſſe. Pyrgum igitur duplicem oſtendito; aut confitere, turpiter te inſtrumenta artis tuae, quam tanto jactas opere, ignoraſſe. ceterum in loco Horatii Lib. II. Sat. VII. 17. Cod. meus uterque habet *pyrgum.* quorum unus, gerens tamen ſexcentos annos, hoc Scholion continet, a Porphyrione & Acrone aliquantum abiens, „*phimum. i. pyrgum, inſtrumentum eſt ligneum, ſuper quo ponuntur. teſſerae, ne poſſit falli ille, qui cum altero jocatur.*" hoc Scholion traductum eſſe patet ex libro, in quo *phimum* erat contextus lectio. quam etiam agnoſcit Franequeranus, ut mihi patet ex accurata collatione Cl. Petri Francii, Deceſſoris mei. quod autem Pavus ſuſpicatur, *Pyrgos* vocem eſſe *recentiorem*, ſubfuratus eſt Laevino Torrentio, qui ait: „Πύργον *ea ſignificatione non temere reperias: hic quoque hoc vocabulum adulterinum puto, & legendum puto* phimum,

mum, *uti & legiſſe videntur priſci interpretes:* Moneo, moneo, Pave, ut a Latinis abſtineas, ne & pueris decennibus riſus fias. ſatis prudenter hac in parte te geſſiſti: neque enim in tota tua farragine notularum ſuccurrit mihi de explicatione vel emendatione auctoris Latini. unum aliquando tentaſti verſiculum: quam feliciter, mox patebit.

P. 182. „*Illud haud negarim, vaſculorum, quibus teſſerae agitabantur, non eandem ſemper fuiſſe formam, & multa turriculae, multa ἠθμοῦ vel κοσκίνου habuiſſe forſan imaginem.*“ Si negaviſſes, Pavo, an putas alicujus ponderis iſtam negationem apud Lectorem futuram, qui tot aperta rerum teſtimonia prae oculis habeat? Mirabitur autem ille potius te adeo caecutiiſſe, ut omnia pro iisdem habueris, & ejusdem uſus eſſe credideris. in primis autem, quod *Pyrgus* & *fritillus* ſive ψηφοβόλον res eaedem viſae fuerint, quae immenſum quantum in multis a ſe abibant. Nam *Turris*, quieſcebat. in una parte, forte in media, tabulae poſita erat. numquam concutiebatur: numquam *mota* dicitur. e contrario *Fritillus* movebatur, agitabatur, & ideo Senecae, Juvenali & aliis *moveri* dicitur. E *Turri* teſſerae ſua ſponte, ubi ſemel injectae, devolvebantur vario motu in tabulam. at *Fritillo* ubi ſemel injectae, manus motu concutiebantur, & inverſo fritillo exire tantum poterant in tabulam. *Turris* habebat fundum pertuſum. *Fritillus* habebat fundum ſolidum. inde Claudius, veluti antea vidimus, ut Danaidum quaſi poena puniretur, *fritillo pertuſo* ludebat,

Et quoties luſurus erat reſonante fritillo,
Utraque ſubducto fugiebat teſſera fundo.

verum quidem a Souterio p. 18. vetus Dictionarium

 lau-

laudari, ubi *Fritillus poni dicitur pro vaſe perforato, per quod ſolent projici taxilli, ne ibi fraus fiat.* Sed *perforatus* ibi debet accipi pro *excavatus*; vel errat illud Dictionarium. nam ſic ex ſimilibus Dictionariis evicerim *Pyrgum & alveolum* eandem rem eſſe. *Turris* denique erat vas ſatis grande. in quo ſcala, ebore aliquando veſtita. nam quod *corneos gradus* habuiſſe adſeveret Souterius, non probari poſſe puto. id quoque colligi datur e comparationibus cum *modio*, *urna*, *orca*. unde & de forma conjectura fieri poteſt. *Fritillus* autem erat vas minus. ideo etiam e *cornu* fiebat: quamquam etiam e buxo: ut ipſa turris. E quibus omnibus patet, plane diverſam ſupellectilem pyrgum & fritillum fuiſſe. Si Noſter contendiſſet & adſtruere conatus fuiſſet geminis fritillis uſos fuiſſe aleatores olim, dubitantem forte in ſuas partes pertrahere potuiſſet. nam Sidonius Apollinaris L. II. Ep. IX. ait, *Crepitantium fritillorum teſſerarumque ſtrepitus audiebatur.* Et Carmine XXIII. vs. 462. *hic talos crepitantibus fritillis.* quae loca & alia vide in Palamede p. 8. quamquam & iſta eludere poſſemus, &, ſi non manifeſtiora teſtimonia promerentur, contendere, uno fritillo uſos fuiſſe, ne ſi quiſque ſuo uteretur ſemper, etiam hac in parte fraus excogitari poſſet.

Quamquam autem non contendo, ſemper aleatores utroque inſtrumento, pyrgo & fritillo, uſos fuiſſe, poterant enim teſſerae in pyrgum mitti nuda manu; poterant etiam ſolius fritilli ope in tabulam effundi; tamen plerumque ita uſu veniſſe arbitror. Apud Apollinarem L. V. Ep. 17. *Domnicius teſſeras ceperat, quatiebatque, quo velut ad pyrgum vocabat aleatores.* hic locus mihi quoque Salmaſianae, Valeſianae & Kuſterianae opinioni videtur favere. nam iſta quaſſatio non *manu*, ſed *fritillo* videtur peracta. & ita *reſonante fritillo* ad

pyrgum

pyrgum vocati ſunt. Si loca Apollinaris conferas, ubi *fritilli* & *pyrgi* mentio fit, diverſum utenſile facile deprehendes.

P. 183. Agit de vocibus σκιροφόρος, σκίραφες & σκιραφεῖα. Σκῖρος, inſula, erat locus, quo ad aleam exercendam confluebant aleones. alii luſores ita jlocaliter dictos volunt ab iſtis σκιροφόροις, *qui umbellam Minervae ſacram ex arce ferebant Scirum in publico & anniverſario feſto.* prius placet Noſtro, ſi mutetur in σκιροπόρος. *nam venuſte aleatorem Cecropidae vocarunt* σκιροπόρον *a loco, quem quotidie petebat & ſectabatur.* ita τηλέπορος & ὑψίπορος, quae voces in meo Scapula ſibi viciniſſimae ſunt, ſed ibi peſſime ſcribuntur, uti & in omnibus libris vulgatis, τηλεπόρος, ὑψιπόρος. Pavonini plutearii aliter habuerint. Sed iſta praeterea mutatione non opus videtur. nam σκιροφόρος dicitur ut βοσφόρος & ἀναποσφόρος. de quibus conſulite eruditiſſimum virum & amicum noſtrum non e multis Joannem Cornelium de Pavonibus in Epiſtola Vibiana: quam infrunitus quidam Anonymus arrodere voluit. Sed ſolido illiſit dentem. & ſi bene magnanimum meum Oreſtem novi, ille hominis iſtius belli deliramenta bella magno cum ſuo oblectamento leget: & lecta in aliquem angulum, vel condigniorem locum abjiciet. Alteram vocem hujus claſſis mox divexat Σκείραφες. Heſych. Σκείραφες. οἱ πρȣνικοι, καὶ κυβευταί. Jun. pro priori voce οἱ πορνικοί. Salmaſ. ſecundam corrigit Σκειραφῖται. quod adprobat Pavo & ait: „*excuditur vulgo* σκειραφῖτες.“ Mentitur. nam ubique excuditur σκείραφες. ſed Σκειραφῖται ſit ſcribendum, ut λευκὰς, λευκάτης: αἰγὰς, αἰγάτης. formam tamen hujus ultimae vocis invenio valde ſimilem τῷ Σκείραφες apud Latinos, qui ſemper ſcribunt *Aegates* inſulas. qua de voce omnino conſulendus Cl. Dauſquejus in Orthographia Tom. II. p. 13. an igitur & Σκείραφες ſimili dialecto

forte debemus? id malim, quam a Σκίρον, ὁ καὶ ἡ Σκιρὰς deducere. non novi enim adjectiva hujus formae maſculina. Monſtret mihi Ἀπόλλωνα vel Δία Σκιράδα. Nam Minervam eſſe Σκιράδα omnes norunt, ne uno quidem excepto. loquor de adjectivis a nominibus urbium locorumque deductis, ne calumnietur me omnia adjectiva in ΑΣ maſculini generis excludere. ut ἠθὰς & ſimilia. Adponatur hic error illi de αἰθιοπιάδα οἶνον, quem p. 197. Vanni tetigimus. Occurrit apud Pollucem, Etym. Magn. Heſych. σκειραφεῖν, σκειράφια vel σκειράφεια vel σκειράφιον. Etym. M. a σκειράφω organo κυβευτικῷ vel ἀπὸ σκειράφου *aleatore quodam* deducit: ſed *haec ſapiunt Etymologorum ineptias.* Pavus ergo „ *dicet paucis, quod verum eſt* (imo multis quod falſiſſimum eſt) *& ipſi Grammatici antiqui ignorarunt. quae ab* ἅπτεσθαι *& ejus conpoſitis ſunt, non tantum in* απτος & απτης, *ſed etiam in* αφης *deſinunt vulgo* (mentitur, cum *vulgo* dicat.) *ut alia omittam* συναφής. *colligatus, conjunctus notiſſimum eſt omnibus.*" Si tibi alia in promtu, de quo egregie dubito, cur exemplum e Lexicis, & quidem unicum hujus generis adducis? debuiſſes adduxiſſe exempla alia, quae deſcendunt a ſignificatione *colligare.* pergis, huic ſimile Σκιραφής. qui *Sciro alligatus eſt.* at homo hanc vocem Σκιραφὴς oſtendas. Sed non oſtendes. at tamen „apud Etym. τὸ Σκιραφίω *tuum deprebendis.* nam *nomen adpellativum & aleatores in genere denotans pro nomine proprio peſſime habuit Grammaticus. ut* χρύσης χρύσου *inflectitur vulgo, ita* Σκειράφης, Σκειράφου *perperam inflexit ille.*" non tempero a riſu, quando has Thraſonidae inanias lego. Scilicet Etymologus ſubito per retrogradam μετεμψύχωσιν alter Pavus factus eſt, & neſcit conjugationes & declinationes Graecas. At ego Etymologi cauſam non egerim: verum non aequo animo fero rurſus Praeſulem

ſulem Graecum in criminis ſocietatem venire, nec eum Theſſalonicenſem, non Monembaſioten, ſed ipſum Patriarcham Conſtantinopolitanum Photium, qui in Lexico eodem modo flexit vocem, & praeterea ita explicuit. ἢ ἀπὸ Σκιράφου τινὸς κυβευτοῦ, ὃς πρῶτος εὑρηκέναι δοκεῖ τὰ κυβευτικὰ ὄργανα, ἢ ὅτι ἐν τῷ τοῦ Σκιράδος Ἀθηνᾶς ἱερῷ ἔπαιζον οἱ κυβευταί. I nunc & Photium doce declinationes. docuiſſes procul dubio, ſi noviſſes. Quid! dicit. σκειράφης *perperam inflexiſſe* σκειράφου. imo aliter id inflecti non poſſe ajo. dic, Lapis, qui inflecti aliter poteſt? Si vox eſſet σκειραφής, tum σκειραφοῦς flecti deberet. Sed homo accentuum naturam aeque callet ac piſcis ambulare. mox. „*Euſtathius Odyſſ.* A. (p. 197) *etiam* σκίραφοι *commemorat notione mala* (an bona datur?) *hoc minime praetereundum certe. verba ſunt,* πάντα τὰ πανουργήματα διὰ τῶν ἐν σκιραφείοις (ſic) ῥαδιουργίαν, σκίραφοι ἐκαλοῦντο. ἱππῶναξ. τί με σκιράφοις ἀτιτάλλεις; *& hoc perquam adpoſitum.*" imo hoc perquam adpoſitum ad evincendum, tua de voce σκιραφής eſſe ſomnia mera, & re vera ὁ σκίραφος & οἱ σκίραφοι fuiſſe in uſu, non ὁ σκιραφής. quid cenſes, Lector? homo ſe ipſe refutans, & contraria argumenta adducens, in rem ſuam ſibi loqui videtur. majorem fatuitatem vidi numquam. pergit. „ φληναφής, *ut nunc opportune incidit mihi, ſimillimum eſt* τῷ Σκειραφής." Quis hoc neget!. ſunt in omnibus germana. nam unum vocabulum eſt aeque barbarum ac fictitium atque alterum. nam non niſi in λήροις & φληνάφοις pleno Pavonis cerebello etiam illud φληναφής reperitur. dicitur ſemper φλήναφος nondum deſinit. „*Ut autem* σκειραφεῖν *&* φληναφεῖν *conveniunt, ita &* σκειράφος *&* φληνάφος (nota rurſus monſtra verborum pro φλήναφος & σκείραφος) *quid quaeris? haec jam intelligunt & intelligere poſſunt pueri decennes.*" Imo intelligunt omnes, ultima primis & mediis pugnare. nam ibi

 impu-

inpugnas vocem σκείραφος, hic amplecteris. Triumphum tandem canit. *Grammaticus antiquus, qui ex* Σκειραφὴς (imo ex Σκείραφος) *faciebat aleatorem unum, ex σκειράφος fecit aleae inſtrumentum aliquod certum. Euge. euge!* quid mali in eo, quod Σκείραφος fecerit inſtrumentum aleatorum. an non κύβος. ψῆφος, κημὸς ſunt inſtrumenta talia? patientiam forte miraris meam, Lector, qui nugacia haec tam minutatim excutiam. eam & ipſe miror. ſed jacta alea eſt. Pavunculum ita deplumem reddere conſtitui, ut in toto corpore ne prima lanugo, ne πτίλον quidem ſuperfuturum ſit. Ego in vocibus σκείραφος & φλήναφος & ſimilibus ultimam partem modo eſſe terminationis productionem autumo. quod ſi porro placeat Pavoni a σκῖρον & ἅπτομαι deducere, *atramentum* ipſi quoque fiat *atratio mentis.* nam monſtret ullam vocem praeter ſibi fictas ab ἅπτεσθαι, ſic terminatam. a σκεῖρος venit σκείραφος. a φληνὸς venit φλήναφος. ut ab ἕδος venit ἔδαφος. ab ἔπος ἔπαφος. ab ἔλος ἔλαφος, ut recte E. M. porro Etym. M. errat non minus, quando in ultima ſyllaba τῆς φλήναφος vocem φῶ i. e. *dico* latere putat. Etiam in ψηλαφῶ erratur me judice cum ab ἅπτομαι deducitur. Sed nondum hinc diſcedo. vidimus omni modo laborantem noſtrum Grammaticum, illum veteribus Grammaticis Graecis longe acutiorem, ut vocem σκειραφὴς inveniat alicubi: quid ſi ego ipſi ſiſtam illud ἀγαπητὸν & τριπόθητον σκειραφὴς! apud Photium illis a me laudatis verbis praemittitur. Σκιραφές ἐστιν τὸ ὄργανον τὸ κυβευτικόν. ibidem ſcribitur σκιράφειον. τὸ κυβευτήριον. Σκιράφεια, τὰ κυβευτήριά φασιν, ἐπειδὴ διέτριβον (ἐν) σκιρῷ (σκίρῳ) οἱ κυβεύοντες. Sed procul dubio. Σκίραφος primo loco, Σκιράφιον & Σκιράφια in ſecundo & tertio legendum.

P. 189. *Cochlidem tibi proponere debes, Lector,* ait:

ait; ſed non primus ita vocavit. Savero ad Apollinarem L. VIII. Ep. 12. *Per pyrgi gradus & Cochlidem teſſera reſultabat.*

Ultimum pannum, quem Fullo noſter interpolat, ſumſit e promocondo ſuo, Salmaſii commentario ad Vopiſcum p. 751. amat tamen ejus mentionem non facere, niſi in fine. & quaſi umquam legiſſet Gruteri Inſcriptiones, ex iis promit. Sed quid ex ore meo excidit! numquamne legiſſet theſaurum illum Pavo, cujus & *Annotationes in aliquot monumenta antiqua* nobis promittuntur! Avemus illas videre. Nam Critica Pavonina adcommodatiſſima eſt Criticae Lapidariae, nec credo minus verſatum in lapidibus legendis, quam in membranarum labyrinthis explicandis. Exſtat iſta inſcriptio apud Gruterum pag. MXLIX. quod homo ignavus ſaltem addere debuiſſet. Grut. ΟΔΕΠΕΖΩΝΤΟΙΣ ΤΑ ΒΩΛΙΑ ΙΣ ΧΣ ΝΙΚΑ ΚΓ ΒΟΙΟΙ ΤΟΥ ΕΓΡΑΨΑΝΤΟΣ ΑΦ ΚΑΙ ΠΕΖΟΝΤΕΣ ΙΣΤΑ ΒΟΛΙΑ, ΑΜΗΝ. Salmaſ. ὧδε παιζόντων εἰς τὰ βόλια Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ, καὶ βοηθεῖ τοὺς γράψαντας αὐτὸν καὶ παίζοντας εἰς τὰ βόλια. quae vertenda. *hic ludentium in jactus, Jeſus Chriſtus vincit, & juvat ſcribentes ipſum & ludentes in jactus. Amen.* Jactator noſter *ne litera mutata.* ὅδε παίζων τοῖς τὰ βόλια Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ καὶ ποῖοι τοῦ ἐγγράψαντος ἀφ, καὶ παίζοντες εἰς τὰ βόλια, ἀμήν. *hic ludens hiſce jactus, Jeſus Chriſtus, vincit & quotquot poſt inſcribentem ludunt in jactus iſtos. Amen.* neſcio qua fronte dicat homo, *ne literam mutatam.* ſaltem ἐγράψαντος in ἐγγράψαντος, & βοῖοι in ποῖοι transformat. Explicat. „Ὧδε *hic. vel ſtatua ſcilicet vel nomen dedicantis vicinum fuit, & ea pertinuit ipſa demonſtratio. talia in Inſcriptionibus ὅσα νάνις. videbimus ſuo loco. ſuo loco!* quid! paratne novum Inſcriptionum corpus? egregium ſane hic ſpecimen edit. nam

nam haec de ſtatua plane ſomnia. *τοῖς hic τύτοις.*" unde hoc ſcit? ego ajo hic latere vocem εἰς, ut bene vidit Salmaſius. παίζειν εἰς τὰ βόλια mox rurſus recurrit, „*pro* Π *ſcriptum ſaepe* B." imo & caſu pro ξ & ζ ita ſaepe B. Sed ordinarium vitium librariorum hoc eſſe oſtendendum erat. an Coloniae Agrippinae ortum putarit ſculptorem, qui *beſtkuis* & *peſtkuis* diſtinguere pronunciatione non ſolent? „*ἀφ᾽ pro ἀπὸ, quod poſtpoſuit rudioris ſeculi homo rudior.*" ἀφ᾽ ἐγγραψάντος (ita homo rudior Pavo ſcribit) *ab inſcribente, poſt inſcribentem: παιζοντες pro παίζουσι millies pro verbo participium.*" Nonne feliciſſima Pavi interpretatio poſt Salmaſianam *infeliciſſimam?*

Τὰ βόλια. ſi vox haec ſic vertitur, plures *jactus* fuerunt. ego tamen unum modo *jactum* memorari video. *Jeſus Chriſtus.* (vide Adpendicem ad hanc paginam Pavonis) ergo nullum locum ſic τὰ βολια habent. ſed omnino εἰς τὰ βόλια legendum. quid autem ΤΟ hic faciat non capio. niſi ſcriptum ſit pro ὧδε παίζοντι εἰς τὰ βόλια. vel παίζων τὸ εἰς τὰ βόλια, id eſt, τὸ παίγνιον. *hic ludenti in hos jactus Jeſus Chriſtus vincit & juvat.* ξ ἐγγράψαντος ἀφ᾽. eſt ſtultum interpretari *poſt inſcribentem.* nam ut ἀπὸ poſtponi ſinamus & etiam *poſt* ſignificare permittamus, unde ſculptori in mentem venit pro ἀπὸ ſcribere ἀφ᾽. an ſequitur vocalis adſpirata? τοὺς ἐγγράψαντας voluiſſe puto Auctorem tabulae. ἀφ᾽ cum Salmaſio decurtatum putarim ab ἀφτὸν pro αὐτὸν, ut αφθέντης pro αὐθέντης. vide quae notavi ad Inſcriptionem Deliacam in Miſcellaneis noſtris Vol. VII. Tom. I. p. 27. ubi αϝυτοῦ pro αὐτοῦ occurrit. niſi forte hic vox ἄφεσις lateat. ſic apud Montefalc. in Palaeogr. p. 54. οἱ ἀναγινώσκοντες εὔξασθε. δώῃ γὰρ, καὶ ὑμῖν αὐτὸς ἄφεσιν τῶν πλαισμάτων ὑμῶν, ἀμήν. vide p. 56. p. 66. p. 68. παίζοντας legendum omnino; nam, ut Salmaſius docet, cum ac-

cuſ.

cuſ. conſtruebant ſaeculo iſto. Cod. apud Monteſalc. p. 47. κύριε βοήθει τὸν γράψαντα μὲ Νεόφυλον ἁμαρτωλόν. nec pro *verbo* poſſe venire oſtendit copula καὶ. Locus autem maxime vexatus epigrammatis eſt ΚΕΒΟΙΟΙ. inde ingenioſiſſime & veriſſime καὶ βοηθεῖ exſculpſiſſe mihi videtur Salmaſius. 'Ιῶτα in ἦτα mutari millies in vulgus notum. I ſaepe pro diphthongo ΕΙ & contra uſurpari non magis dubitari poteſt. exempla habet Salmaſ. quid autem facilius acciderit, quam ut lineola in Θ evanuerit. ut aliquando male quoque irrepſit. ut in Inſcriptione apud Gruterum p. CCCCV. ubi legitur Ξενόφιλος ΘΙΝΑΙΟΣ pro ΟΙΝΑΙΟΣ, uti laudatus modo B. Monteſalconius, vir annis & meritis in literas venerabilis, recte olim in Diario Italico p 44. edidit. non enim datur populus Atticus Θιναῖος: at οἰναῖος & οἰνοαῖος notus. unde οἰναῖοι τὴν Χαράδραν. apud Suid. Heſych. & Paroemiographos. In eo autem ſolummodo a Salmaſio abirem, ut non acciperem Νικᾷ & βοηθεῖ in tertia perſona indicativi, at in ſecunda imperativi. νίκα καὶ βοήθει. formulam illam Νίκα *vince* illuſtratam vide a Caſaubono ad Sueton. Caeſ. 5. & Du Cangio in Gloſſ. Gr. κύριε βοήθη pro βοήθει in Cod. apud Monteſalc. p. 43. Sed obſtat aliquantum IC XS. at id excuſari poſſet. nec ſic barbaries omnis hiſce nugis detracta fuerit.

Hic manum de tabula tollamus luſu fatigati, & ad alia magis ſeria tranſeamus. vides autem, Lector, quam incerta, quam frivola ſint, quae de ipſo ludo Zenoniano in medium attulerit. nam παραλογισμοῖς omnia nituntur, quibus illum ludum potius ad ſpeciem ludi *Toccadilli*, quam ad alteram *Trictracci* trahere conatur. nam ſi ita fingere & refingere numeros, verborum notiones & alia licet, facile aliquis ludendi non inperitus, probabiliter etiam ad aliud genus detorqueat, quod longius a ludis *Toccadillo*

dillo & *Tricrtracco* diſtet, quam illi inter ſe diffe-runt. Quam porro adjecit ſilvam obſervatiuncularum ad rem aleae ſpectantium, paſſim percepiſti ex iis quae tetigimus, nec omnia tangere libuit, quam ſit rudis indigeſtaque moles. Sed totus libellus ita ſine ulla methodo ſcriptus eſt, ut chaos inane atque caliginoſum magis me vidiſſe non meminerim. Sed tamen:

Si quis talorum ludum vis ſcire decorum,
Hunc librum diſcas, ſi docte ludere gliſcas.

CAPUT IX.

Incredibilia quaedam Pavoninae in univerſa re metrica ignorantiae exhibentur ſpecimina.

ANimus fuerat ſtatim hoc loco primum a Pavone editum auctorem, *Hephaeſtionem de Metris*, ſub cenſuram vocandi. verum abs re non fuit viſum, quoniam materia ejus libelli tota proſodiaca eſt, prius Lectori copiam cenſendi facere, quam ſit homo in hac arte verſatus. Haud enim ſufficit quod ad linguam in Critice eſſe non hoſpitem, ut auctorem aliquem recenſeas: in primis ipſius argumenti non ignarum eſſe decet editorem: niſi millies aberrando ſeſe doctioribus deridendum praebere velit. Idcirco nec rei Medicae inperitus, nobis Hippocratis novam ἔκδοσιν promiſerit: nec veteris Aſtrologiae parum callens, Manilium, ut decet, luci repoſuerit. Si cui igitur ſyllabarum cognitio, & metrorum ſcientia deſunt, ille, niſi velit temerarius haberi, poëtas ullos, vel Metricas veterum diſceptationes interpretari numquam ſuſtineat. Re vera quidem hae eruditionis partes, licet non ignobiles, plerumque negliguntur; & *Juriſconſultus* hodie non multum magis, quam

barbaro

barbaro Bartoli ſeculo, *de verſibus laborat.* nec immerito; nihil enim hae artes faciunt πρὸς τὰ ἄλφιτα. Quin harum imperitia aequo animo forte ferenda in viris, qui alienius a literis humanioribus genus ſtudiorum ſectantur. Et nobis procul dubio aliquis Mathematicus optime Euclide vel problema ex Archimede explicuerit, licet ignoret, quale metrum *Sapphicum*, vel quae ſit quantitas vocis *ſtator*. Nonnulli tamen contendent, vix dari ingenuas artes, quibus haec metrica ſcientia ſi non omnino neceſſaria, ſaltem adjumento & ornamento eſſe non poſſit. Sane G. J. Voſſius, primum maximumque illud Agnes noſtrae delicium & decus, hanc negligentiam ſevere increpat alicubi: „ *At in hac literarum luce*, ait, *non pauci qui ex humanitatis ſtudiis non aliter bibere, quam ut canis e Nilo, interea* ſtulto *faſtu, quia graviora tractant, videri volunt aliis nihil ignorare: unde ut in reliqua literatura, ita hac in parte ſaepe admodum* ridiculos *ſe praebent.*“ Aliam igitur ipſe maximus vir tenuit viam: &, licet raro ipſe verſus conderet, accurata cura hanc eruditionis partem non uno in libro perſecutus eſt: imo Praepotentium Ordinum Hollandiae juſſu, concinnam numerisque fere omnibus abſolutam Proſodiam conſcripſit, ex qua Batavae juventuti in publicis Scholis ad hanc artis cognitionem janua aperiretur. Mirandum igitur magnam partem eorum, qui juventuti noſtrae erudiendae etiam in publicis gymnaſiis praepoſiti ſunt, hodie hac in re plane puerorum inſtar ipſos ſapere: imo eo temeritatis & fatuitatis progredi, cum numquam poëticae ullam ſeriam operam inpenderint, ut tam inconditorum verſuum mugitu numeroſos Camoenarum concentus interpellare non vereantur. At iidem tamen, ſi ab elegantioribus & harum rerum ſtudioſis explodantur & traducantur, magnam ſibi injuriam fieri

fieri quiritentur; utque elevent juſtiſſimae accuſationis pondera, omnem hanc cognitionem in rebus levibus verſari, & titivilitiorum numero habendam apud inperitos cauſari ſoleant. Quaſi vero etiam illi graviores occupationes praetexere vel poſſent vel deberent, nec in id conſtituti eſſent, ut haec parva, ſed unde ſaepe res longe majoris momenti pendent, pueros edocerent. Quaſi vero laus & gratia inſulſis carminibus jure captaretur ab ipſis: nec longe majori jure, riſus & reprehenſio tam inficetis verſificatoribus, ut debita merces, referretur. hi ſi potius inſtitutum aliorum ex ipſo hoc ordine virorum, quibus nunc, ut olim,

De meliore luto finxit praecordia Titan,

ſectarentur, & in hac Grammatices aliisque partibus fidelem operam juventuti navarent, nec ultra merita ſuperbiam ſumerent, poſſent laudem pro vituperio reportare: nec ipſum munus Scholaſticum, quantumvis laudabile & reip. neceſſarium, quantum in ſe eſt, in contemtum adducerent. Quot enim non viros ex hoc pulvere ad raram eruditionis laudem graſſatos vidimus! quibus numquam niſi ab iniquis rerum aeſtimatoribus opprobrio datum hic etiam conſenuiſſe. Ne Munkeros, & tempore noſtro Hoogſtratanos aliosque citem, quod illuſtrius umquam teſtimonium dari poteſt, quam hoc Paulo Leopardo praebitum a Daniele Heinſio: cum eum *in vita quidem ludimagiſtrum, poſt obitum praeſtantiſſimis ſcriptis nobilitatum*, (non ſcribebat mercede) ſic in fine epigrammatis, in eum conditi, compellet,

Χαῖρε μοι ὦ θνητοῖσι βοηθόε, πάντα διδάξας
Παῖδας ἐνὶ ζωοῖς, ἄνδρας ἐνὶ φθιμένοις.

Et

Et ipſi Leopardo, cum aditus ad altiora viro munitus eſſet, verior, puto, illis laus deberi viſa fuit, qui ſpartae concreditae per virtutes ſuas addant decus, quam qui omnem exiſtimationem a munere ſplendidiore mutuari habeant neceſſe.

Haec autem interfari libuit, ne mihi calumniatores eam invidiam faciant, quaſi viros Scholaſtico fungentes munere ea in dignatione, quam merentur, non haberem: cum paſſim me videant Pavonem cum paedagogis & ludimagiſtris componere. At tum me ſciant minime reſpicere probos, eruditos & ſcriptis utilibus claros viros, qualium multorum inſtitutione juventus Batava feliciter utitur, ſed illos inſulſos, indoctos, faſtoſos, officii negligentes, librariorum mancipes, librorum optimorum corruptores, illos moribus, non munere adeo, paedagogos intelligere. cum his ordinis ſui carcinomatibus, Pavonem ſupercilio & arrogantia ſemper, inſcitia & ignavia plerumque de palma certare ſcripſi ſaepe & porro ſcripturus ſum.

Sed quid dicemus de ipſis majorum gentium eruditis, ut ſibi videntur, & quidam merito habentur, qui tamen in hac parte ſe turpiter dant & dederunt. Si poëtas paſſim edi videmus ab illis, qui nec proſodiae elementa tenent, nedum ut poëticae doctrinae ſibi adparatus neceſſarios conpararint! Cum fragmenta Comicorum Graecorum ab iis collecta & vulgata proſtent, quibus Iambici & Trochaici vulgatiſſimae dimenſiones fuerunt incognitae. cum Theſauros Antiquarios, Theſauros Criticos, in quibus loca poëtarum utramque paginam faciunt, poſt Gruteros, Graevios, Gronovios videmus proditos ab iis hominibus, qui aeque hoſpites in re Antiquaria & Critica ſunt, atque in re Poëtica! Sed forte viris graviorum ſtudiorum conti-

nua meditatione hebeſcentibus permittendum, ut in haec ludicra poëtarum regna delapſi pro lubitu graſſentur, modo ſic divinum illum mentis vigorem recolligant. Neſcio tamen, an non heroës illi, qui nihil niſi ſublimia, gravia & realia crepant, ſibi melius conſulerent, ſi haec levia leviorum iſti hominum ordini, quem vocant, relinquerent: dicti memores, quo Apelles Alexandri, illius orbis terrarum domitoris, arrogantem inſcitiam redarguere ſolebat, quoties in officina inperitius quaedam de pingendi arte diſſereret: *rideri ipſum a pueris, qui colores miſcebant.* Nam ne aegre feratis, Viri Critici, Grammatici, Poëtici, nos pueri ſumus & puerilia crepundia tractamus, ſi conparemur cum viris Conſultiſſimis, qui ſalutari adjectione vel detractione particulae negativae magnos Imperatores loqui cogere poſſunt, non quod ipſi olim juſſerunt, ſed plane contrarium & quod Papinianis noſtris videatur aequius. Si conponamur cum Philoſophis acutiſſimis, quibus parum videtur hujus mundi univerſam machinam, ut domus propriae ſtructuram, perſpectam habere: ſed novos, quoties libet a poëticis lecythis aliquid mutuari, innumeroſque mundos fingere & fabricari in promtu eſt. Si conferamur cum . . . Voſſius tamen noſter, qui a ſtudiis hiſce non alienus fuit, hos omnes *ſtultos* & *ridiculos* vocaturus videtur fuiſſe, ſi illotis manibus ad ſacra haec noſtra, qualiacumque ſint, acceſſiſſent.

At, quam liberas ille indignationi juſtiſſimae habenas indulſiſſet, ſi Pavoni huic noſtro aliquis ſimilis Grammaticaſter ſeculum illud eruditum infamaſſet! Is enim, cum ſe profiteatur Grammaticum, Criticum, &, ſi Diis placet, Poëtam, ne prima elementa quidem proſodiae vel artis metricae, nedum poëſeos, leviter edoctus, tamen antiquos

tiquos Poëtas & Metricos non tantum inficetis audet commentariis inquinare, ſed etiam primos hujus ſeculi in his artibus viros, ceu pueros & fungos, paſſim traducere non dubitat: dignus profecto, qui ex honorato eruditorum coetu cachinnis & ſibilis expellatur, ſi tamen unquam ibi locum habere cuiquam viſus fuit, & ad pinguem ludimagiſtrorum, quos ſtupor imis ſubſelliis in aeternum adfixit ſuus, detrudatur gregem.

Nam crederesne, Lector, huic jactatori metricae peritiae plane ignotum fuiſſe, quid in verſu *Caeſura*: quid *Caeſurae* vis ſit! ita ſe tamen res habet. Atqui licet id omnes e puerili inſtitutione teneamus, tamen rem paucis hic exſequi libet: ſi quis forte harum rerum oblitus ad haec accederet legenda. Definiente igitur Voſſio „ *Caeſura eſt, cum poſt pedem ſupereſt ſyllaba, quae finit dictionem. Sic vocatur quaſi ſectio, quia ita ſecatur vox, ut poſterior ejus pars initium ſit pedis ſequentis.*" Graecis dicitur τομὴ. ita ex. gr. Hephaeſtioni pag. 48. pag. 55. δεῖ τὸ ἐλεγεῖον τέμνεσθαι πάντως καθ' ἕτερον τῶν πενθημιμερῶν. *Elegia debet ſecari ſemper in quinto ſemipede*, id eſt, *quintus ſemipes debet eſſe initium alterius pedis, & finis vocis.* Ex his quid ſit caeſura, ſatis percipimus.

Jam hae caeſurae locum habent in tantum non omnibus metris. excipias Anapaeſtos, & ſimiles verſus, qui libenter caeſura carent. nam e contrario amant diſſolutos pedes: id eſt ſingulis vocibus conſtantes. caeſura autem & pedes & voces implicat. eleganter & vere Erythraeus p. 56. *de Lic. & Dilig. carm. Virgil. Verſus heroici maxime probari ſolent, qui inter dimetiendum inveniuntur ita complicatis inter ſe pedibus, invicemque conſertis, ut pes pedi ſit tanquam catena vinctus.* jam id caeſura efficere ſolet.

at e contrario vitioſum id etiam eſſet poſt ſecundum pedem in Anapaeſto

Cogit | *nitidum* || *Phoſphoros* | *ignem.*

Sed agemus modo de Heroicis & Iambicis hic. in quibus caeſura neceſſaria paene in quinto ſemipede, in πενθημιμερεῖ: aeque atque in Elegiaco. certe rariſſime tertius pes integra voce conſtat, ut exempli gratia,

Carminibus cele|*brabunt* |.

vel

Carminibus vos | *laudant*|

Vox enim debuiſſet finiri poſt ſyllabas *bra* & *lau.* Graeci quidam non ita religioſi. eodem modo vitioſum erit in Iambo,

Jubet ſepul|*crales pater ſtrui rogos.*

vel

Herbasque quas | *mittunt Iberiae juga.*

Nam vox debebat finiri poſt ſyllabas *cra* & *mit.* Horatius numquam talia admittit, in his ſecutus Graecos ἰαμβοποιοὺς. Seneca raro. ex Graecis Tragicis Aeſchylus ſaepe. Sophocles & Euripides parcius longe. Ariſtophanes aliquando. excipio verſus, ubi ſingulae voces ſingulos pedes conſtituunt. tum etiam tertius pes aliquando integra voce ſine vitio abſolvitur. Sed tales niſi in enumeratione raro occurrunt, nec tum duri quid habent. ut apud Ariſtoph. N. 66.

Κριὸς, τράγος, ταῦρος, κύων, ἀλεκτρυών.

Menander etiam in his raro ſibi indulſit, quantum

ex

ex corruptis adeo verſibus conjici licet. Quid Latini Comici in his ſibi permiſerint, arbitrium eſto penes eos, qui ſingulos verſus dimetiendi laborem exantlarunt. vide Bentleji in Terentium praefationem. huic vitio medemur, ſi poſt tertium pedem, in ἑπθημιμερεῖ, fiat caeſura. ut ſi *celebrabuntur*, *laudabunt*, *miſſurus* ſcribamus, & aliis modis.

Obſervandum autem τομὴν, κόμμα, *caeſuram* aliquando quoque vocari partem verſus, quae caeſura ſolemniori comprehenditur. Sic elegia gemina τομῇ conſtat: gemino κόμματι, quod πενθημιμερὲς vocatur. Sed iſta compellatio cum hac caeſura confundi non debet.

Vidimus de caeſura quid ſit. Jam de ejus ſingulari vi pauca videamus. nempe *caeſura*, *tome*, ſive ſyllaba vocis poſt pedem reſtans, ſive prima ſequentis pedis, in omni verſu *communis* eſt: id eſt, licet ſit natura brevis, poteſt produci. paſſim exempla obvia.

Pectori|būs | inhians.

Νέϛορα δ' οὐκ ἔλα|θεν | ἰαχὴ.

at tamen in caeſurae hac vi admittenda Latini parciores, quam Graeci: qui etiam vocales paſſim ita producunt breves: in quo parciſſimi ſunt Latini. Imo licet ea ratione ex. gr. quintus ſemipes in Elegiaco eſſet communis, tamen rara ejusmodi exempla apud Lat. &Gr. occurrunt. quamvis quidam, ut Terentianus Maurus prodidit p. 81. eam ſyllabam communem cenſuerint. qua ratione multi Itali poëtae poſt inſtauratas literas peccavere. Si cauſa rogetur, cur hae ſyllabae in caeſura poſſunt produci, viri docti juſtam dederunt. nempe quia mora in illa ſyllaba quaedam fit: unde & *manſio* vocatur: & quia *ictus pronuntia-*

tionis, ut quidam loquuntur, in hanc verſus partem cadit. J. Caeſar Scaliger in poëticis hoc non ſemel tradit. videatur quoque acutiſſimus S. Clarkius ad Il. A. 51.

Jam Pavus adeo indoctus eſt, ut vim hanc producendae ſyllabae, quae modo concluditur in prima parte pedis, in quo inciſio, transferat in ultimam partem pedis: & putet, ultimam partem pedis poſſe produci beneficio caeſurae. ex. gr. in verſu,

Pavonis quis non miratur | horrida metra.

ille contendet ultimam in *miratur* poſſe produci beneficio caeſurae at dices caeſuram ibi nullam eſſe. merito. nec magis quam in illo Homeri Il. Λ. 36.

Τῇ δ' ἐπὶ μὲν Γοργὼ βλοσυρῶπις ἐστεφάνωτο.

ubi Barneſ. *producitur ſyllaba etiam extra caeſuram, vi finalis.* At ego illam vim *finalis admodum parvam reor.* Clarkius. *Non ſine magno artificio, productâ hic, etiam* extra caeſuram, *ſyllabâ brevi, verſus ipſe videtur diriguiſſe.* quocum potius fecerim. At Miſellus pedis dimenſionem turpiter confudit cum caeſura, & ſecundum ipſum in verſu iſto Ariſtophanico.

Κριός, τράγος, ταῦρος, κύων, ἀλεκτρυών.

erunt ad minimum quatuor caeſurae: cum nec ulla ſit in toto verſu. non magis quam in hoc hexametro quem Voſſius adducit:

Urbem fortem nuper coepit fortior hoſtis.

vel in hoc Iambo quem laudat.

Ἀλλ' ἴθι σὺ μὲν ταχέως δραμὼν τι δρῶ; λέγε.

at

at rogas, ubi hanc omnium abſurdiſſimam doctrinam prodiderit! ad Menandrum p. 71. apud Athenaeum enim legitur L. IV. p. 132.

> Μᾶλλον προσεδέξατ'. εἰ δὲ τις ἔρχεται
> Ἀρκαδικὸς τ' ὐναντίον
> Ἀθάλαστος ἐν τοῖς λοπαδίοις ἁλίσκεται.

„ *Inde, inter ipſos riſus hoc ipſi incidit, quod non rogat, ſed edicit* (dictator vitio creatus) *ut poſthac B. legat.*

> Μᾶλλον προσελέξατ', εἰ δέ τις παρέρχεται
> Ἀρκαδικὸς ἂν τ' ὐναντίον ἁλίσκεται. &c.

& ſic levi opera affirmare ſe poſſe, ait, *hunc locum perſanaſſe. nam* ἁλίσκεται *facile potuit transferri. & quod Bentlejus forte ignorat, at Pavus una cum Eruditioribus ſcit, ultima in* τ' ὐναντίον *producitur propter ſpiritum aſperum in voce* ἁλίσκεται *&* VI CAESURAE.

Vi caeſurae τ' ὐναντίον producitur, ubi ne quidem umbra caeſurae eſt! Sane *ſecundam* διποδίαν in trimetro Iambo video in ultima hujus vocis finiri, *caeſuram* nullam deprehendo. Quin, metricorum ſtolidiſſime, neſcis *caeſuram* in *Iambico* numquam aliquid poſſe operari ad producendam ſyllabam. nam caſus in hoc carmine nequit dari, ut ſyllaba, in quam caeſura cadit, cum natura ſit brevis, ob verſum fieri longa debeat. nam nihil vetat, quo minus brevis maneat. imo rectius brevis, quam longa, in omni caſu erit.

Si in hoc tuo verſu fingere velis, ſyllabam ON poſſe produci beneficio finitae διποδίας. vel, quam Barneſius ſaepe crepat, *vi finalis.* fingas hoc per me licet. imo quoniam Iambicus *ter feritur* ſecundum Terentianum pag. 94. contende ultimam cujusque

διποδίας poſſe produci non modo, verum etiam ultimam cujusque pedis, quoniam Horatius A. P. vs. 253. ait Iambum *ſenos ictus reddere*, & everte omnem proſodiam. licet. una modo confiteare, te plus quam pueriliter erraſſe, cum hic *caeſurae* mentionem feceris. nam caeſura Grammaticis non dicitur ubi pes finitur: ſed ubi pes & vox inciditur.

Profecto, ut huic rei aliquantum inhaeream, apud Ariſtophanem, Lycophronem & alios multi adhuc verſus exhibentur, quibus hoc *ſyllabae finalis* beneficio opus eſſe poſſet quis contendere. Sed ſi mihi viginti tales verſus exhibeantur, octodecim alio leniorique remedio perſanabo, adjiciendo ſcilicet N ἐφελκυστικόν. Exempla paſſim obvia: & Kuſterus multa jam in ſua ἐκδόσει reſtituit tam in Iambis, quam in Anapaeſtis. plurima adhuc intacta reliquit. inſpice Plut. vs. 518. ubi legendum μοχθήσουσιν. vs. 531. ἐστὶν. vs. 833. ἀπέλιπεν. Nub. vs. 875. ἐστὶν. vs. 940. ῥηματίοισι. vs. 963. ἐδίδασκεν. vs. 1065. στρώμασιν. vs. 1401. πράγμασιν. eodem vitio laborat Luciani Epigr. in Anthol. p. 32. in voce εὐπράτλευσι. ſed lege,

Τοῖσι μὲν εὐπράτλουσιν πᾶς ὁ βίος βραχύς ἐστι.

ut ibi Codd. veteres habent, Palat. & alii. libens legerim quoque εὐπράτλουσιν ἅπας. nam turbatur hic in Codd. Quibus in locis & centum aliis male litera illa deficit, & ita metrum turbat. eſſe autem legitimum remedium, nec licentiam hic ſibi indulſiſſe poëtas, inde patet, quod numquam vel rariſſime iis locis ſyllaba occurrat brevis pro longa, cui non poſſit ita ſuccurri. ex. gr. inveneris ἀπήλασε τοὐναντίον. ubi ſecundum canona ἀπήλασεν legendum. at numquam inveneris ἀπήλασα τοὐναντίον. quia ſyllabae ΣΑ ita ſuccurri nequit. non negari tamen poteſt hic illic quaedam

dam licentiae in his adparere hodie veſtigia. ex. grat. apud eundem Ariſtophanem Eccleſ. 706. ſi quidem locus ſanus,

Βαδιςέον ἄρ᾽ ἐςιν εἰς ἀγορὰν ἐμοί.

ultima producitur in Βαδιςέον, ut in Pavonino τ᾽ὐναν-λίον. Kuſterus νῦν reponit, & ſic res ſalva erit. Si Pavo hic eſſe caeſuram docere potuerit, illud Νῦν ad corvos amandabimus, vel etiam ſi vim finalis fortioribus documentis adſtruxerit. quae ſi obtinuerit, verſum hunc Euripidis Hercul. Fur. 1116. ſic medicari poterit.

Μέγας ὁ κόμπος, τὴν τύχην δ᾽ ὔπω λέγεις.

ſed potius ad vim aſpirationis confugerem.

Ex ejusdem ignorantiae fonte & alios turpiſſimos errores homini natos eſſe animadverti. caeſurae enim vi vocula *que* apud Latinos, & τὲ apud Graecos producitur, ſive ſequatur duplex aut liquida litera ſive non. re vera quidem ſaepius duplex litera ſequitur: ſed perpetuum hoc minime eſt. vide N. Erythraeum de Lic. & Dilig. Carm. Virg. c. V. p. 36. c. X. p. 62. & in Indice in *Que*. Sic apud Virgilium

Chloreaque, Sybarinque, Daretaque, Therſilochumque.

&

Luminaque laurusque Dei, totusque moveri.

Ovid. V. Met. vs. 484.

Sideraque ventique nocent avidaeque volucres.

VII. Met. 225.

Othryſque Pinduſque & Pindo major Olympus.

X. 262.

Liliaque pictaſque pilas & ab arbore lapſas.

X. 308.

Cinnamaque, coſtumque ſuam, ſudataque ligno.

XI. 290.

Peleuſque comiteſque rogant, quibus ille profatur.

vide Heinſ. qui laudat Ob. Giſanii indicem Lucret. p. 462. ubi legitur, *caeſurae vim eſſe ut ſyllabam brevem corripiat.* at in repetita editione Leidenſi interpoſitum *non.* praeſtitiſſet mutaſſe vocem in *producat.* videatur quoque Chr. Waſii Senarius p. 57. Locus e Statii Theb. L. X. vs. 275. rectius ab aliis editur

Tergaque pectoraque & galeis occluſa relinquit.

Certe duo Codices mei, unuſque Taurinenſis & ante *galeis* agnoſcunt. Sic Graeci. Dionyſ. Perieg. 502.

Πολλή τε λιπαρή τε καὶ εὔβοτος.

Il. I. 443.

Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων.

Epigr. apud Kuſterum ad Suidam in voce Μιαρόν.

Εἴερμά τε ῥοδόεντα καὶ εἰς κυανότριχα χαίτην.

Q. Calab.

Q. Calab. L. III. 638.

Πνειαί τε λιγέων ἀνέμων ἀμέγαρτον ἀέντων.

at quid hic ſtupor Pavonis! „ *Aut τε hic producitur ante liquidam, aut ſcribendum eſt, καὶ πνειαὶ λιγέων ἀνέμων* “ vides, Lector, quam ineptis hominibus boni auctores edendi committuntur. Nam plane ignoravit caeſuram, & vim ejus.

Verum ad L. VIII. aliquid ipſi ſuboluit de *caeſura*. nam centum exemplis poſſem probare ex ipſo Calabro hominem edere coepiſſe auctorem, antequam ad finem perlegerat: & ita ſaepe improbaſſe in principio, quae poſtea agnoſcere auctoritate ſui ipſius ſcriptoris coactus fuit. quo quid turpius! exempla ad ipſum Calabrum ſiſtam. eo igitur libro vs. 141. legitur.

Ὀςέα τε, σάρκας τε, κύνες διὰ πάντ᾽ ἐδάσαντο.

Ad haec redivivus Hephaeſtion. „ *τε σαρ hic pro Spondeo eſt. an igitur non ſcribendum conjunctim ὀςεάτε, ut ſic quaſi caeſurae locus ſit? ita videtur certe ſi verba ſunt ſana. Scribendum forte ὀςέα μὲν vel ὀςέα δὴ, aut aliud quidquam ſimile.*“ Quid prius mirabor! an novam hic formulam *quaſi caeſurae?* Nam quaſi caeſura, ſi qua talis, eſſet caeſura Trochaica. an novam & Graecis ignotam ſcribendi rationem *ὀςεάτε.* ut *luminaque?* an inprovidam verſus athletice ſe habentis corruptionem? quid enim! id quod hic damnat, totidem literis & punctis apud Homerum Odyſſ. I. 293.

Ἔγκατά τε σάρκας τε καὶ ὀςέα μυελόεντα.

exſtat *τε σάρκας τε* utroque loco. An hiſcere ad haec audes

audes adhuc, Morio. nam non eſt hominis temerarii, ſed plane inſani, cum in poëtis Graecis, qui ſuperſunt, mille procul dubio & plura inveniantur loca, ubi vocula τὲ ita producitur, & in Latinis ejusdem naturae inveniantur totidem alia, ubi *que* longa eſt ſyllaba, ea velle mutare. non jam quaero qua licentia quave de cauſa hoc fiat. nam niſi inter ſtultos familiam ducere ambiamus, ſufficere debet ita fieri ſolere. habemus autem hic exempla in Latinis, ubi ante C. L. P. S. V. *que* producitur. in Graecis ante Λ. Ρ. Σ. procul dubio & ante alias literas productae voculae *que* & τὲ habentur: quae nunc non ſuccurrunt. ante literas duplices & poſitiones paſſim quoque exempla occurrunt.

Male habuit hominem vane religioſum in ὀςέα τε produci caeſurae vi voculam τε, cum vox nulla oculo ſecari videatur: & ideo fingit ſcribendum eſſe ὀςεὰτε. at dic, quis tu es, Pave, qui nos relictis veteribus magiſtris, pronunciationem linguae Graecae docebis! quis tu es, ut tibi credamus, ὀςέα τε non fuiſſe prolatum, ut ἄλλα τε! ita enim factum, accentus docent. quis tu denique es, ut genus ſcribendi in linguam inducas, quod nec a Grammaticis, nec a Codicibus agnoſcitur! pronunciarunt aliter ὀςέα τε, aliter δένδρεά τε. & ideo aliter etiam quod ad accentum, qui pronuntiationem regit, ſcribendum etiam in verſu. ego enim G. J. Voſſii ſententiam ſequi non dubito, qui ſe *in ea haereſi eſſe ajebat*, *veteres in verſu recitando habuiſſe rationem tum accentus tum quantitatis.* Nam minime credibile eſt Latine, *altaque* & *liminaque*, eodem modo prolata fuiſſe. Sed modum diverſum accentu expreſſo Latini Grammatici non indicaverunt. Graeci indicaverunt. res Latinis Graecisque communis: rei ſignum apud Graecos ſolos invenitur. quando has notas coeperint adponere

non

non inquiro: res ipſa ſemper fuit, dum in linguae formam loquela Graecorum Latinorumque deducta fuit. poſſem tamen forte accedere Iſaaco Voſſio in libro de Poëmatum Cantu p. 19. ante mille annos maxime invaluiſſe accentus adpingendi uſum frequentem: at tum amiſſam fuiſſe veterem rationem pronuntiandi; Grammaticosque iſtam penitus corruptam rationem accentibus expreſſiſſe, minime mihi adhuc perſuaſum eſt. & accentus non quantitatis indicandae cauſa adpoſitos; ſed ad pronuntiationem & rhythmum regendum reor. Sed hoc nihil ad rem. ſtultum ſatis ab uſu etiam per mille annos recepto temere recedere, &, ſi accentus nugae ſint, novas ineptias veteribus addere.

Cur autem Latini voculam *que* vocibus adjungant: Graeci ſeparatim a vocibus τε pingant: id uni uſui tribuendum, quo Latini vocis encliticae inclinationem indicaverint ipſa junctura vocum: Graeci autem iſtam inclinationem ſignare neglexerint: niſi quod Grammatici in accentuum notis hujus inclinationis rationem habuerint. & non ſtultior eſſet, qui *alta que* & *limina que* vellet ſcribere ſeparatis vocibus, quam ille eſt, qui nos jubet ὀςέατε ſcribere. propter inclinationem autem voces ὀςέα τε, δένδρεα τε pro una habentur, & caeſurae locum faciunt.

L. VIII. vs. 226. rurſus eadem chorda delinquit

Δένδρεά τε ῥήγνυσι.

„ τε ῥη *hic etiam Spondeus eſt. vide vs.* 144. *Scio tamen quid de litera* ρ *dicturi ſunt multi. ſed fors locus male etiam habet. an ſcribendum,*

Δενδρεά τοι, *vel* δενδρεά τ' ἄρ' ῥήγνυσι."

Dic qui probaſti ὀςεάτε σάρκας cur non ſcribis δενδρεάτε. ego ſi res mei arbitrii eſſet, hominem, ligatum bene, quatuor muris includendum darem: non enim de-

delirat, ſed furit, ſed inſanit. quis enim talia & tam oppoſita ſibi ex una bucca unquam audivit! Porro ſe ait ſcire, quid multi dicturi ſint de litera P. at Pave, tu dic, utrum te judice verum an falſum dicturi ſint, ſi aſperitatem eam illi literae ineſſe contendant, ut ſaepe breves ſyllabae producantur ejus beneficio. proloquere. non intra dentes fractas voces oggrunni. nam alioquin quid lectoris intereſt, an tu ſcias nec ne, quid multi dicturi ſunt de litera P. Ego ergo dicam perſpicuis verbis: licet ex ſuperius diſputatis adpareat, ut ſyllaba τε *que* & aliae producantur, vim caeſurae ſufficere: tamen Poëtas tam Graecos quam Latinos frequentius & libentius tales ſyllabas producere, cum non modo caeſurae, ſed & duplicis literae, vel poſitionis, vel literae P ope uti poſſunt. Ariſtoph. Nub. vs. 343.

Κὐχὶ γυναιξὶν | μὰ Δί' ὐδ' ὁπῦν | αὗται δὲ ῥῖ|νες ἔχυσι.

vs. 415.

Μήτε ῥιγῶν | ἄχθει λίαν|, μήτ' ἀριστᾶν | ἐπιθυμεῖς.

Sic certe Juntina. Kuſteriana Pavunculi delicias γε habet. ſic Homerus Il. π. vs. 228.

Τό ῥα τότ' ἐκ χηλοῖο λαβὼν ἐκάθηρε θεείῳ.

Il. Σ. vs. 402.

Ἐν σπῆϊ γλαφυρῷ. περὶ δὲ ῥόος ὠκεανοῖο.

& forte in centum locis Homerus τε eodem modo ut hic, & in Calabro fit, producit. Il. B. vs. 647. Il. I. vs. 499. 657. & Theocr. 15. Idyll. 128.

Τὰν μὲν Κύπρις ἔχει, τὸν δ' ὁ ῥοδόπαχυς Ἄδωνις.

&

& XXVI. Idyll. 48.

Τί ῥέζεις σατυρίσκε.

& Epigr. 1.

Τὰ ῥόδα τὰ δροσόεντα.

ubi 'P eandem vim habet cum duplici δρ.

Ad Homeri locum Clarkius animadvertit in Codd. ſcribi τόῤῥα. ita ſane ſaepe. vide ibidem Barneſ. ſic in ſecundo loco Homeri in antiquiſſimo Codice inveni δειῤῥόν. in loco primo Theocriti duo Codd. ſed ex recentioribus ὀῤῥοδ. Et de talibus in infinitum diſceptari poteſt. Codd. antiqui & optimi audiendi, & placita veterum in his Grammaticorum non negligenda. quin ſuffecerit noviſſe in his locis has ſyllabas produci. cauſa ignorari ſine grandi incommodo poteſt. nam ipſi veteres Grammatici jam ſibi in his contradixerunt. ita Ariſtarchus ὅ ῥα ſcribebat, Heracleon ὄῤῥα, ut ex Sch. Apoll. III. 37. adnotat ad laudatum primo loco Homeri verſum Barneſius. id ex his concludere poſſumus tuto, ſyllabas ante P literam produci frequentius, quam ante aliam: & ſtultum eſſe Pavum, qui talia incruſtare audet.

Rurſus tortuoſum hoc caput in aliis locis contra Codd. caeſurae vim tribuit, ubi nullo modo iſta opus erat.

L. VI. 90.

,,Ἑρμιόνην καὶ πολλὰ καὶ ὄλβια δῶρα σὺν αὐτῇ.

repetitum καὶ *ingratum eſt: jucundius fuiſſet.*

Ἑρμιόνην πολλά τε καὶ ὄλβια δῶρα.“

καὶ *repetitum ingratum!* imo longe ſonorius & efficacius

cius in recenſione donorum καὶ πολλὰ καὶ ὄλβια, quam alterum illud. longae magis ſonant ſic primae in his vocibus ſyllabae. nam in altera poſitione tonus incidit in λὰ, terminationis modo ſyllabam. vide Il. Σ. 43. ubi καὶ quater in uno verſu. etiam centena alia loca corrumpat. ex. gr. apud Oppian. 1. *Halieut.* vs. 97.

Καὶ κιθάρῃ, καὶ τρίγλα, καὶ ἀδρανέες μελάνουροι.

reſcribatur τρίγλαι τε Pavonino more. poterit enim. ſed quid ego haec bardo huic homini accino!

Atqui ſcias, Pave, haec pleraque non tibi ſcribi, ſed Lectori, cui poëticae contigerunt, non tuis ſimiles aures, quas eodem typo cum Midae auribus eſſe effictas norunt omnes & ſinguli.

Sic paſſim a caeſura verſum ſola fulciri facit, ubi tamen poëtis placet & alia auxilia advocare. ex. gr. Calab. L. I. 70.

Δευλεὼ Πενθεσίλειαν ἐπὶ πόλεμον μεμαυῖαν.

Rhod. & Scal. πτόλεμον. Pavo. *non neceſſe, ubi caeſura adeſt.*" hoc ſcimus non neceſſe eſſe, ſed opus eſſe. quia optimi Codd. paſſim πτόλεμος, πτόλις, & ſimilia exhibent. quamvis ſaepe variant. ſed unus tenor ſervandus. quid ſtultius, quam modo hoc modo illud admittere: & inde anſam notulae fatuae arripere? ex. gr. vs. 201. & 243. edidit ἀπὸ πτολέμοιο κιοῦσαν. Cur non hic. vs. 106. ἀνὰ πτόλιν εἰσορόωντο. vs. 195. ἔτι πτόλις ὄφρα καὶ ἡμεῖς. an ibi πτόλις in πόλις mutarem, quia Cod. unus ſic habet. rurſus vs. 467. περὶ πολέμοιο μελήσει. Rhod. πτολέμοιο. Pav. *non neceſſe, monuimus jam.*" & ſic paſſim macras notas tali-

bus

bus ineptiis ſaginare aliquantum conatur. v. L. VIII. 263. 266. L. IX. 258. edidit ipſe

Ποτὶ πτόλιν. ἦχι καὶ ἄλλοι.

eodem libro vs. 89. edidit,

Περὶ πτόλιές τε καὶ αὐτῶν.

Rh. πτόλιος τε. Pav. *de caeſura iterum non cogitavit.*" o durum os! quin πτόλις & πτόλεμος & πτολεμίζειν poëtae videntur amare, etiam ubi non opus. vide Callim. Jov. 82. Dian. 261. ubi Cod. πόλιν. alius πτόλιν. Apoll. IV. vs. 1282.

Ἀνέρες εἰλίσσονται ἀνὰ πτόλιν, ἢ πτολέμοιο.

ubi ego tamen malim cum Cod. optimo πολέμοιο: apud eundem L. III. 1090.

Ἐν δ' αὐτῇ ἰαολκὸς, ἐμὴ πτόλις.

Sed ibi tamen idem Cod. πόλις. certe πτολίετρον neſcio an alia γραφῇ vel dialecto occurrat.

L. IV. 99.

Καὶ σοῖο καὶ αὐτοῦ ἀμύμονος Ἀτρείδαο.

Rhod. καὶ σεῦ ἠδὲ καὶ. Pav. καὶ σεῖο καὶ αὐτοῦ. & ait. „ *Spondeum fore ο καὶ. poteſt enim produci vi caeſurae*" imo, Pave, & ο & καὶ ſunt breviſſimae ſyllabae hic, nec ſe ulla vi ſuſtinere poſſunt. oſtendis, quam in re metrica ſapias. ligneus fuerit poëta, qui tales caeſuras commiſerit: & tu lapideus Criticus es, qui tales defendis. Scal. Ἢ καὶ σ. κ. α.

L. IV. 566.

Πολλάκις. οὐδὲ μὲν ἐσθλὸς (ἐὼν) Καπανήιος υἱός.

ita Rhod. Pav. ἐσθλὸς ἄρα, & per caeſuram defendit.

nemo harum recularum peritior talia tentarit. ejusdem farinae eſt quod L. XIV. vs. 158. adfert.

Καί με μεμαυῖαν ὄϊζυρῶς ἀπολέσθαι.

ubi Rhod. βίον & alia. non male. Scal. πάρος optime. noſter diſſolutiſſime & ingratiſſime. Καί με μάλα μεμαυῖαν. Si verſum iſtum clara voce pronuntiet Pavo menſe Martio, non dubito quin ſtatim omnes vicinorum feles ad dilectam Muſicam μεμαμεμα accurſurae, & ſpectaculum viri curioſitate dignum exhibiturae ſint.

Eodem libro vs. 350. legitur peſſime. θῆκε Θεὸς θαῦμα μέγα ἐσσομένοισι βρότοισι. cum ibi

Θῆκε θεὸς μέγα θαῦμα καὶ ἐσσομένοισι βροτοῖσι.

e reſtitutione Rh. potius ſit legendum. cui adſtipulatur Scal. tales transpoſitiones in Calabri Codd. ὅσα κόνις. vide Vannum p. 187. & 188. Pavus. „*non neceſſe. nam γα in μέγα per caeſuram producto verſus non eſt pravus.*“ Scandamus ergo verſum.

Θῆκε θε|ὸς θαῦ|μᾶ με̆|γᾶ ἐσσ|ŏμε̆|νοισι βροτοῖσι.

Concurrite, concurrite omnes Metrici, Proſodici, Poëtae, Poëtaſtri, Verſificatores, & domate hoc monſtrum: cui ſimile nec Africa tota unquam protulit. At forte etiam Anapaeſti admittantur in Heroico. Scandamus igitur iterum

Θῆκε θε|ὸς θαῦ|μα με̆γᾶ | ἐσσ.

patronum habebis Radulphum Wintertonum in Heſiodi L. II. Oper. & Dier. vs. 111. de cujus meritis in

iſtum

iſtum poëtam malim teſtimonium J. G. Graevii, judicis aequiſſimi, quam meum audias in Sylloge Burmanniana Epiſtol. Vol IV. pag. 69. Epiſtol. 51. at video, video, quid voluit. Somniculoſior erat, cum haec ſcriberet, fatigatus ſcilicet Herculeo illo labore, quem Calabro inpenderat, & ſcripſit oſcitans *μέγα* pro *θαῦμα*. Sic verſus non poſſet eſſe pravus in carmine Pavonino. elegantes enim ſoni *θεὸς θαῦ* & *θαῦμα μέ*. nec indecorus hiatus. Porro licet Rhod. emendatio poſſit videri exceptione major, forte aliter ſanari poteſt hic verſus. Si legamus

Θῆκε Θεὸς μέγα θαῦμα μετ' ἐσσομένοισι βροτοῖσι.

& ſic cauſa erroris quoque adparebit: ſcilicet pro *μετ'* ſcriptum fuit *μέγ'*. qui error frequens. eo ſemel admiſſo, exſulare coepit prius *μέγα*. locutionem integram habet Hymn. Mercur. vs. 270.

Καὶ κὲν δὴ μέγα θαῦμα μετ' ἀθανάτοισι γένοιτο.

Sic L. IX. 95.

—— οὐ γάρ τι κακώτερον ἔλπομαι ἄλλο
Πῆμα μέγ' ἀνθρώποισι ὀϊζυροῖσι τετύχθαι.

ubi Rh. & Canter. recte *μετ'* malunt. obiter notes negligentem inſcitiam Pavonis, qui ibi ſupine edidit *ἀνθρώποισι* pro *ἀνθρώποισιν*, ut bene habet Aldina. quam vel inde patet, quam fideliter contulerit. eodem libro vs. 192 rurſus e contrario *μετ'* pro *μέγα* obtinet. ubi tres Dausquejanae & totidem Pavoninae paginae non tantundem valent ac Rhodomanniana ſimpliciſſima nota *Δυρὶ μετ'. δυρὶ μέγα*. in Heſiodi Aſpide vs. 89. alibi in Miſcellaneis noſtris repoſuimus

mus pro ἤ τι μετ' ἀθανάτυς . . Ἤλιτεν. ἤ τι μέγ' ἀθανάτυς. Apollon. III. 890.

Ὦ φίλαι, ἦ μέγα δή τι παρήλιτον.

Alio rurſus modo in caeſuram peccat, cum πενθημιμερῆ τομὴν negligit. licet enim tales apud Homerum & alios occurrant verſus, a Critico iidem tamen profecti omnino rejiciendi.

L. III. 258. legitur

Οὐδέ με δωτίνῃσιν παρφάμεν@ πτολέμοιο.

Rhod. optime δωτίνῃσι παραιφάμεν@. oggrunnit Noſter. *Non neceſſe: nam verſus eſt bonus: quamquam minus jucundus.* ſcilicet Calaber vel ullus poëta verſus *minus jucundos* ſine neceſſitate pangeret? quantum eſt ſapere!

L. IV. 571. legitur.

Πολλὸν ἐπεὶ ταχέεσσιν ἐϱίδμαινε πόδεσσι.

verſus non eſt ἀρτίπυς. *legendum ſuſpicor*

Πολλὸν ἐπεὶ ταχέεσσιν ἐϱιδμαίνεσκε πόδεσσι.]

hic omnino bene ſervavit caeſuram. At ita Scalig. emendarat: quamvis Pavus id non adnotarit.

Verum quid deſignat L. IX. 101.

Μήτι τιν' ἄλλον Ἀχαιῶν ὑποτρομέειν περὶ πάτρης.

Rh. ſimpliciter & vere emendavit Ἀχαιὸν. quid Strepſiades noſter? „*non accedo . . . unde quaeſo pendet* μαρναμένυς *& ipſum* ὑποτρομέειν? *id nemo mibi dixerit . . . res eſt certa. ſcribe igitur . . .* μήτι

τιν'

τιν' ἄλλον Ἀχαιῶν δεῖ τρομέειν περὶ πάτρης Μαρναμένυς.
„ Quamvis Οὖτις non vocer, Cyclops, tibi dicam, unde pendeat μαρναμένυς. ab ὑποτρομέειν. & id poſitum eſt pro imperativo, ut millies ille modus pro hoc ponitur. vide Boſium in Ellipſi in voce θέλω & κελεύω. &, quando prodierit liber, Doctiſſ. Jo. Chriſtoph. Wolfium ad Libanii Epiſt. CCCXXX. Ut hoc te obiter doceam, neque θέλω neque κελεύω in his ellipſeſi, neque tuum δεῖ ſemper convenit. nam ſi nominativus adjungitur, certe ultima verba locum non habent. quod tu putide ignoraſti etiam ad L. XII. vs. 29.

. . λαοὶ δ' ἀπὸ νόσφι νέεσθαι
Εἰς Τένεδον σὺν νηυσὶν, ἐνιπρῆσαι δ' ἄρα πάντα.

ubi tu non minus inperite quam audacter reponere conaris νέωνται & ἐνιπρήσαιντο. quale facinus nemo tentarit, niſi qui literas didicit quemadmodum pica humanas voces. Heſiod. Aſp. vs. 97.

μέγα ᾗ φρεσὶ θάρσος ἀέξων
Ἰθὺς ἔχειν θοὸν ἅρμα.

ſcribe ibi ἔχοις, ſtolidiſſime ſtipes.
Theocr. Idyll. X. 47.

Σῖτον ἀλοιῶντες φεύγειν τὸ μεσαμβρινὸν ὕπνον.

ubi quidam Codd. tamen ἀλοιῶντας, ut Scaliger malebat. & tum ibidem vs. 50. ſervari poteſt ἀμῶντας. Sed talia in te mirari deſino, ubi video doctiſſimum S. Clarkium ad Il. A. vs. 20. *ideo minus recte legi putare*,

Παῖδα δέ μοι λῦσαί τε φίλην, τὰ δ' ἄποινα δέχεσθαι.

 quia

quia ſequitur.

Ἀζόμενοι Διὸς υἱὸν ἑκηβόλον Ἀπόλλωνα.

quaſi non ipſe edidiſſet Il. P. vs. 692.

Ἀλλὰ σύ γ᾽ αἶψ᾽ Ἀχιλῆϊ, θέων ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν,
Εἰπεῖν.

Et Il. Y. vs. 337.

Αὐτὰρ ἐπεὶ κ᾽ Ἀχιλεὺς θάνατον καὶ πότμον ἐπίσπῃ,
Θαρσήσας δὴ ἔπειτα μετὰ πρώτοισι μάχεσθαι.

Hymn. in Vener. vs. 140.

Σὺ δὲ πολλὰ καὶ ἀγλαὰ δέχθαι ἄποινα.

ubi praecedit eodem modo πέμψαι. qui locus favet iis, qui infinitivum in Iliad. Λ. praeferunt. Liban. Epiſt. MCCVII. πᾶσαν ἀφεὶς φιλονεικίαν, βεβαιοῦν τὰς ἐπιστολάς. quamvis autem ex his pateat nominativum recte conjungi tali infinitivo, lectioni in Homero probatae a Clarkio libentiſſime adquieverim ob alias rationes. & vir quoque doctiſſimus non negat plane, ſed *minus convenire* nominativum innuit. Pavoninae audaciae eſt, duos infinitivos ita in definitivos modos mutare, ut ignorantiae ſuae obſequatur: quam, ſi fas eſt, ut exuat, legat haec Lesbonactis περὶ σχημάτων locum. Ἰωνικὸν δὲ καὶ Δωρικὸν ὁμοῦ εἰλημμένον ἀπὸ τῶν κατὰ Σικελίαν Δωριέων. γίνεται δὲ παραλαμβανομένου ἀπαρεμφάτου ῥήματος ἀντὶ προστακτικοῦ ἐν ταῖς τοιαύταις συντάξεσιν, ὅταν λέγῃ τις. δός μοι τὸ βιβλίον. αὐτὸ, δοῦναι, φάσκει. Καὶ Ὅμηρος [Il. B. 10.] Ἐλθὼν δ᾽ εἰς κλισίην Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο Πάντα μάλ᾽ [ἀτρεκέως] ἀγορευέμεν. Ἀντὶ τοῦ ἀγόρευε. καὶ [Il. Δ. 66.]

66.] πειρᾶν δ᾽ ὥσκεν τρῶες, ἀντὶ τοῦ πειρῶ. χρῶνται δὲ τῷ ἀπαρεμφάτῳ ἐπὶ ἑνικῷ προστακτικῷ καὶ πληθυντικῷ ὁμοίως: γράφειν λέγοντες ἀντὶ τοῦ γράφετε. Ὅμηρος [Il. B. 75.] ὑμεῖς δ᾽ ἄλλοθεν ἄλλος ἐρητύειν ἐπέεσσιν. ἀντὶ τοῦ ἐρητύετε. Sed oblitus paene eram me in proſodiacis verſari Pavonis lapſibus. hic ergo durum nobis verſum, & ſine caeſura requiſita, procudit, & praeterea ὑπὸ ita negligit, quaſi nusquam exſtitiſſet.

X. 335.

Ἑζομένη κατ᾽ ὄλυμπον, ἧχι Διὸς ἔπλετ᾽ ἀλωή.

ibi rurſus nobis verſum ſine caeſura fabricatur. κατ᾽ ὄλυμπον τ᾽ vel κατ᾽ ὄλυμπονγ᾽. egimus de vitioſa τ. p. 68. Sed porro ineptulo obſtat, quod Juno hic dicatur ſediſſe in ἀλωῇ. *in area.* (in verſione Rhod. ignavus *ara* edidit, ut in antiqua editione) *Quid*, rogat, *an Jupiter in coelo habet aream, in qua trituratur & creſcit frumentum. nihil pote ineptius.* legit igitur αὐλῇ. At, Pavuncule, neſcisne ἀλωὴν etiam ſignificare locum, vitibus, arboribus, herbis conſitum? & ſi hoc non neſcis, tune Jovi invidebis hortulum ſuburbanum, quo vix mediocris civis hodie carere poteſt? imo credo in coelo Jovis loca fuiſſe, ubi frumentum creſcebat. certe apud Ovidium lego L. II. Met. vs. 26.

Verque novum ſtabat, cinctum florente corona,
Stabat nuda aeſtas, & ſpicea ſerta gerebat.
Stabat & autumnus, calcatis ſordidus uvis.

ego non puto Ver flores petiiſſe ex foro Attico vel Romano: nec Aeſtatem ſpicea ſerta ex Polonia quaeſiviſſe: vel Autumnum uvis Rhenanis calcatis inquinatum fuiſſe. aſt haec omnia in ἀλωῇ Jovis creviſſe autumo. Si tibi hoc ineptum videatur, Calabro forte non

non ita viſum fuit. & quantumvis ſit ineptum; cogita quem auctorem tractes. qui L. II. 494. *tres verſus ſcripſit, quibus nihil ſtultius aut ineptius. ſed ſic blaterandum erat.* vs. 505. *ſententia paulo acutior ad mentem Sophiſtae, non ad mentem poëtae melioris adornata.* III. 55. *acumen plumbeum & mere Sophiſticum* notas. V. 119. forte hic locus *mire iterum refert auctoris flatulentam indolem.* VII. 708. forte hic *putide & Scholaſtice ſcripſit.* VIII. 134. cur ei non licuit ſibi conſtare, *cum ita ubique nugetur?* XII. 101. *forte cum haec pangeret, erat paulo ſomniculoſior.* 194. *cur non ſic vir Scholaſticus, cui ingenium minus concinnum.* XIV. 564. cur Calaber Jovi non hortum ſuburbanum tribueret, qui de Diis ſcripſit, *quo nihil ineptius, & impium magis ac ridiculum!* bellum, bellum auctorem elegit Pavus, in quo reliquias ingenioli, ſi aliquod unquam habuit, hebetaret plane & obtunderet. me tamen miſeret Calabri: licet non optimus poëta, ſane meliore interprete & minus ſtupido dignus fuiſſet. nam hoc in loco certe culpa vacat. Quippe ſermo fit de Junone: qua *aërem* ſignificari novimus. ideoque eam inducit colloquentem cum quatuor anni *Tempeſtatibus:* quae nullo loco aptius collocatae fuerint, quam in ἀλωῇ. imo, ne de ipſa locutione Διὸς αὐλή, quae apud Homerum controverſa olim fuit, loquar, qui Juno cum Tempeſtatibus ſedens in aula Jovis proſpectarit Paridem in Ida monte oberrantem? huic rei locus apertus non clauſus requiritur. quam porro inprobabilis mutatio τοῦ ἔπλετ' ἀλωή in πέλετ' αὐλή.

L. XIV. 442. Ὣς φαμένην προσέειπε Ζεὺς ἀγανοῖς ἐπέεσιν. Rhod. πατὴρ vel ἄναξ pro Ζεὺς reſtituendum cenſet, quia Calaber γλαφυρώτατος poëta εὐρυθμίαν magis amarit, quam ut hunc ſcabioſum verſum admiſerit. Pavus *hoc judicium & hanc* ἀκρι-

βείαν

βείαν Rh. miratur. pluſcula enim iſtius commatis in his, quae non mutavit ipſe.“ neceſſe eſt, ut illud credas fide mendacis hujus Graeculi: nam ne quidem unum exemplum profert. Sed feramus hominem, dum pro lectione tamen prodita, quamquam ſtolide, propugnat. alioquin ſane ſynonyma haec ſaepe mutantur. hoc alicubi ipſe ſtupor Pavonis arripuit, ut obloqueretur certae emendationi Rhodomanni & Scaligeri L. XII. 378. pro Ἀζόμενοι Διὸς μεγάλου, legentium μεγάλοιο διός. Pav. *non male: ſed praeſtat fortaſſe* Ζηνὸς μεγάλου. *iſta ſunt ſaepe commutata.*“ cur praeſtet, non video: ſed vidi Sylburgium in ſuo libro ſic emendaſſe: quem certe fur noſter in Bibliotheca Leidenſi conſuluit. Διός in Ζηνός recte ipſe Rh. mutat L. I. 709. vide p. 189. Vanni. in Anthol. L. II. p. 160.

Κεκλιμένη Ζηνὶ τοῖον ἔλεξεν ἔπος.

ibi in Cod. Pal. Διί. imo etiam in aliis. Coronidem huic de Caeſura tractationi inponam, ſi elegans Antipatri epigramma in primo verſu hoc vitio laborans reſtituerim. L. III. C. 24. p 266. ubi enim nunc legitur

Ἀρτιγενῶν σε χελιδὼν ὅσαν μητέρα τέκνων.

ibi ex Cod. optimo legendum

Ἄρτι νεηγενέων σε, χελιδὶν, μητέρα τέκνων.

in Cod. χελιδόνι. ſed ultima litera eſt a manu ſecunda. forte χελιδοῖ latet. ut apud Anacreontem

Ἡδυμελὲς, χαρίεσσα χελιδοῖ.

Unum hoc addam, me dubitare, an non recte L. VII. 28.

Ὑπὸ παλάμῃσιν ὄλεσσεν.

per caeſuram defendat. ubi Rh. ὑπαί. vid. Il. X. vs. 307. ut verum tamen fatear, Codd. ὑπαὶ exhibentibus hic obſequerer. centena talia occurrunt.

Ad aliud genus tranſeamus. nempe Iambos, Choreos, Trochaeos, Amphimacros, Creticos & neſcio quos pedes, quos paſſim Calabro & aliis poëtis cum magna confidentia nec minore ſtoliditate obtrudit. de quo genere vide Ob. Giſanium in Indice Lucret. p. 458. ubi tamen multa traduntur, quae nullo modo probanda ſunt. uno exemplo defungar. putat primum Iliadis verſum habere Creticum:

Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληιάδε|ω Ἀχιλ|λῆος.

ω αχιλ—υ— nemo talibus adſtipuletur. ſed ad penſa. Vidimus jam Iambum in hoc verſu p. 176.

Ἔων | κρητικὸς ῥυθμὸς οἰστοβόλος.

Sed quem verſum ille vocavit ἀκέφαλον, quo de genere mox. Vidimus Trochaeum p. 176.

Πρᾶτος | ἦν Μώσαις ποικίλος ὑμνοθέτας.

Jam videamus aliquot Amphimacros ſive Creticos. Calab. L. I. 280.

Οἱ Μυκάλης ἐνέμοντο, Τιτάνοιο τε λευκὰ κάρηνα.

ibi ille corrigit Λάτμοιο. *pes tertius eſt Amphimacer, vel Dactylus liquidae beneficio.* utrumque aeque ſtultum. nam licet in πότμος & aliis vocabulis vo-

calis

calis corripiatur: id non in omnibus tentandum. oſtendere debuit λάτμος corripi ab Epicis poëtis. quam inepta autem ipſa ſit emendatio, ſuo loco oſtendemus: nam ne quidem interpretem Rhod. nedum auctorem ſuum intelligere ibi potuit Stolo.

L. I. 383.

Μαψιδίην πότ' ἴθυνεν, ἀεὶ δ' ἡ νῶτα δάϊξε.

Rh. quia prima in ἰθύνω ſemper producitur. vide Barneſ. & Clark. ad Il. Θ. 110. πότ' ut ſupervacuum amovendum cenſent. Pavoni *non diſplicet vulgata, Amphimacro admiſſo pro Dactylo.*" abſurda ipſi ſcilicet placent. apud Heſiod. E. 261.

Ταῦτα φυλασσόμενοι βασιλῆες ἰθύνετε μύθους.

Sed ibi legendum βασιλεῖς, vel ſaltem pronuntiandum.

L. II. 28.

Μὴ νύ τοι δειμαίνοντες, ἐῆς χαζώμεθα πάτρης.

Rh. legit τί. Sylb. removet νύ. Pavus ridicule *Amphimacrum* ſomniat. putidum eſſet exempla adducere paſſim obvia, ubi τοὶ pro τὶ & τὶ pro τοὶ ſcriptum fuit. rurſus ſic ineptit in eadem voce.

L. II. 614.

Ὄφρα τοι καὶ κρονίδαο περὶ φρένας ἄλγος ἵκηται.

Rhod. & alii τί. „*Non improbo. Hic tamen Amphimacer etiam forte pro dactylo: nam τι vim ſententiae imminuit.* quod de imminuta vi ſententiae garrit, Pavoninum. cur autem variandi cauſa non finxit Anapaeſtum

ὄφρα

ὄφρα τοι υυ— ut Wintertonus in hoc Coluthi verſu. 206.

Τόφρα καὶ Δαρδάνιον καὶ Τρώιον οὖδας ἀμείψας.

Pavus certe hic Creticum exoſculatus fuiſſet. ſed ibi nemo ſanus dubitabit, quin reponendum ſit καὶ τόφρα vel potius τόφρα τε.

L. II. 588.

Ἦχι τε νυμφάων καλλιπλοκάμων πέλεν ἄλσος
Καλὸν, ὃ δὴ μετόπισθε μακρὸν περὶ σῆμ' ἐβάλοντο
Αἰσωποῖο θύγατρες.

En ſtribiliginem Pavoninam. „ *An* Ellypſis *hic praepoſitionis* κατὰ, *in quo? καθ' ὅ? id neceſſe, ſi ſcriptura recte habet. nam* ὃ *vel ſimpliciter, vel cum* περὶ *conjunctum non* quadrat, *ut quisque videt. dura tamen* Ellypſis : *id certum. an legendum forte.* ὅπη. *ubi poſtea.*" mox docte ex L. III. 772. docere conatur ὅπη *aliquando idem eſſe quod* οὗ. at idem eſſe cum οὗ ſaepe, pueri norunt. laudo tamen quod aliquid ſaltem probare conatus ſit. pergit ineptire. „ *Alia praetereo.* [alia ſcilicet loca, ubi ὅπη, οὗ notat.] *praeceſſit fateor* ἦχι. *Sed ita geminare non erubeſcit auctor.*" credendum hoc rurſus. Sed ſi forte locus dubius occurrat, tunc talia infercies ubique? porro. „ *Si quis* Amphimacrum pro Dactylo *admittere vellet, ſcribi poſſet* Καλὸν ὂν δημ. . ὂν περὶ *ſcilicet* νέκυν, *quod praeceſſit. Sed alterum praeſtat.*" Imo utrumque aeque abſurdum. plura ſuo loco.

L. III. 105.

Καὶ ποταμοὶ καὶ πᾶσα βαθύσκιος ὕλη.

Rh. ἤλυθεν. ante ὕλη. ἤϊεν. alii. Sylburg. φιαροί. poſt ποταμοί.

ποταμοὶ. voluit credo ἱεροὶ. πάντες Dausquejus. decem alia vocabula poſſunt excogitari ad verſum ſupplendum: quae omnia incerta erunt. in his ergo defectum indicaſſe fere ſufficit. at jam audi conjecturam Pavonis, qua ſolus meruit, ut ſummus ſine mente Criticorum, urtica coronari. „ *Quid ſi legamus.*

Καὶ ποταμοὶ καὶ πᾶσαι βαθύσκιΟΣ ΠΗΛΙΟΥ ὕλη.

admiſſo Cretico. haec mea ſuſpicio perquam probabilis eſt.“ Ego vos teſtor, amici Pavonini, ut veſtrae famae conſulatis, nec in poſterum pro homine non dico, ſed pro hoc lapide amplius verbum faciatis. Καὶ γὰρ ταῦτα οὐκ ἔτι ἀνεκτά. *Et haec ſuſpicio per quam probabilis eſt!* Diva Moria, hic tibi Hecatombe fecit Pavus! In addendis ait. *Si Creticus diſpliceat, legere etiam potes* βαθυσκίου ὄρεος. *Mons Pelei per excellentiam.*“ quod deterius aliorum conjecturis: nam ὕλη ὄρεος βαθυσκίου diſpliceret, ſi ſcriptum inveniretur, nedum ut a putido Grammaticaſtro obtruſum acciperetur. Amicus hominem admonuit ſcilicet de ridiculo, quod in Πηλίου erat.

L. III. 619.

Οὐδέ μοι θνητὸς ἀνὴρ δύναιτ' ἐν λεχέεσσι μιγῆναι
Γεινομένη.

Rhod. pro θνητὸς, ἔτος vel οὔπως: vel . . με . . δαμάζειν γιγνομένην. vel οὔ μοι. quod etiam Scal. placuit. Dausquej. μοι expungit. conjici quoque licet οὐδέ τι. nam οὐδέ τι ſaepe nihil plus notat quam οὐ. Pavo valde modeſte, ſed non minus ſtoliде, rogat, *an hic Amphimacer pro Dactylo aut Spondeo?*

L. XII. 56. rurſus κορυβαντιᾷ ad Creticos modos.

Σήματα δ' οὐκ ἀτέλεστ' ἀναφαίνεται ἄλλοθεν ἄλλα
Ζηνός. ἃ μὲν γὰρ ὑπὲρ μέγα κλυπέουσι δι' αἴθερος
Βρονταὶ ὅμως στεροπῇσι.

Rhod.

Rhod. & Scal. ὕπερθε μέγα. ut vs. 193. qui praeterea conjiciebat Ζηνὸς ἀεὶ. inde forte Pavoni ſuboluit illud ἆ hircum olere. qui legit Ζηνὸς αἰ μὲν. *Amphimacer. eumne admittemus? poſſumus Hercule.* " dic, quis tibi poteſtatem dedit bonos verſus corrumpendi, an magiſtratus *ſuaviſſimae urbis Anticyrae, ubi forte hyemem tranſigis, ut ipſam aeſtatem apud Aexonenſes?* (Menandreis p. 145) Miror Scaligerum hic haeſiſſe. nam ἆ purum putum eſt. ἆ σηματα, quae mox per appoſitionem, per ἐπεξήγησιν vocantur Βουλαὶ ὅμως στεροπῆσι. pueriliter autem retinuit in ſua Edit. ἀναφαίνετ'. tam ineptum ſcribae erratum, male apoſtrophon ponentis, per ſex editiones propagandum erat!

L. XII. 230.

Ἀλλ' ἄγ' ἀερσῆες μὲν εὐρὸν λόχον ἐντύνεσθε.

pro μὲν εὐρὺν. μὲν ἐὺν Rhod. in prima ſua editione, quam numquam vidit Mammacythus noſter: qui ſi εὐθὺς *in libris fuiſſet, de* Amphimacro *cogitaſſet.* dum de ineptiis cogitat, obliviſcitur ſeria. Ulixes heroas hortatur, ut in Equum inſcendant ligneum. Ille equus jam fabricatus adſtabat. quare non convenit admodum ἐντύνεσθε λόχον; ſi per λόχον nempe intelligas ipſam fabricam equi. ab Homero Odyſſ. Δ. 277. κοῖλος λόχος dicitur,

Τρὶς δὲ περίστειξας κοῖλον λόχον ἀμφαφόωσα.

Od. Θ. vs. 515.

Ἱππόθεν, ἐκχύμενοι κοῖλον λόχον ἐκπρολιπόντες.

amplecterer igitur lubens Scaligeri emendationem ἐνδύνεσθε. *ingrediamini. inſcendite equum ligneum.* nec dubi-

dubitarem, niſi obſtaret aliquanto, quod ἐνδύνεσθαι fere metaphorico ſenſu uſurpetur; quin legendum tum quoque videretur ἐς ἐὺν λόχον. & fingere poſſemus illud μὲν eſſe flaccidum, infertumque, quia ἐς exciderat ob praecedentem ſyllabam ſimilem: ἐντύνεσθαι non eſt Homerica locutio: neſcio an Calaber aliis in locis adhibeat. ὀρτύνειν alicubi Homerus adhibet.

Nunc ad crudeliora in miſeros verſus tranſeamus Pavonis facinora. licet enim mutilarit, vivere adhuc ſivit. jam capitales poenas in innocentes ſtatuentem ſpectare dabitur. dum alios toto capite truncet: alios ita torqueat & extendat, ut ſtatim ab equuleo excarnificatam animam efflent.

Supra jam pentametrum ſine exemplo contemplati fuimus ἐὼν Κρηταιεὺς ωὐτὸς ὀϊστοβόλος. Dari autem verſus hodie, quibus in prima pedis parte deſit tempus, nequit negari: ſed plerorumque, qui tales habentur, affectibus poſſumus mederi hoc vel illo modo. Crediderim autem numquam hexametrum fuiſſe conditum ab Homero vel alio poëta, cui tempus deeſſet ex ipſius poëtae calculo: Grammaticos autem ignorantes, nec mirum, cur illud πάθος in verſu eſſet, & qua ratione poëta tempora concepiſſet, ἀκεφάλους denominarunt. nec inepto nomine. dicantur ergo ἀκέφαλοι verſus, qui incipiunt a vocibus Πελαμίδης. ἀθάνατος. ἀπάλαμνος. ἀκέφαλος. ἀδάματος. ἀκάματος. vide Euſtath. Il. N. 41. & Strab. L. IX. 642. A. qualia multa quadriſyllabica vocabula, tres primas corripientia, a Poëtis Graecis Latiniſque in prima producuntur. quibus non adjecerim ἀρραβία, παρράλιος & ſimilia. nam illis potius duplicatione literae P, ut paſſim in melioribus Codd. fit, ſuccurrendum. Latini tamen vel ſine hoc auxilio produxerunt *Arabia*. at numquam *Arabs*. In verſibus apud Homerum ab ἐπειδὴ. ἕως ὅ. incipienti-

bus

bus aliquid praeter hoc πάθος conſiderandum. de quibus ad Hephaeſtionem. In aliis apud Homerum incipientibus a πρὸς οἶκον Πηλῆος. ὃς ἤδη. alii aliam medicinam quaerunt. apud Apollon. III. 984. legitur,

Πρὸς αὐτῆς Ἑκάτης μειλίσσομαι ἠδὲ τοκήων.

ubi nullus dubito, quin exciderit pronomen σε. πρὸς σ' αὐτῆς. Nam ita ſolent etiam Graeci. vide Scal. ad Cirin. 326. In his memoratis modo & ſimilibus nemo niſi temerarius quid mutet: in aliis autem durum eſt admittere illam licentiam, ubi nulla cauſa poëtam inpellere potuit, ut inuſitata adfectaret ita mecum ſtatuere pleroſque harum rerum intelligentes non dubito. apud omnes autem plane extra omnem controverſiam eſſe poſitum confido, ἀκεφάλους verſus, cujuſcumque generis ſint, numquam ex conjectura auctoribus obtrudendos haud dico, ſed ne ſuſpicionis loco quidem Lectoribus proponendos. Nam tales ne quidem minimum probabilitatis gradum habent, & ſolummodo κακοζηλίαν infelicis Critici oſtendunt. Videamus jam quid Proſodicus noſter circa hos literis mandarit.

In Calabro L. VI. 317. editur

Πολυδάμαντά τ' ἐϋμμελίην καὶ Πάμμονα δῖον.

Pavo. malo πουλυδάμαντα. *nam quid neceſſe verſum* ἀκέφαλον *admittere?*" recte. & ſic Sylburg. ut Homerus & alii paſſim. Latinis autem non placuiſſe *Pulydama* & *Pulypos* oſtendunt Interpretes ad Ovid. V. Ep. Heroid. 94. quia nempe Dores etiam in his Ω adhibuerint. ut μοῦσα, μῶσα. at in *Curalium* Codd. contrarium ſuadent. vide N. Heinſ. ad Ovid. IV. Met. 748. hic autem Pavus in textum illud πουλυδά-

μας

μας recipere debuerat, ut in aliis jam Calabri locis exſtat. Sed ſic materies notulae ademta fuiſſet.

Vs. 596. Ἀαχὲς δέρυ μακρὸν ὃ πολλῶν γοῦνατ' ἔλυσε.

Homerus & Theocritus, ut ſyllabae natura poſcit, corripuerunt. Apollon. L. III. 1249. produxit. videntur ſibi hic aliquid permiſiſſe, quia toties illa litera in quadriſyllabicis producitur. ita ἀδεὴς prima producta apud Homerum, pro quo ἀδδεὴς ſcribitur. Aeoles interponebant hic ſuum digamma olim. ἀϝίαχος ἀυίαχος. vide Il. N. 41. J. Tollium ad Longin. C. X. p. 80. aliud enplaſtrum hic non novi: nec ſcio an hoc ad vulnus faciat. En doctam Pavonis notulam. „*verſus ἀκέφαλος. nam prima in ἀαχὲς corripitur.*" Et adhuc feliciter ſatis rem expediit Pavus. at Lib. IX. vs. 45. ſolitos manes pati incipit.

Δαρδανίης προπάροιθε πύλης, ὅθι μακρὰ ῥέεθρα
Δινήεις προΐησιν, ἀεξόμενος Διὸς ὄμβρῳ.

Rh. *adjectivum pro ſubſtantivo* (Ξάνθος) quod ipſum Dausquejus reſtituendum putat, admiſſo ὅθι προΐησιν. Pavus verboſam poſt deliberationem. „*an ſcribendum ὁ Σιμόεις. ut verſus ſit ἀκέφαλος!* euge, euge, Magiſter." *Nam nihil melius nunc ſuccurrit.* & μακρὰ ῥέεθρα οἱ Σιμόεις προΐησιν, *commendare non audet nec vult.*" Atqui haec ſtulti, illa inſani conjectura eſt. Solus Rh. verum vidit. Sic L. XIV. 641. Κελάδοντες & Χείμαρροι abſolute pro ποταμοὶ κελάδοντες & χείμαρροι. quod ipſi Pavunculo non diſplicet. ergo & placeat omnibus. quin ibidem vs. 652. „Καὶ ἐκ Δαναῶν ἑλδύπων *non adſecutus quo jure Rhod.* (imo & Canterus) *legerit.* ἐκ ποταμῶν,

conjectat Ἀκυάων ἐρλδύπων. *Ut epithetou* κελάδοντες *ſors pro nomine antea adhibuit poëta. ingenium nihil commendabilius videtur excogitaturum.*" Ingenium, Lector, hic notat *omne omnium ingenium ſimul ſumtum*, id non excogitabit aliquid commendabilius eo, quod Pavunculinum ingenium excogitavit ſolum: putat autem nihil ibi facilius, aut ad ſcripturam propius accedere. at audax ſatis facinus, quod ex duobus vocabulis unum fecit. vide autem inpudentiam. hic nobis e conjectura ſua obtrudit adjectivum pro ſubſtantivo, id quod in hoc L. IX. in Codd. exſtans recipere non vult, quia alius id recte interpretatus fuerat. quem locum ſubdole ad L. XIV. diſſimulat. nam ad L. IX. nondum noverat, quod L. XIV. habebatur in ſuo auctore. centum enim e locis probabile fit, eum ſcriptorem ſuum jam typis mandaſſe, antequam totum perlegerat. Δινήεις hic igitur ſervandum. ita Oppian. L. I. Cyn. 29. adjectivum pro ſubſtantivo adhibet,

Μηδὲ μόθους μερόπων, μή μοι βροτολοιγὸν ἀείδης.

pro ἄρης βροτολοιγὸς. vide ibi Rittershuſium. Sic Il. Δ. 256. προσηύδα μειλιχίοισιν. id eſt, ἔπεσι. vide L. Bos. Sic vocem *urbs* docet reticeri Scalig. ad Culicem vs. 14. In *Alma.* quamquam vix adſentior. At ſaepe quae facile intelligi poſſunt ſubſtantiva negliguntur, vide Miſcell. Obſerv. Vol. VIII. p. 68. ubi exempla expromuntur, in quibus *bellum*, *porta*, *Academia* deeſt. Si quis adhuc dubitet, ſuſpicetur verſum excidiſſe. Sed id minime probabile mihi fit.

L. IX. 55.

Νῦν δὴ οὔτ' ἄρ σύγ' ἐοιδες ἐὸν τέκος, οὐδὲ σ' ἐγώπερ
Ἶδον ζωὸν ἐόντα.

in

in primo verſu ſcripſi ἰὸν pro τεὸν, ut juſſerant Scal. & Rhod. & Caſaub. emendavit in Theocr. Lectt. C. XXII. p. 281. quas inde colligas a Pavone non lectas: nam ſaltem hoc memoratu dignum. Mox Scaliger εἶδον. ut neceſſario ſcribendum. Ineptulus noſter. „ *verſus* ἀκέφαλος. *neque id diſplicet.* alias ſcribendum εἶδον: *quod pulcre* τῷ ἐσεῖδες *reſpondet.* & *ideo recipiendum fortaſſe.* imo non fortaſſe, ſed omnino. at non ob ineptam iſtam pulcritudinem. quaſi poëtae talia curarent. qui e contrario millies in eadem periodo ὅσον & ὅοσον. ἔμμεναι & ἔμεναι, & ſimilia ponunt, prout verſus poſtulat. Sed hic plane Morbonia Pavonina dignum illud ἴδον. & ſi operae pretium foret, centies in ἴδον & εἶδον MSta variare oſtendere facile eſſet.

L. XI. 341.

Δηίφοβός τε μενεπτόλεμος, κρατερός τε Πολίτης
Σὺν ἄλλοις ἐπάροισιν ἐρητύοντες ὀϊστοῖς.

Rh. σύντ' ἄλλοι σθεναροῖσιν. Dausquejo σθεναροὶ ὀϊστοὶ diſplicent. jure. & σὺν ſimilibus apud Homerum locis defendi poſſe putat. Sed licet Calaber ſit ὁμηρικώτατος in talibus cum judicio reliquit ducem magnum. apud ipſum nec ἐπειδὴ: nec ἕως ὁ & ſimilia in verſuum exordiis occurrunt. Verboſus Pavo tandem excudit σὺν λαοῖς ἑτάροισι. credit, puto, ſe in Livio verſari, apud quem ſaepe *populi ſocii* memorantur. quippe *hic non amat*, delicias ſuas, *verſum* ἀκέφαλον. Ego nihil mutem: quia video voculam Σὺν aliquando produci tum in compoſitis, tum per ſe poſitam. ita Theocr. Idyll. XXVIII. 25. Δώρῳ ξὺν ὀλίγῳ. Manetho L. V. 190. καὶ διαμετρος ἄρης σὺν ἠελίῳ δ' ὑπόγειος. qui L. II. 269. habet σῦνετίδας. ubi alii forte malint συννετίδας. ut συνεχὲς. συνεχέως. de quibus ad Calabrum ipſum. vide

quoque Anthol. L. I. p. 59. Ξυνοχαρῆ, ξυνὸν, ξυνόφρονα, ξυνοδοτῆρα. Orpheus in Hymnis p. 140 Δύσαγνος in principio verſus ponit. porro ἐρητύεσκαν Rhod. quod videtur praeſerendum. quamvis participia aliquando pro verbis poni videntur. ea de re alia quoque anſa agendi praebebitur.

L. XIV. 556.

Κάμνε πολυτλήτους.

in Ald. κάμε. quod recte ſic mutavit Rhod. adſtipulante Pavunculo *quia de ἀκεφάλῳ cogitare nolit.* Sed, ſubtiliſſime magiſter, cur hic de eo minus cogitas, quam modo in voce ἴδον? *quod tibi non diſplicebat.* an poſſes aliquam rationem variantis hujus judicii dare: an modo pro ratione voluntas ſtat? at ipſe turpe eſſe pronuntias alicubi, pro ratione nihil poſſe in medium adferre, quam *quia ita videtur.* Etiam in aliis locis de ἀκεφάλοις verſibus garrit noſter ἀνεγκέφαλος Morio. Sed haec praecipua.

Ut autem temporibus truncat, ſic etiam ſemipedibus auget aliquando verſus, & ὑπέρμετρον tale carmen nobis procudit Metricus Noſter L. X. 30.

Ἀλλ' —— ἐπιβρίσουσιν, ἀλευομένους ἐσιδόντες.

Rh. ἔτ' Dausqu. dure ἀλλ' ἐπιβρίσουσ' ἄμμας ἀ. Pav. *ἔτ' non convenit. rectius Dausquejus Rhodomanno ἀλλὰ ῥ'. quanquam ἀλλὰ ἐπ. etiam non peccaret.* (quod volebat Sylb) *fors rectiſſime ſcripſeris*

Ἀλλὰ τάχ' | ἐπ-βρί | σουσιν ἀ | λευομέ | νους ἐσι | δόντες."

quis umquam ſimilem verſum vidit? eritne in primo pede Paeon Primus —⏑⏑⏑, an erit in ſecundo Bacchius ⏑—— vel Anapaeſtus ⏑⏑—. Et heroes quidam Me-

Metrici, ut vidimus, etiam admittunt Anapaeſtos. ego ſane neſcio, quomodo hic verſus βαίνεται. Et Mammacythus hic poëtas edit & de metris ſcribit! pueri tertiae claſſis, quamvis plerumque parum de metris audiverint, tamen tam enorme vitium jam ridere in te potuerint. Et mox in hoc ipſo libro vs. 406.

Ὣς ἔφατ', ἔτι γοόωσα πόσιν πόσον ὅσον αἰνῆς.

Rhodomannum corrigentem ὅσσον ἄρ' αἰνῆς vel εἰς ὅσον αἰνῆς, calumniari audes dediſſe ὑπέρμετρον (ſic) verſum. Rhodomannus dedit verſum ὑπέρμετρον! minime omnium dedit, & quamvis ad συνίζησιν, quam toties in Menandro inſulſe advocaſti, provocari, & proferri exempla ſimilia poſſent, ut Heſiodi Theog. 985. βοῶν ἕνεκα vel in Scuto. 431. ὀρῇ μαστιγόων. quod accipiendum quaſi μαστιγῶν eſſet ſcriptum. imo γόων Il. Z. 500. in multis libris, ubi tamen contrahi debet. vide Barneſ. Clarkiumque. hoc colore non utar. Vir doctus corrigens maxime adfectum locum, quemvis per ſe facile videre putavit vocem γοόωσα eſſe contrahendam in γοῶσα: ut ſcripſit Sylburgius. unde etiam hanc criminationem arripuiſti. nam nimis etiam ſtolidus es, quam ut hoc per te videris. Dausquejo autem obtemperandum

Ὣς ἔφατ', οὐ γοόωσα πόσιν πόσον, ὅσον αἰνῆς.

tuam hic περιεργείαν non moror. Scal. conjiciebat

Τόσον ὅσον αἰνιγχῆς.

Sed hoc vocabulum in Calabro vix recipiendum, licet per ſe optimum. Explicat Sch. Nicandri The-

 riac.

riac. 8. λυπηρὸς, ἀνιαρὸς. vide quoque Alexiph. 36. 624. & Heſych.

Idem tu L. XIV. 144.

Παυσάμενοι, λαθικηδέα κοῖτον ἕλοντο.

ubi Rhodomanni ὕπνε merito inprobans, & Δάνασι ipſe interponens, ſic inveheris in Dausquejum. *Dausquejus imperite* παυσάμενοι κοῖτον αὐτίχ' ἕλοντο. *nam ſic pro verſu mutilo habemus verſum podagroſum:* Sane incogitantius hic Dausquejus: nam in promtu erat reſcribere, admiſſo tibi dilecto hiatu,

Κοῖτον λαθικηδέα αὐτίχ' ἕλοντο.

& ſic voluiſſe virum eruditum puto. hujus ergo exemplo & Rhodomanni γνόωσα, defende tuum verſum admirabilem 'Αλλὰ τάχ' ἐπ: vel ſi hi tibi de minorum gentium Criticis videantur, tui Clerici, exemplo [*p. 169. in Salvinii adnotatis ad Menandrum*] te defende auctoritate Scaligeri, qui verſum heroicum heptametrum incautius effuderat: & ita Clerico exemplum & licentiam praebuerat heptametri Iambi Menandro obtrudendi. At uti nemo peritiam Scaligeri his in rebus cum inperitia Clerici conparaverit: ſic ego longe majore venia dignum arbitror, cui in calore carminis condendi excidat tale quid, quam Critico, qui eo ipſo peccat, ſi quid calidius & minus cogitate efferat. vide porro M. Maittairium ad Miſcellanea Graeca Carmina pagg. 161 & 169.

At fidemne mihi habebis, Lector, ſi dicam hominem hunc, qui ſe adeo jactat peritia artis divinae, quam Clericus eo loco vocat joculariter: indigne ſe-

ferens, ſe ob tercentena peccata in hanc artem a paedagogis fatuis, quos ideo adpellat, reprehendi: fidemne habebis, ſi dicam hunc hominem nec denominationes metrorum tenere! & tamen re vera non tenet. Ad Philen p. 181. enim ait. *omnes verſus Piſidae ſunt Dodecaſyllabi & Iambi puri.* at in Ἐξετάσει mea p. 436. oſtendi centenos verſus in Piſida exſtare tredecim ſyllabarum. vs. 45. 209. 269. 597. 646. 713. deinde vix exſtare *puros* Iambos in toto opere, niſi caſu. nam paſſim Spondeos & alios pedes ſedibus inparibus adhibet: & Anapaeſtos etiam ſedibus paribus. 323. 704. 710. & pueri decennes ſciunt eos demum *puros Iambos* vocari, qui nonniſi *Iambos* habent omnibus ſedibus & aliquando forte *tribrachyn.* ita loquuntur Magiſtri veteres & recentiores. ex. gr. Hephaeſt. p. 27. p. 47. & Schol. Hephaeſtionis p. 84. ait. ἐκτίθημι καθαρὸν Ἴαμβον.

Ἰὼ Κάϊκε Μύσιαι τῶν ἐπιρροαί

Sic ab eodem p. 92. καθαρὸν ἀναπαιστικὸν opponitur λογαοιδικῷ. Voſſius in Proſod. *Qui ſi meris Iambis conſtet, Iambicum purum dicitur.* vide Terent. Maurum p. 94. Bentlejum ad Horatii Artem Poëticam vs. 260. errat etiam, cum dodecaſyllabos omnes Iambos putat *puros*: cum ſint *impuri* dodecaſyllabi. ex. gr. Phaedri centeni verſus habent duodecim ſyllabas; ſed tamen quam longiſſime a puris Iambis, imo a Tragicis abſunt. ut

Quod arbores loquuntur non tantum ferae.
Athenae cum florerent aequis legibus.

hi nimirum ſunt puri Iambi Pavonini.

Ex eadem ignorantia profluxit, quod ad Anacreontis Carm. XXXV. p. 145. ait, *Unus verſus Choriambicus inter puros Hemi-Iambos.* vis puros Hemi-Iambos Pavoninos? tales in illo verſu:

> Ζεύς μοι δοκεῖ τις εἶναι.
> Οὐκ ἂν γὰρ ταῦρος ἄλλος
> Εἰ μὴ μόνος γ' ἐκεῖνος.

Quid faciemus homini, qui in Piſida nec numerare ſyllabas poſſit: nec ſciat inpuriſſimos Iambos dari duodecim ſyllabarum: neſciatque qui proprie *puri Iambi* dicantur!

Sed non magis metrum Iambicum novit, quam metrum Hebraicum. ad eundem enim Anacreontem p. 92. ſic ſcribit „ *Auctor Anonymus apud Suidam in Voce* στέγει. τὸν καυστικὸν γὰρ τοῦτον ἥλιον στέγει, ἱδρῶτι θερμῷ πανταχοῦ βεβρεγμένος.“ ubi ſtupor Pavoninus ne ſomniavit quidem exhiberi duo Iambica

> Τὸν καυστικὸν γὰρ τοῦτον ἥλιον στέγει
> Ἱδρῶτι θερμῷ πανταχοῦ βεβρεγμένος.

auctor ait: *Poëta* dixiſſet, ſi verſum eſſe percepiſſet. Sed cavillabitur *poetas* etiam *auctores* eſſe. ergo ſciverit eſſe verſum.

At tamen, quem tu ita ignorantem in re metrica oſtendis, ille ipſe eſt, qui difficillimam in primis partem rei ejus expedivit: Anacreonticorum verſuum dimenſionem: imo ad liquidum perduxit. Verum, Lector, quam futilia circa hanc partem literis mandare non erubuerit, ad ipſum Anacreonta patebit. Sed hic non poſſum, quin tibi propinem Pavoninum commentum omnium maxime admirabile, & cui ego nul-

nullum ſimile vel ſecundum novi. Oda VIII. Anacreontis hoc tota decurrit pede.

Διὰ νυκτὸς ἐγκαθεύδων. υυ- | υ- | υ-- | ſive υυ-υ | -υ--.

at verſus quintus ita habet (Paeon tertius cum Choriambico υυ—υ & —υυ—)

Δρόμον ὠκὺν | ἐκτανύειν.

nam ἐκτανύειν penultimam producere, inſolens ſatis videtur Noſtro. jam verſus undecimus ita legitur

Ἐθέλοντα ᾗ φιλῆσαι.. υυ—υ|υυ——

qui verſus erit ſimilis primo, ſi δὲ producas. quod nullo modo fieri patitur Pavus: ſed decernit conſtare ex Paeone tertio υυ-υ & Ionico a minore υυ-- eſto. Sed quid addit.! *Si paulo ante ἐκτανύειν penultima producta tibi videatur nimis inſolens, verſum iſtum etiam pro ἰσοδύναμω* (ſic) *babere potes. ex Paeone tertio & choriambo. ſume quod placet:* in eodem Odario verſus alter alterum adjuvat, *& nibil eſt, quod ita ſentire prohibet* " o digniſſimum Phrenetico homine inventum! mihi videor ſermonem audire fatui iſtius poëtaſtri, qui reprehenſus quod heroicum verſum ſeptem pedum ſcripſiſſet, reſpondit: *pergas legere, oro, mox ſequitur verſus quinque pedum: in eodem carmine verſus alter alterum adjuvat, & nihil eſt, quod ita facere prohibet.* Talia iſte Pavus: iſte omnium Zoilus: iſte Narciſſus! Omnia, Lector, tuis oculis ipſe vides, omnia ipſe ſentis: nihil negare potes & neceſſe habes confiteri, ſive amicus ipſi ſis ſive non, ſtupidius Pavone hoc animal hodie non dari inter illa, quae duobus pedi-

bus ambulant, & ſe a ceteris rationis uſu diſtingui glorientur.

Atqui dixeris forte, metra ita callere non unicuique datum eſt: iſta ipſi ignotiora eſſe jam largimur. Sed promiſiſti oſtenſurum jactatorem hunc ne quidem ſyllabarum quantitatem ſcire, & in legem pediam ſaepe turpiter offendere. iſtud quidem, ut nobis perſuadeamus, arduum eſt. neque enim ea res tantum difficultatis habet: & ſi quidam neſciunt hanc Proſodiae partem, neſcire data opera volunt. nam quantilli laboris eſt paucos canonas ediſcere, & in ceteris Proſodiam aliquam conſulere? Propoſueram equidem hanc portionem animadverſionum ad ſingula loca adlinere, Lector: ſed quia ita poſtulas, hic tibi guſtum horum delictorum adponemus.

Videamus an ipſe ad Hephaeſtionem commentariolus tale quid ſuppeditet. praeſagit animus, rete non fruſtra jactum iri. Incidit en ſtatim ex bene nutritis praeda. p. 106. (p. 9. in Hephaeſtionis contextu) legitur ibi

Νῦν δ᾽ ἐν Ἰαμβείῳ κείσεται οὐκ ἀμέτρως.

„ *in voce* Ἰαμβείῳ *vel* Ἰ *ſyllabam conſtituit ab aliis ſeparatam, vel legendum* Νῦν δ᾽ ἐνὶ Ἰαμβείῳ. *nam alias pars prima pentametri laboraret.*“ Macte doctrina; Magiſter ſcientificiſſime, qui Graeciam nova litera donas: litera adhuc nemini viſa nec audita. litera illa; quam nos vocamus *je*: ſed quam Graecia aeque ignoravit atque literas Iaponicas. homo difficultatem invenit, an Ἰαμβείῳ ſit quadriſyllabicum! O ſtupor plane ſaxeus: o ignorantia plane ſine exemplo. Graecine umquam Ἴαμβος & Ἴακχος, & centena alia vocabula alio modo proferunt, quam ut Ἰῶτα per ſe conſiſtat & ſyllabam faciat! cedo unum exemplum:

ſi

ſi inter homines amplius numerari velis: ſed dare non poteris. Abi igitur & Ulixeorum ſociorum augeto gregem. quodcunque vis, fias: grunnire, rudere, rugire licet. humana modo in poſterum ne abutare loquela. forte miſerebit tamen aliquem Pavunculi quondam hominis. quare ſi locum unum alterumve adducere poſſet, licet corruptum, ubi tale quid adpareret eſſe, nonne ſaltem picae vel pſittaco eſſe liceret: uti voce ſaltem hominem ſimularet!

En probati poëtae auctoritatem Orph. Arg. 271. in ipſa B. Juntae editione MDXXXX. quae non minus accurate eſt edita, atque Pavonini libelli omnes, nam trecentenis vitiis ſcatet, legitur.

Θῖνες δ' ἀμφέκλυσθεν. ἐγήθει δέ φρένας Ἰήσων.

Sane Eſchenbachius edidit φρέν' Ἰήσων. Sed Pavus procul dubio in nova Orphei editione, quam parat, editurus eſt

Δὲ φρένας Ἰήσων.

En auctoritatem longe majoris ponderis ex Anthol. p. 539.

Μήδειαν Ἰάσων γαμέει, κέλεται δ' ἀφροδίτη.

quod ſi quis contendat quaſi Ἴασων accipiendum, Pavo ei dicto non erit audiens: nam Ἰήσων longam oſtendet ſyllabam. forte quoque ſuum σιωπλῶ, de quo p. 229. & quae Hephaeſtion habet p. 8 & 9. de vocibus Πηλιάδα, Ἀλκιβιάδην, Δημοτικῶς, allegabit: ſed ſi illa huc facerent: non efficerent, quin turpiſſimae ignorantiae ſpecimen hic edidiſſet, Ἴαμβος neſciens millies triſyllabum eſſe. & ignoſci indocto ho-

homini potuiſſet, ſi neſciviſſet illa loca pauca, in quibus Ἰῶτα illud cum ſequenti vocali unam ſyllabam facere videtur. non contra.

Idem autem enorme vitium committit rurſus p. 118. (25.) Ipſum delirantem audi non hac ſolummodo in re.

Οἱ τοὺς Ἰάμβους καὶ τὸν ἄριστον τρόπον.

nec metrum nec ſententia ſibi conſtat. an forte legendum. οἶσθα τοὺς Ἰάμβους καὶ τὸν ἄριστον τρόπον. *ſic certe ſententia eſt perſpicua: & hoc ſufficit forte, nec metrum curavit noſter. alias ſcribendum*

—— Οἶσθα τοὺς Ἰάμβους τὸν ἄριστόν τι τρόπον.

ſic una ſyllaba in principio deſideratur & verſus eſt ἀκέφαλος." Quot verba, tot monſtra! nam ride primum ineptam periergiam, qua locum mutilum & incertum emendat, οἶσθα pro οἱ reponens. pro οἱ Cod. habet ὁ. ride quoque verſum vocari Ἀκέφαλον, cui tota ſyllaba deeſt: cum ἀκέφαλος verſus dicatur, cui deeſt modo tempus unum. ſe tuebitur tamen iis, quos tangit Hephaeſt. p. 19. deinde ita dimetitur

—— Οἶσθα τοὺς | Ἰάμβους | τὸν ἄρι|στόν τι | τρόπον.

egregius Iambus, cujus tertius pes per ſe ſubſiſtit, & conſtat ex Bacchio. ⏑ — — numquamne hos verſus apud Ariſtophanem legiſſet! in Nub. 624.

Ἴαμβον ἱππώνακτος ἀναμιμνησκόμενος.

1164.

Πρὸς τρισὶν Ἰαμβείοισι προσφιλῶν φανεῖ.

1235.

Ἐν τοῖς Ἰαμβείοισι. δείξω δ' αὐτίκα.

Pa-

Pavoni Ἰάπετος. Ἰάονες. Ἰωνία erunt triſyllabicae voces. O cerebri egenum caput. Quid Latini hic ſecuti, mox adparebit. Graeci certe longiſſime ab hac pronuntiatione abfuere. inde & in Inſcriptionibus Εἰκλία pro Ἰκλία occurrit. Gruter. p. DCCCCLVIII. 7. haec autem duo loca jam tetigit Eruditiſſ. Arnaldus in Animadverſionibus.

P. 122. (31). μηδοσύνας ἧερ τίνων αἰθάνα. Salmaſ. ad Securim Simmiae p. 202. *τίων praetulit ex membranis, licet non ignoraret*, ait, *apud poëtas τίω & τίνω indifferenter inveniri.* Pavoni e contrario *τίνων placet ob Euphoniam.*" at, redivive Mida, quam euphoniam hic habet τίνων magis, quam in omnibus aliis locis? vel hic igitur ob eam cauſam non meretur admitti: vel ubique admittendum. potius aliquid de ſyllaba dixiſſes. Barneſ. ad Il. Π. vs. 397. apud Homerum τίνων ſemper longum eſſe recte pronunciat. at leviter errat, cum Scenicis id corripere ſolis viſum fuiſſe putet. Sane illi frequentius, ut Aeſchylus Septem contra Thebas 554 ἐκτίνων. ſed & alii ita. Argentario in Epigramm. p. 85. θρέπτρα τίνεις. Lycophr. 1092. durum eſſet haec & multa alia loca mutare. re vera tamen τίνειν pronunciatione videtur productum fuiſſe, unde in Anthol. p. 372. pro τίνε ſcribitur τείνε. ut centies in Inſcriptionibus Graecis ἀποτεισάτω. in loco autem Simmiae in meo antiquiſſimo Codice exſtat τίνων.

P. 133. (40) ex σαῦλαι facit σαΰλαι. primo ajo perditiſſimae eſſe audaciae in voce hac διαλύσιν fingere: deinde forte labi, quod, ſi jam diaereſis admittatur, in σαΰλος, putet ſecundam certo corripi: nam ſecundae vocales ſaepe longae manent: ut ab οἴω, ὀΐω ab ἄυω, ἀΰω, unde ἀϋτῶ, quod nunquam corripit υ. tempora tamen quaedam, ut ἤϋσα, rariſſime corripiuntur. ita apud Latinos *ſuāvis. ſuētus. ſuādet.* quamvis hoc alius

alius generis cauſabitur eſſe. nemo ſaltem talia tentabit ſua auctoritate, niſi ſi quis velit eſſe Caüdex. Merito jam inprobavit Arnaldus. non negarim tamen aliquando corripi ſecundam vocalem. ex. gr. πάϊς & occurrit apud Hephaeſtionem p. 23. εἰκάσθω. Sane in διαλύσει homines mira ſibi aliquando permiſere. ex. gr. Franc. Theod. Kohlius, auctor *Commentationum Criticarum* valde Pavoninis ſimilium §. XLIV. in Virgilii Verſiculo 74. L. III. Aen.

Nereidum matri & Neptuno AEgaeo.

ut omnia inſtar aquae, quaſi diffluant, & ultimum membrum iſtius verſiculi etiam maris fluctuantis & inſulam Delum ſuis fluctibus pulſantis motum artificioſe imitetur, legi jubet per valde *poëticam dialyſin*

Nereidum matri & Neptuno AĔgeo.

O divinam dialyſeos vim! o ſecundum a Pavone poëticarum elegantiarum ruſpatorem Franc. Theodorum Kohlium! qui *merito indignatur altum de pulcerrima hac dialyſi apud omnes interpretes eſſe ſilentium.* Forte tamen aliquid de hoc artificio ſcripſerit *Jacobus Perizonius in Notatis ad Heſiodum*, quae laudatus Kohlius loco XXXII Crit. Obſ. citat. ſed tamen inmerito a ſe non inventa queritur. nam hanc ſortem cum maxima parte eruditorum communem habet, quibus numquam hunc librum oculis uſurpare contigit nec continget. eleganter quoque Guillermus Brito principio Philippidos

Inſtimulatus erat Phoebeo pectus oëſtro.

& Nigellus Bunello, poëta Pavoninis commentariis dignus, obſervante Barthio, cecinit alicubi

Ventilat hic veſpas, ſaevos diſpungit oëſtros.

&

& ſic in Manilio a Michaële illo Fayó in uſum Delphini recte editur L. V. 321.

Qua quondam ſonitum referens Oeagrius Orpheus.

vide Notas & Indicem. quid non ipſe Virgilius L. IX. 24. ſecundum quosdam cecinit

Multa deos orans, oneravit Æthera votis.

Per horum igitur exempla vadens Pavo, nobis dedit ſuum σαῦλαι. cujus διαλύσεως mirandum effectum utinam explanaſſet, uti Kohlius fecit in ſua. fuerunt e recentioribus, qui égregie ſe verſificaſſe putaverunt, quando ſcripſerant ἐΰχόμενος. ἐΰλαλίη. Sed non immerito eo nomine reprehenſi fuerunt. Εὖ enim nunquam invenitur ita diſſolutum, ut ultima litera ſit brevis ſyllaba. quid natura ſit, non definio. licet in ἠΰκομος brevis ſit. ſed an ideo brevis ſit in ἐῢ non decerno. Semper duplex litera ſequitur vel poſitio, vel litera inſtar duplicis, ut P. Miror autem ex Il. N. 612. edi ἀξίνην ἐΰχαλκον. tantum non in omnibus editionibus, etiam Clarkiana, excepta Prima. Il. O. 480. κυνέην ἐΰτυκτον ἔθηκεν. Clarckius tamen in aliis locis Διάλυσιν merito omittit. in ἐϋμελίης, ἐΰννητος. conſonans ſolet geminari. apud Oppian. I. K. 145.

Αὐτὰρ ἐϋκεράους οἴας πλειβληχάδας ἀμνῶ.

Sed ibi melior lectio εὐκεραίρους. vide Hymn. Merc. 209. vel ultima in αὐτὰρ, ut ſaepe, producenda. apud eundem I. K. 462.

Σπιβέεσσιν ἐυρίνοισι κύνεσσι.

potius ἐϋῤῥίνοισι ſcribendum. Sed oratio tandem regrediatur, unde coepit.

P. 140.

P. 140. In Μέλιχρ☉ *ita comparata eſt ſecunda, ut in his brevis quam longa eſſe malit. ſciunt peritiores.* at ſi unum des exemplum Pave correptae in hac voce ſecundae, decem exempla dabo, ubi producitur. quid garris igitur? vide Athenaeum L. XIII. C. 7. p. 598. C. vide ipſum Hephaeſt. p. 58. Sed & ibi, *quanquam ſecunda certe brevis, quam longa eſſe malet in his.* Theocr. V. 95. Epigr. apud Wolf. ad Sapph. p 237. ſic πενιχρὸς, Anthol. p. 48. πενιχρὸς & πενιχραλέ☉. p. 420. μελιχρότερ☉ p. 353. Oppian. I. Κυν. 315. II. Κυν. 38 jam licet corripiatur aliquando, ut in Anthol. p. 47. Orpheus Argon. 430. nonne aliquid plus quam ſtulti nomen meretur, dicere ſyllabam potius in his corripi deberi, quam produci. Sed ita voluit per mendacium inſulſae ſuae conjecturae praetextum quaerere. Nam p 153 (58) pro μελίχρο☉ reponit μηλόχρο☉, nullius auctoritatis vocem ad quam fatuus Narciſſus. „ *neſcio quid alii de ſuſpicione mea dicturi ſint, mihi, non diffitebor, ea impenſe placet & gratias habere videtur ſingulares. lego ſcilicet, & ſimul ac locum tetigi, legebam . . . perbelle. quid cenſes. nonne probabilis eſt ſuſpicio?* " Non, putidiſſime Pavo, non haud eſt unius aſſis & ea ſola mereris, ut inter corruptores bonorum auctorum referaris. Ὄνε, nam quis talia legens bilem coërceat, ὄνε, dic cur *in his* potius corripitur quam producitur, quod *eruditos & peritiores* φορτικῶς ſcire jactas? an forte inpudentiae ſatis tibi eſt, ut contendas modo licere in hexametris & pentametris producere! at quid facies Anacreonti canenti

Οἰνοχόει ἀμφίπολ☉ μελιχρὸν οἶνον.

ubi procul dubio producitur.

P. 166.

P. 166. (67) 171. (72)

Ἑπ̄τ̆ᾱμυ|δῐς τρῐᾱ|κοντᾰ βᾰσῐ|λευς σχεδον

Sic ſecundum Schol. & Pavonem hic dimetiendus verſus: ut in primo & ſecundo pede Creticus — ᴗ — ſit, pro Paeone Primo — ᴗ ᴗ ᴗ. una ſyllaba longa obeunte vices ſyllabarum duarum brevium. non obloquor. Sed rideo Pavonem cum primo loco dicat: *ἄμυδις mediam producit contra uſum vulgi*, & ſecundo loco. *ἄμυδις producitur propter υ ambiguum*. rurſus nimirum errat errorem, quem exſibilandum dedimus p. 202. Quid! an prima in ὕλη poteſt corripi, vel prima in φύσις poteſt produci, quia υ ſemper eadem figura ſcribitur ſive longa ſive brevis litera ſit! ἄμυδις apud Homerum & alios ſemper corripitur: contra Homeri igitur uſum, quem vulgo adſcribit, producitur. vix perſuadetur mihi. vocem puto corruptam. Et Florentina habet ἑπτά μοι δὶς. quod cur non probum poſſit eſſe, non video. σχέδον τριάκοντα δὶς ἑπτὰ. *fere triginta bis ſeptem*. id eſt, *fere quadraginta quatuor*. judicent eruditi. Pavus ipſe jam ἑπτ' ἄμυδις docuerat eſſe ſcribendum.

P. 183. Φάτνα vel φάτνη. *prima poteſt eſſe brevis, ut pueri ſciunt*. Si ad rem uxoriam umquam animum adplicas, Pave, tam praecoces tibi voveo pueros, patrique diſſimiles, qui ſciunt ita diſcernere, ſyllabane ſit natura longa an brevis. nam ut hoc te nunc doceam, quod puer ſcire debueras, niſi ſit ſyllaba brevis natura, licet ſequatur muta cum liquida, non poteſt corripi. păter pătris recte. at tu etiam māter mātris. frāter frātris faceres. Pueri decennes, imo pueraſtri tibi ſimiles non ulla mentis praeſtantia poſſunt ſcire, an φάτνη ſyllabam

primam modo poſitione, an etiam natura habeat longam. hic auctoritate opus. quam quoniam non adducis, hoc nomine etiam ſuſpectam habere poſſemus tuam emendatiunculam. Sed adjutemus inſcitiam hominis. en Calaber corripit inter alios L. VI. vs. 165. ἐν τῇ φάτνῃσι βάλοντο, & rurſus vs. 246. ὑπὸ συγερῇσι φάτνῇσιν. ut recte Rhod. ſed Pavus ſolita obloquendi libidine non *deterius fore ait*, συγερῆς ἄρα φατνῆς. ubi & vitium in accentum committit, & facilem poſtponit audaciori conjecturae. ſed ſic factus eſt homo. At non ita facile expediam Pavum, ſi auctoritatem rogetur τοῦ φάτναν & φάτνα. nam ego nusquam vocem φάτνη, ne apud Doricos quidem, ita ſcriptam inveni, nedum in lingua Attica, vel communi dialecto: nam hoc fragmentum ſane minime Doricum. Sed credamus φάτνα dictum auctoritate Pavunculina. verſiculus talis eſt:

Οὐκ ἦν γὰρ εἰκὸς τὴν φάτναν πεφυρμένην ψυχὴν γεωργεῖν.

ibi, vides, φάτναν non φάτνην auſus fuit, ut propius quaſi ad φάτταν accederet. hac autem emendatione, Lector, ſi jam vera eſſet, egregia ſcilicet lux his tenebris adfuſa eſſet! hactenus ex Hephaeſtione.

Jam percurramus Anacreontem. Ibi ad Od. III. 19. ſtatim lego. „ *Dein Ionicum* ἱςίην, *quod hic ſecundam corripit, eam producere ſolet ſuo jure*" quod neſcio quale ſit. Sane ἐςίη & ἱςίη ſaepe producuntur. Sed corripiuntur quoque. Aeſchylus Agamemn. 977.

Καὶ σοὶ μολόντος δωματῖτιν ἑςίαν.

Theocr. XXII. 205.

Οὐ μὰν οὐδὲ τὸν ἄλλον ἐφ' ἑςίῃ εἶδε πατρῴῃ.

Atat hic Doricus, ille Atticus. Iones aliter. forte

auctor

auctor Hymni XXVIII. inter Homericos ab Ionia minus abſuerit,

Ἑστίη ἣ πάντων ἐν δώμασιν ὑψηλοῖσιν.

at ibi non *focus* ſed *Veſta* ſignificatur. nam ſatis ſtolidus Noſter, ut quantitatem pro ſignificatione variari autumet: & *amābo verbum* & *amăbo interjectio* ipſi cum magiſtellis pronuntiatione diſtinguantur. quid ſi igitur advocemus in auxilium Heſiodum, qui Ioniſmis ſcatet in Ἔργοις. vs. 634.

Ἑστίη ἐμπελαδὸν παραφαινέμεν, ἀλλ᾽ ἀλέασθαι.

Hymn. in Venerem 22. ubi Dea.

Ἱστίη ἣν πρώτην τέκετο Κρόνος ἀγκυλομήτης.

nam nihil differt ἱστίη an ἑστίη ſcribas. confer modo Od. ξ. 159. & T. 304. ubi vide Barneſ. patet igitur abunde craſſe errare hominem. nam ἐπίστιος quoque corripitur Anacreonti, ut colligitur ex verſiculo

Πίνουσι τὴν ἐπίστιον.

Callim. in Delum vs. 325.

Ἱστίη ὦ νήσων, εὐίστιε, χαῖρε μὲν αὐτή.

ubi habemus ipſum noſtrum ἱστίη. At forte fortuna delabor ad Hephaeſtionem iterum p. 119. ubi haec mirabundus lego. „ *Dicam quod verum eſt* : [hoc raro fit] *ſcribendum*.

Ἱστῐα | ἁγνὰ | ἄπ᾽ εὐ|ξεινῶν | μέσα τοί|χων.

Veſta pura. Ionum ἱστίη *notiſſimum eſt. hic* ἱστία *habes*

 alio

alio idiomate. *ἱςία non indigemus* (quis hic deſideravit!) *illud nomen* ſecundam *corripit*, *quando pro* ipſa Dea *ſumitur*. ſecundam *produceret*, *ut ſolet vulgo*, *quando* aedes *denotat*." nonne dixi, Lector, Pavoni ſatis ſtuporis eſſe, ut pro ſignificatu quantitatem mutet. ἱςία ergo ipſa *Dea* corripit ſecundam. at Od. T. 304. producitur Ἰςίη τ' Ὀδυσῆος [nam ibi Dea: ut Lares pro domo] & aliis locis. Heſiod. Θ. 453.

Ἑςίην, Δήμητρα, καὶ Ἥρην χρυσοπέδιλον.

ἱςία producit apud Pavum ſecundam, pro *aedibus*. at Aeſchylo Eumenid. 443. quid fiet.

Ἥσαι φυλάσσων ἱςίας ἀμῆς πέλας

Apoll. Rh. IV. 693.

Τὼ δ' ἄνεῳ καὶ ἄναυδοι ἐφ' ἑςίῃ ἀΐξαντες.

e quibus locis omnibus conſtat ἱςίη. ἱςία. ἑςία utraque ſignificatione modo produci modo corripi apud poëtas, qui Ionica dialecto in multis uſi ſunt. re vera apud Atticos ex. gr. quaedam ſyllabae producuntur, quae apud alios corripiuntur: & contra. imo apud Homerum quaedam ſyllabae quoque aliter uſurpantur, quam apud alios, ex. gr. καλὸς ipſi ſemper producitur. Sed talia fingere pro lubitu eſt valde abſurdum.

Carmine XXXVI. 3. pro τί δέ μοι λόγων τοσούτων. ait, *Erunt qui ſic maluerint* τί δέ με λόγων τοσούτων." At, Pave, qui ita maluerint, alapam tecum merentur, quia ita in metrum aperte peccant. nam ſi oggannias με produci ante Λ, cachinnis excipieris ab intelligentibus: qui talia a grammaticaſtris ſibi obtrudi non patientur. Sed tuum ſyſtema Anacreonticum talia permittit. at ideo inſipidum & falſum eſt.

Oda

Oda XXXIX.

Σειληνὸν ἐν μέσοισι
mutat in Σιληνὸν δ᾽ ἐν νέοισι,
Μιμούμενος χορεύσω.

de mutatione τοῦ μέσοισιν in νέοισι nunc nihil dicam. ad Anacreontem oſtendam eſſe inſulſiſſimam. Sed audi jam de vocibus Σιληνὸν δ᾽ ἐν. illas dicit exhibere epitriton primum. ⏑ — — — nunc quoque dicam nihil de ineptiis metri. modo mecum mirare ſtuporem Pavonis, qui, cum paſſim, ut in hoc loco, ſcribatur σειληνὸς, illam ſyllabam audeat corripere. *at in Hymnis* (ſunt Bambalionis verba) *qui Orpheo adſcribuntur vulgo, prima in Σιληνὸς corripitur. Quod ſi hic quoque factum putes, legere queas ordine probato & bono.* Sed ubi exſtat ille Orphei locus. cur, Ocni fratercule germaniſſime, locum non adnotaſti? Sed inquiramus in eum. en p. 150. Hymno in Σιληνὸν Edit. Eſchenbachianae exſtat talis.

Εὐαστὴς, φιλάγρυπνε, νεάζων οἷσι σιληνοῖς.

At, utut ſtoliditas inſignis fidem ſuperet omnem, non adeo ſtupidum puto, ut hunc locum ſanum crediderit. Sed fide ſubleſta utens credulo lectori illudere voluit. nam eodem hymno praecedit

Σειληνῶν ἔχ᾽ ἄριστε.

I. Caſaubonus hunc locum dudum emendare conatus L. I. de Satyr. Poëſ. 78. ita. *Semper*, ait, *Sileni ſenes. Orpheus videtur* (in loco laudato) *Silenos juvenes facere. Sed locus interpretationis indiget & correctionis. nemo enim recte illa poteſt intelligere.* νεάζων οἷσι Σιληνοῖς. *lego.* νεάζεσ᾽ οἷσι Σ. *& de Satyris*

 ca-

capio, qui ad differentiam epiſtatae Sileni dicuntur Νεάζοντες. νεάζοντες Σιληνοί. *juvenes Sileni. ſic initio hymni capiendum, ubi Silenus dicitur,* Σειληνῶν ὄχ' ἄειςος" fateor virum doctiſſimum vocem Σιληνοῖς non tetigiſſe. ſed ſaltem hinc patet locum laborare. Si ejus interpretationi inhaerendum, ut verſus ſalvus ſit, potius legendum νεάζουσιν σιληνοῖς vel νεάζουσ' οἷς σιληνοῖς. Sed utrumque durius. prius malim. nam οἷς re vera abundat. Sic p. 102. tres Spondei finiunt verſum, ut ſaepe,

Ταυροβόαν, γένεσιν μακάρων θνητῶν τ' ἀνθρώπων.

qui verſus non mollior. & ſane Orpheus non a talibus abſtinet, & quis? ut p. 108.

Πάντα σοι εἰσί. τὰ πάντα σὺ γὰρ τάδε μούνη τεύχεις.

vide p. 112. in Rheam vs 8. in Tellurem p. 122. 1. in Proſerpinam 8. non durior certe verſus hic illo Heſiodeo in Ἔργ. 354.

Καὶ δόμεν, ὅσκεν δῷ, καὶ μὴ δόμεν, ὅσκεν μὴ δῷ.

Theogn. quater vel quinquies ita finit verſum,

—— —— Πολυπαίδη ἀςῶν,

cum tamen facile aliter poſſet. quidquid ſit, illudit Lectori, qui talia loca profert ad tam nova ſtabilienda.

Oda LVIII. 2. docet κάρα producere ultimam, & adducit Sophoclis & Ariſtophanis locum cum ipſo verſuum numero. miror inſolitam diligentiam. Sed procul dubio iſta loca furatus eſt. nam Maittairius

Bax-

Baxterum docuiſſe ultimam produci annotavit. res eſt adeo nota, ut Proſodiae vulgares exemplum habeant ex Euripidis Hecuba vs. 442.

Κόμιζ' Ὀδυσσεῦ μ' ἀμφιθεὶς κάρα πέπλοις.

ubi Barneſius & eum temere ſecutus J. King edidere πέπλοις κάρα. Vides, Lector, quam abſcondita doctos, quibus ſolis ſcribit, doceat Pavo. quae ipſae ſcilicet Proſodiae vulgares non ignorant. Sed unde tamen iſta duo loca ſurripuit, adhuc me latet. nam ejus diligentiae non debentur, ita vivam ac valeam. Unum modo invenio. citatur Sophoclis locus ad verbum in Lexicis, tantum non omnibus. de altero videndum.

Non ſterilis nobis Hephaeſtionis atque Anacreontis ager fuit, jam

Collibus e Calabris ſua conferat hordea Quintus:
Hordea! non. lolium nam dabit illa ſeges.

L. II. 421. 435. Νηρῇδος occurrit. Rhod. Νηρεΐδος ſcribendum autumat. Dausqu. de συνιζήσει cogitat. Sed tamen cum Rhod. facit. Pavo. „*Stare poteſt ſuo jure* νηρηΐδες. *nam in* Δήϊος *centies corripitur prima.*“ Bella conparatio. Δήϊος numquam literam E admittere poteſt. in Νηρηΐδες e contrario ipſa litera η eſt aliena. nam a Νηρεὺς venit νηρέος. & hinc Νηρεὺς Ionice νηρῆος. νηρηΐς. quod autem ad Δήϊος attinet, oſtendat locum, ubi δήϊος non pati poſſit συνίζησιν: & concedam primam corripi. Prima in Δήϊος ſemper longa eſt. homo neſcit quid dicat. Quid, quaeſo, opus tam dura fingere, cum Graeci paſſim Νηρεΐδες ſcribant! Moſch. II. 115. in omnibus Codd. quos vidi,

Νηρεΐδες δ' ἀνέδυσαν ὑπὲξ ἁλός.

apud Homerum νηρηΐδες ſemper producitur. ita Νη-

ρηίνη. Apud Euripid. Troad. vs. 2. ſcribitur in fine Iambi Νηρήδων χορός. nempe religioni fuit Tragico Attico ſcribere Νηρεΐδων : nec Νηρηΐδων potuit ob verſum : confugit igitur ad Atticam contractionem. Sed abſurda Pavoni placent.

Ejusdem & pejoris commatos eſt, quod L. VIII. vs. 681. tentat.

Δμωάδες, καὶ πάντα πυρῆς καθύπερθε βάλοντο.

ubi optime Rh. Δμωϊάδες. Pav. *quod ego neſcio an alibi ita occurrat. accinit tamen* δμώϊος. *quod in Anthologia exſtat.* (ut Scapula docet) *nam ejusdem commatis eſt* δμωΐας. (imo δμώϊας) *alias ſcribi poteſt* αἱ δμωάδες καὶ," nonne egregium commentum, Lector!

At ad L. IX. 340. adeo miranda comminiſcitur, ut vix alio loco mirabilior ſit Pavus. ubi legitur

Ἀλλὰ δμωΐδεσσι παρευνάζοντο γύναιξι.

Dausqu. ſcribe δμωϊάδεσσι. recte. Pavum audi. „*ita ſcribas per me licet. ſubdubitabam tamen* L. III (ſcilicet tum nondum Calabrum ad L. IX. uſque perlegerat) *an forte* (attende Lector) *ſcribendum* δμωῖδεσσι, *ut circumflectendo ſyllaba brevis evadat longa.*" Concurrite omnes Grammatici & Grammaticaſtri: rem novam, rem inauditam, rem inviſitatam prius, accentum circumflexum in antepenultima, demiramini mecum. huic commento nullum ſimile vel ſecundum in toto Grammatico Orbe exſtat. imo ſimile & gemellum hoc ipſo in loco. nam addidit *brevem ſyllabam longam fieri circumflectendo.* En novam facilemque methodum carmina condendi. Si ſyllaba brevis obſtat, circumflecte: protinus tam longa fiet, atque ipſe longiſſimus & ſtolidiſſimus Pavo. magno ſane ſe commodo privant quidam poëtae Graeci hodierni;

dierni, qui ſine accentibus carmina edunt. nam ſic ſyllabas breves producere non poſſunt. ſuaderem igitur vel hac de cauſa, ne porro ita novitatum eſſent ſtudioſi, vel, ſi ita velint, nimis antiquitatem adfectarent, & publica potius & non incommoda via irent Imo non novum hoc. nam addit Pavo „*non improbabile hoc aut novum.*" imo noviſſimum & inauditum. Nam ſyllabae longae circumflectuntur, quia tales ſunt, Pave. "Quin circumflexum accentum ſyllabae ne quidem omni longae inponere licet; nedum ut ejus beneficio brevem poſſes producere. hoc omnem ſtoliditatem re vera ſuperat. Eodem loco ineptire pergit. L. III. *etiam* Δμωῖδες *reponi poſſit.*" At, homo, δμωῖδι γιγνόμενος. in Anthol L. VII. p. 466. ſcribitur. Sed quis ſani cerebri dubitabit δμωϊάδες & δμωιάδεσσι reponere! δμωὶς, δμωϊὰς. ut ναὶς ναΐάς. κρηνὶς κρηνϊάς. λῃὶς, λῃϊάς. ſic ἀρηὶς, ἀρηϊὰς. quod in L. I. vs. 186. Nam ibi ἀρηΐδος obtinet quidem, ſed

Ἀρηϊάδος βασιλείας

recte correxerunt Rhod. Scal. Salvinus. at ineptus Pavo non recepit. ibi quoque circumflectat & ſcribat ἀρηῖδος. & ſic ſyllaba longa fiet. vs. 316. recte ſcribitur.

Ὡς τῆμος Δαναοῖσιν Ἀρηϊὰς ἔνθορε κούρη.

Saepe autem Codd. in talibus errant. qualia non admodum etiam acutus Criticus facile percipiat & corrigat. Sic apud Apollin. L. I. 136. male pro Ναυπλιάδαο ſcribitur in Cod. ναυπλίδαο. talia conſervare in contextibus auctorum eſt putidae & Pavoninae ſocordiae.

Non diverſum quod rurſus blaterat ad L. V. 446.

οἱ τοκῆες τοῖϊ ἔτι. Rhod. recte τοκέες. ut τοκέων apud Homerum & alios. Pav. *η tamen ante ε corripi poteſt.*" rurſus 565. ὑπ' ἄρηϊ δηώσαντες. Rhod. ἄρεϊ. ut Il. B. 479. & apud alios. Pav. *adſentior, quamvis hic η etiam ab ι corripi poteſt.* non miraris acumen Criticum Pavonis?

L. VII. 556.

Κάλλιπεν οὐλύμποιο εὐώδεος.

Rhod. οὐλύμπου. & ſic Sylb. recte. vel οὐλύμποιο θυώδεος. Pav. *Sed ευ ab ω ſequente corripi poteſt.*" dactyli ſane faciunt ad εὐρυθμίαν verſus, ſed talis dactylus ποιο ευ verſum ſilice duriorem reddiderit. Grammaticaſter novit diphthongos aliquando corripi ante vocalem: ſed iſta doctrina ſuo loco, quippe judicii omnis egenus, uti nequit. huc accedit intolerabilem ſic hiatum effici. ο ευ. tertio ευ ita correptum debuiſſet oſtendere. quod equidem fieri non negarim. ſed ita ſine cauſa fieri, imo cum damno verſus non credo. πενθημιμερὴς caeſura enim ſic perit, quae trochaica caeſura fit. quod leve per ſe: ſed bonus poëta numquam talia adfectarit. Illud Theocr. Idyll. XXIV. 70.

Μάντι Ἐυηρείδη, μάλα σε φρονέοντα διδάσκω.

nominis proprii privilegio utatur. apud Orpheum vs. 601. legitur,

Ὄφρα κε μειλίξαντο εὐσεβέσοις ἐπὶ λοιβαῖς.

Sed cur non ſcripſerim, ut ſemper μειλίξαντ'? quod ſi Pavus contra ſtet: non ſuccenſebo, imo e collatione mea ei aliquid ſubminiſtrabo, quod ambabus manibus amplexurus eſt. illa legit ὄφρα καί. eleganter,

ter, mehercule, & plane ad palatum Pavoninum. nam ſic erit Creticus ſive Amphimacer. Spero autem ita editum olim ab ipſo iri. vellem tamen una vocem illam εὐοίνιςος, quae me aliquantum inquietum habet, pro ſua eruditione explicet. ibi ergo ευ minime corripitur: quamvis Orpheus hic illic alioquin diphthongos breves reddat. ut vs. 1020. primam in αἰήτης. in loco autem Theocriti vocalis poteſt apoſtropho tolli. vel etiam obtinere locum: modo per Synaloephen accipiatur non obſtare verſui. Nam Synaloepha utuntur Graeci quoque. Eo ſtultius hic talia obtrudere, quia paſſim in Calabro, uti ubique, terminationes vitiatae ſunt. quod alibi obſervavit etiam Noſter. imo in hac ipſa voce L. I. 47. 152. vix quoque ſyllabas οιο in ultima caeſuram pati inveneris. licet etiam ſupra pag. 337. tale quid commentus ſit. at, Lector, ubi ita fit, loci corruptionem merito ſuſpicaberis. ex. gr. apud Moſch. Idyll. II. 61. legitur,

χρυσοῖο ταλάροιο περίσκεπε χείλεα ταρσοῖς.

quamvis ibi longe tolerabilius caeſura in ο cadat, tamen locum eſſe corruptum, tres Codd. fidem faciunt: unus enim habet χρυσίου. alius χρυσοίου. tertius & longe praeſtantiſſimus, & cujus ope triginta belliſſimae lectiones poterunt reſtitui, habet χρυσείου. in his autem aliquantum haereo, non tam Pavonis cauſa refellendi, quam ut juvenes diſcant abſtinere a ſimilibus tentandis: & ne ubique licentias poëtarum inferciant, & ſine ulla probabilitate propugnent, relinquant iſtam ſtoliditatem Pavoni, qui ne quidem infimo Grammaticaſtro vel ludimagiſtro ſuffecturum judicium poſſidet, nedum ut a κρίσει, nobili illa animi facultate, nomen ſortiri mereatur.

L. VII.

L. VII. vs. 610. . . Κέλτον τε καὶ Εὔβοιον. Rhod. εὔβιον. Pav. *fors non neceſſe: Εὔβοια. . Herculis filia. Εὔβοια nutrix Junonis.*" An illas Εὐβοίας noſtri cognatas putat? nam neſcio cur earum aliter mentionem fecerit an modo haec nomina allegat, ut oſtendat eſſe nomen uſitatum. utrumque aeque ſtultum. nam Εὔβοιος nemo negarit forte poſſe eſſe nomen proprium, ſed quaeritur, an corripi hic diphthongus ante vocalem poſſit. quin haec nomina feminina non ſatis oſtendunt εὔβοιος dictum. maſculina exempla adduxiſſe praeſtitiſſet. ut Ἀλφεσίβοια & Ἀλφεσίβοιος. erat enim nomen magis femininum, quia virgines Ἀλφεσίβοιαι laudabantur. vide Il. Σ. 593. & E. M. ita mater hujus Εὐβοίας vocabatur Περίβοια. pro quo male in Aldina, ut obiter locum hunc tangam, editur. Τὴς τίκεν ὑπεροιβία μιῇ. at bene Rhod. τὴς τίκεν οἱ Περίβοια: conjectura non dubitabili. at audi Pavonem. „ *Mireris, Lector, Dausqueji ingenium & acumen.* (qui ἡ πείβοια & ἡ ἱερίβοια conjectans tamen in οἱ πείβοια adquieverat). *poſui autem ſcripturam editionis Aldinae & Baſileenſis.*" vidiſtine aliquid putidius? aperte enim vitioſam ſcripturam invectat, ubi certa ſatis emendatio ad manum adeſt. nam οἱ πείβοια legendum, vel ἡ πείβοια: de ἡερίβοια tamen quoque cogitari poſſet. vide Schol. Il. E. 1389. Canterus quoque ἡ πείβοια. at quid addit. „ Rhod. *in ſua dederat.* τὴς τίκεν ἡ πείβοια." Somniculoſior fuit, dum haec ſcriberet. nam ἡ περοίβια ibi legitur. eſt autem qui vult. ἥς ἔτεκεν Περίβοια.

L. IX. 260.

Ὃ δ᾽ εἰς κενεὼ δόρυ τύψας
Ἥρα Πηλείδαο πάϊς, τοῖον ποτὶ μῦθον ἔειπεν.

En verſum mollicellum, utpote a Pavone expolitum,

Ἥρα παῖς Πηλείδου, ἔειπε τοῖον ποτὶ μῦθον.

Sane

Sane qui haec legat, neceſſe habet confiteri hominem poëtica non minus quam Critica facultate praecellere. nam in uno verſu tantummodo duas diphthongos corripit: tantummodo geminas voces audaciſſime transponit. Sed diphthongos corripere ipſi tralatitium, & τοῖον ſaepe corripi facile monſtraverit. quare etiam *hoc recipiendum videtur* homini, vel *alterum illud Rhod. ſua opera interpolatum.* nempe Rh. propoſuerat ἠέρα tollendum vel potius τοῖον. Pavus ait; neutrum abeſſe poſſe. ἠέρα certe non, niſi legatur εἰς κενεόν. quod illa falſa hypotheſi nititur, ἠέρα pro *aëre* ſemper eſſe *maſculinum.* at etiam *femininum* eſſe adſtruximus Vanni p. 108. quibus addo hoc diſtichon ex Anthol. Ined.

> Τοὔνεκ' ἐμεῦ μετὰ ἔχηπι βίον ζώοιτε κορώνης
> Ἢ ἐλάφȣ, κενεὴν ἠέρα βοσκόμεναι.

vide quoque Anthol. Editam p. 433. ubi διὰ μέσσης ἠέρος. Quin vides hominem hoc in loco ipſum agnoſcere muliebre ſecus. adeo ſibi conſtat in eodem libro. Quare non video, cur non ἠέρα abeſſe poſſet, ſi etiam κενεὴν retineatur. alia ellipſi occurrit vox κενεὰν apud Theocritum Idyll. XV. vs. 95. Sed ego nolim ἠέρα removere. neque τοῖον abeſſe poteſt ſine ſenſus detrimento. neque horridus Pavonis verſus ulli niſi κακοζήλῳ placuerit. putarim vocem μῦθον eſſe e gloſſa. de ellipſi in μειλιχίοισιν egimus ſupra. Sic Boſius p. 52. oſtendit ſimilem in ὀνειδείοις. in αἱμυλίοισιν. κερτομίοισι. legerim igitur τοῖον προσέειπεν. ſic Latini. *Talibus atque aliis.* vide Ovid. 8. Met. 576. 863. Obſtat autem quod in his exemplis pluralis numerus ubique obtineat. videtur tamen mollior ceteris medicina. quin τοῖον adverbii loco venerit habet & aliam expoſitionem Pavus. nempe conjiceret. ἠέρα πη-

Πηλείδης τοῖον. ſi Πηλείδης pro quovis ex poſteris Pelei dici poſſet. *Sed id ipſi incertum & minus probabile propter ambiguum, quod inde naſceretur.* Pyrrhus ſive Neoptolemus igitur non recte ſecundum Pavonem *Pelides* ab avo vocaretur. Miror hominem. nam cum tam varius ſit Proteus, in ignorantia tamen ſibi ſemper ſimilis eſt. te docebo ergo filium & nepotem ſaepe eodem nomine dici ab optimis poëtis. Ovid. L. XI. Met. vs. 389. *Aeacides illi.* ibi Aeacides eſt, Aeaci filius, Peleus. L. XII. 168.

Hoc ipſum Aeacides, hoc mirabantur Achivi.

ibi Aeacides eſt Aeaci nepos, Pelei filius, Achilles. & ita centies. Sic Graeci. Heſiodus fragm. 161.

Τρὶς μάκαρ Αἰακίδη, καὶ τετράκις ὄλβιε Πηλεῦ.

ubi Πηλεὺς & Αἰακίδης idem: nec poteſt cogitari de Achille. nam eſt fragmentum hoc ex Epithalamio in nuptiis Pelei & Thetidis: quibus Achillem interfuiſſe nec ipſe Pavus, qui tot abſurda profert, dixerit. Αἰακίδης pro Achille, forte noverit, ſi Homerum legerit. Sic in Heſiodi Scuto Herculis vs. 112. Amphitryon vocatur Ἀλκείδας, cum paſſim apud Graecos Latinosque alioquin Hercules ſic vocetur.

Φεύξεσθαι δύο παῖδας ἀμύμονος Ἀλκείδαο.

id eſt, Herculem & Iolaum Amphitryonis filium & nepotem. Quod ſi Miſcellanea noſtra diligentius excuſſiſſet, ibi obſervatum inveniſſet Vol. I. Tom. II, p. 214. ſaepe auctores ſibi in his patronymicis multum permiſiſſe. videatur quoque Celeb. P. Burmannus ad Gratii Cyneg. vs. 103. nec hic ambiguum pepererit: nam Achilles jam Libro III. occiſus & crematus fuerat. In his autem omnibus nullo judicio poëtae facili intolerabilem duritiem adfricare cona-

conatur. videamus peccata alius generis.

Supra tetigi ineptam διαίρεσιν. en non minus ineptam συναίρεσιν. L. X. 65. legitur

. . οἱ δ᾽ αἶψα συνήϊον ὀτρύνοντες
Ὑσμίνην. δεῖζὴν γὰρ ἄγε Θεὸς εἰς μέγα ἔργον.

Multa verba hic perdit. Brodaeus, referente Rhod. δῆριν γὰρ. Sed id jure diſplicet. quid Pavunculus novi? „ *lege*

Ὑσμίνην. εἴσην γὰρ ἄγε Θεὸς εἰς μέγα ἔργον.

nam, ait, εἴση ὑσμίνη. *aequalis pugna fuerat.*“ De re nondum ſollicitus ſum. Sed dic, inſulſe, ubi inveniſti εἴσην. nonne meminiſti ſemper apud Homerum, & alios hanc vocem mediam producere. an contrahendas dices ſyllabas. at ubi haec vox ſic exſtat, Lapis? Cur tunc non ἴσος ſcripſeris, ut ipſe tuus auctor ea locutione utitur L. XI. vs 237. ἐκάθερτε δ᾽ ἴσην ἐτάνυσσεν Ἐνυὼ Ὑσμίνην. cur hoc non ſumſiſti? ſed εἴσην placuit, quaſi accedens magis ad lectionem proditam. Hoc igitur loco poëta εἶσος uſus fuerit, in reliquis ἴσος. quam abſurda audet! imo quod vel vitioſiſſimum in hac emendatione: ne Graeca quidem eſt. nam δαὶς εἴση. ναῦς εἴση. φρένες εἶσαι. alia longe ratione dicuntur. & his ſubſtantivis pauciſſimisque forte aliis haec vox conſecrata. ne jam loquar de contorta conſtructione. mox tentat δεινὺς. quod aeque fatuum, ſed ſublectum Sylburgio, qui adſcripſerat: „ *mendum in hac voce. forte* δεινόν.“ nec id placet. Scalig. δεινὴ γὰρ ἄγειν Θεός. optime ſane. ut δεινὴ Θεὸς & Ἐνυὼ eadem ſit. eadem quoque quae ſupra vs. 53. Τοὺς δ᾽ ἄγειν εἰς ἕνα χῶρον ἔρις μεθέκασα κυδοιμόν. Intelligeretur tum ἐκείνους, αἰζηούς. ut ſaepe. Quin explicet mihi Pavo locutionem, ἄγειν ἴσην μάχην εἰς μέγα ἔργον. nam ἄγειν hic ſignificare debebit, *convertere: mutare*

mutare in: deducere: At quid mutabitur? *νσμίνη ἴση* & *μέγα ἔργον* eſt res eadem: *pugna aequalis: pugna ſtataria:* nam quando neuter cedit, re vera *magnum oritur praelium.* *ἔργον* hic *praelium*, uti centies. quod ſi *ἄγειν* ita ſignificare poſſit, quod Pavoni monſtrandum fuerat, verum ita omnes difficultates ſolet tranſilire, nec curat barbarene an Graece ſui auctores ſcribant, ſi ita ſignificare poſſit, cogitarim legi poſſe

Φύζαν γὰρ ἄγεν Θεὶς εἰς μέγα ἔργον.

nam re vera, licet in contraria mentiatur Pavo, Trojani languidiores facti Polydamantis oratione confirmari neceſſe habuerunt. vide vs. 7. & 46. lubenter tamen Scaligero deceſſerim.

At permitteremus tamen diphthongos ſic corripi ante vocales, & novas fieri: modo antiquo exploſo errore, eas non etiam ante conſonantes corriperet. Nam ab eruditiſſimis viris P. Francio, R. Bentlejo, G. Arnaldo † ad liquidum eam rem perductam reor, ne in poſterum quis, corruptis locis innixus, contendat ΑΙ & ΟΙ poſſe corripi ante conſonantem. tulerim tamen etiam, ſi quis in marmore, ſi quis in antiquo Codice tale quid reperierit, ut lectionem ibi inventam propugnet. Sed quis ferat tales corruptelas in iis locis induci, in quibus omnes editiones & Codd. quantum ſcimus, in contrariam lectionem conſentiunt. Quid enim!

L. VII. 400. lego.

Τοῖσι δ᾽ ἄρ᾽ Ἰδαίων ὀρέων Φαίνονται κολῶναι.

Φαίνονται, ſane flagitium Pavone plane dignum; cum Aldina,

† Francius in Bello Liter. Bentlejus Callimachi Hymn. I. 87. Arnald. Animadv. VI. 29.

Aldina; Rhodomanni; omnes φαίνοιτο recte exhibuerint. quales jam Sycophantias hic comminiſcetur! an culpam in operas conjiciet? an putida mendoſarum lectionum ſtrue errorem tegere ſatagat; ut ita viris laudatis & ſanae rationi obloquatur? Ut autem aliquot data occaſione loca hujus generis tangam. Apud Diodorum L. III. C. 66. rectiſſime Arnaldus primo verſu legit

Οἱ μὲν γὰρ δρακάνῳ σ', οἱ δ' Ἰκάρῳ ἠνεμοέσσῃ.

Sed ſecundo legendum potius videtur

φασ', οἱ δ' ἐν Νάξῳ. non φασὶν, οἱ ἐν.

vide quae obſervavimus p. 249. de apoſtropho.
Manethon L. II. 415.

Αὐτῶν κε κτῆσιν μινύθει καὶ πατρώϊον οἶκον.

putat Erud. Arnaldus legendum πατρῷον οἶκον quod admodum durum. potius πάτρειον vel πατρικὸν legendum. nonne millies ſynonyma mutantur! quin illo κ carere poſſe videmur, ut πατρώϊον οἶκον per adpoſitionem intelligatur. Sed lubenter etiam ſeculo plane a puritate digreſſo haec & ſimilia cum laudato Arnaldo tribuerim. nam ſi non totus fictus, ſaltem interpolatus auctor eſt. quam facile alioquin L. V. 257. ſcribere potuiſſet,

Μύελον ἀξιφαὲς μήνης ὑποδέξεται ὄμμα.

In Arati Phaen. 573. Cod. exhibet Bentleji Emendationem.

Ἥμισυ μέν κεν ἴδοιο μετήορον, ἥμισυ δ' ἤδη.

L. IX. 342. legitur

Πέρθοντες ποτὲ γαῖαν ἀρηιφίλων Θρηΐκων.

Pav. *Media in Θρηΐκων corripi ſolet: quare verſus non eſt ſanus*" reſtituit igitur

Πέρθοντες ποτὲ γαῖαν ἀρηιφίλων μάλα Θρηκῶν.

illud ποτὲ redonandum Pavoni. ſed magis illud μάλα. nam verſus eſt saniſſimus. & mentitur inpudenter cum dicat Θρηΐκων corripi ſolere. corripitur ſane: ſed & ſaepe producitur: & dubium mihi, quae proſodia ſaepius obtineat. en pauca e multis exempla. Alexander Aetolus apud Theonem Smyrnaeum. vide Thomae Galei Scriptores. Poët. p. 149.

Πέμπτος δ' αὖ πυρόεις φωστὴρ Θρήϊκος Ἄρηος.

Callim. in Dian. 114.

Αἵμῳ ἔπι Θρήικι πόθεν Βορέαο καταΐξ.

Apollonius I. 24.

Καλλιόπη Θρήικι φατίζεται εὐνηθεῖσα.

632.

Δείματι λευγαλέῳ, ὅποτε Θρήϊκες ἴασι.

apud quem L. I. 821. & L. IV. 288. male ſcribitur Θρηΐκων. ibi enim reponendum Θρηκῶν. ut I. 923. niſi cum Pavone nugari velimus, & Θη ante ἰῶτα poſſe corripi ſtatuamus, ut in Δήϊος. Νηρηΐδες. vide Euſtath. & Barneſ. Il. B. 544. p. 282. Nicander Theriac. 49.

Ὃν πόντον καλέουσι, τόθι Θρήϊκες ἀμορβοί.

Op-

Oppian. I. Κυν. 172.

Ἴονες, ἀρμένιοι, λίβυες, θρήϊκες, ἐρεμβοί.

qui aliquando etiam corripit. Aratus Phaenom. 355.

Ἡ μὲν γὰρ θρήϊκος ὑπὸ πνοιῇ βορέαο.

Crinagoras in Anthol. ined.

κῆμοί γὰρ θρήϊκι διωκομένῳ ὑπ' ἀήτῃ.

Simonides Anthol. ined.

Θρηΐκων κύρσαντα λέχῳ, πατρὸς ἢ κλεεννόν.

ubi tamen θρηϊκίῳ Cod. Palat. Et Gujetus volebat. ita igitur legatur. Dionyſ. Perieg. 323. quod exemplum Proſodiae habent,

Αὐτοί τε θρήϊκες ἀπείρονα γαῖαν ἔχοντες. & vs. 575.

An adhuc ais, Pave, θρήϊκες corripi ſolere. & ne cauſere, Calabrum ita factitare, quod quam verum ſit, neſcio, ſcias Oppianum, Dionyſium aliosque modo corripere, modo producere. At forte inperitiſſimus homo offenſus fuerit Spondaico verſu, quaſi illos non multos haberet: quaſi L. XIII. 11. non longe duriori patrocinium praebuiſſet contra juſtam Rhod. accuſationem.

Ἀμφιπεριστρωφῶσι ἀνὰ πόλιν. ἀχλὺς δ' ὦρτο.

ubi Rh. volebat. ὦρτο δ' ἄρ' ἀχλύς. ubi ait. „ *Non neceſſe, nam in quinta ſede uti potuit Spondeo. verſus minus jucundus eſt fateor; ſed tales in his plures.*“

tales adduxiſſe decebat. Scal. Rhodomanno favet. vide quae diximus ſupra p. 374. ſic Moſchus Idyll. II. 97.

Αὐτὰρ ὁ μειλίχιον μυκάσατο. φαίης κ' αὐλῶ.

ubi Codd. tamen valde turbant.

L. XII 300. rurſus Myſorum inſtar de verſuum rythmo judicat.

Πατρὸς ἑῶ. τοὶ δ' αἶψα καὶ αὐτοὶ θωρήχθησαν.

„ *verſus ingratus:* ait, *an tamen mavis* αὐτοὶ ἐθωρήχθησαν. " neſcitque ita verſum longe ingratiorem reddi. vide Il. A. 11. 226. B. 340. 718.

At in vocis quantitate ſe longe turpiſſime dedit L. XI. 120.

Θλάσσε περὶ πληγῇσι. μόρος δ' ἐκίχανεν ἀρητός.

Rh. ἄφυκτος pro ἀρητός. quia nempe ἀρητός, ſemper primam producit Dausqu. ἀτηρός. aeque prave, nam ἀτηρὸς ab ἄτη; producitur: quod Pavus debuiſſet animadvertiſſe, ſi proſodiam vocis non ignoraſſet. nam hic jure reprehendere potuerat, quem nulla de cauſa ſaepe traducit. idem conjicit, aliquanto melius μόρος δ' ἐκίχανεν ἄρ' ἦτορ. at quid hic porro accidit? etiam primam in ἀρητὸς produci ignoravit Burdo noſter: & ideo ſic infit: „ *cave mutes.* μόρος ἀρητὸς *optime dicitur: fatum lugubre, noxium, deprecandum. ab* ἀρὴ *&* ἀράομαι. *nihil notius Graece doctis: quare Rhodomannum vocem mutaſſe miror.* " Nonne haec digna illo haud tumultuarie Graece docto Pavone? nam ἀρητὸς etiam in compoſitis producitur. ut πολυάρητος bis in Odyſſea. imo ἀρᾶσθαι & καταρᾶσθαι verba ſemper ibi

pro-

producuntur. ἀρητὸς item nunquam aliter apud Homerum occurrit. ſic ἀρητὴρ. ſic nomina propria ἀρήτη. ἄρητος item ſemper producta. at in addendis hunc locum iterum tangi video. forte ibi vitium agnovit & emendavit! En verba. „ Nam *ἀρητὸς verſus etiam non reſpuit, ut adparet ex κατάρατος & ἀρῆς Homerico* “ Vix contineo me quin inpudentiſſimo ſycophantarum omnibus diris καταρῶμαι. ut lectori illudere non veretur! nonne fere putares κατάρατος apud Homerum inveniri & ſyllaba penultima correpta ? Nusquam illud vocabulum exſtat apud principem poëtam. Sed dicet, τὸ *Homerico* retuli ſolum ad τὸ ἀρῆς. at, Sycophanta, niſi tuas fraudes ſciremus, & memores eſſemus, quid feceris in gl. illa Labbaei *divus* ὁ ἱερὸς, ita crederemus. jam tui doli & faſcinationes nimium nobis innotuerunt. imo illud ἀρῆς, quod laudas, ne quidem Homericum eſt: & rurſus lectorem credulum fallis, quaſi iſta vox brevis exſtaret apud Homerum. nam ut voces laudatae numquam apud ipſum breves in hac ſyllaba inveniuntur : ita nec ipſa vox ἀρεγὰ uſquam ſic occurrit. vide Il. O. 598. Apoll III. 712. & ſic ille quoque ubique. ſunt ſane duo triave loca apud Homerum controverſa, ubi ἀρῆς corripi videretur; ſed qui haec loca advocas, nonne tibi incumbebat, ea in tuam ſententiam adſerere, ſi poſſes: conari ſaltem deceret, ea quovis modo diſtorquere, ut tibi faverent. Primus locus Il. Σ. vs. 100.

ἔφθιτ᾽. ἐμεῖο δὲ δῆσεν ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι.

ibi ſane editur ἀρῆς & βλάβην interpretantur. at Ariſtarchus jam olim ἄρεω legebat. & recte Barneſ. & Clark. ἄρεως vel ἄρευς legendum autumant. Nam ibi Achilles queritur apud matrem Thetin, ſibi non

licuiſſe *bellum*, *Martem* a Patroclo arcere. Odyſſ. X. 208.

Μέντορ ἄμυνον ἀρῆν, μνῆσαι δ' ἑτάροιο φίλοιο.

Sed ibi ne dubitandum quidem, quin Ἀρῆν legendum ſit. ita quoque Odyſſ. P. vs. 538.

Ἀρῆν ἀπὸ οἴκου ἀμῦναι.

ipſum verbum ἀμῦναι eo ducit. vide Il. M. 334. Π. 512. Ω. 489. & egregie confirmat hanc ſuſpicionem locus Il. Ξ. 485.

Ποινὴν ἐνὶ μεγάροις Ἄρεως ἀλκτῆρα γενέσθαι.

uti ibi princeps editio, Juntina accuratiſſima, Barneſius & Clarkius. neſcio an in ullis ἀρῆς & μεγάροισιν. nec tanti eſt ut inquiram. in Theogon. Heſ. 657.

Ἀλκτὴρ δ' ἀθανάτοισιν ἀρῆς γένεο κρυεροῖο.

Sed nullus dubito, quin & ibi ἀρεῦς vel ἄρεος legendum. ipſum epitheton maſculinum eo facile nos ducit & ſuſpicioni favet. Nec aliter in Scuto Herculis, de ipſo Hercule vs. 29. legendum.

Ἀνδράσι δ' ἀλφηστῇσιν Ἄρεως ἀλκτῆρα φυτεῦσαι.

vide Barneſ. laudatis locis & Odyſſ. T. 404. ubi docet Scenicos ἀρὰ corripere, & ſic καλάρατος. Sed illi quantum ab Homeri proſodia abierunt, qui paſſim Ἀχιλλία in ultima ſyllaba & ſimilia producant! ut probabile omnino ſit ἀρὰ nuſquam correptum ab Homero fuiſſe, nonne decuerat ingenuum virum de dubia lectione admonuiſſe lectorem? Sed corripiatur·

piatur. idem de ἀρητὸς oſtendere debuerat, jam tum ſub textu Calabri; & non *mirari mutationem* ſummo jure a Rhod. inductam. certe tum omnino ignoraſti primam produci in ἀρητὸς, ut adhuc ignoraſti in ἀτηρὸς. in primis autem miraculo eſt, hominem in hac voce adeo craſſe erraviſſe, cum ipſe jam ad Menandrum p. 127. Clericum condemnare coactus fuerit, qui καλάεργτος in ultimo Iambi pede poſuerat. quomodo autem hic locus reſtituendus ſit, me neſcire fateor. mors multis epithetis donatur: non difficile aliquod excogitare. at tales conjecturae profecto valde arbitrariae. nec, ſi iis abſtinerent, multam reprehenſionem mererentur Critici.

Ultimum ſpecimen inperitiae Pavoninae in re metrica, quod huic capiti adtexturus ſum, & pravi animi hominem, & plagiarium, & ineptum exhibebit ſimul. L. I. 287.

Ἐν γὰρ οἱ ςέρνοισι θράσος βάλε τετπηγῖνα.

Pavo. 'Ἐν γὰρ *& hic & alibi in his libris Spondeus eſt: an vi ſpiritus aſperi? ita videtur. nam alias fulcrum eſſet adponendum.*" haec pauca verba nos multa docent. primo γὰρ *οἱ in his libris* eſſe Spondeum: non in aliis. deinde id fieri vi ſpiritus aſperi. At ſi id fit *vi ſpiritus aſperi*, cur non ſemper ille ſpiritus eandem vim exſerit. tertio. *fulcrum eſſe* adponendum. egregia & plane poëtica doctrina! ubi ſyllaba brevis vobis moleſtias creat, poëtae, fulcrum adponite & res tuta erit. o lepidum caput Corneliolanum! haec notes Lector, ſed ſequentia in primis: quorum cauſa hanc rem hic tango. L. III. 139.

Πηλείδης. ἐπὶ γὰρ οἱ ἀμαιμακέτης ἐνὶ γυίοις.

Pav. γὰρ *hic etiam producitur ante* οἱ. *diximus ſupra.*

& ὑ τῷ οἱ *ſimiliter ſequitur* vs. 152. nempe Lectori obliviofo diffidens, rurſus idem monendum duxit. at, negligentiſſime Pavo, ſcias, jam ter & amplius idem occurriſſe, nec tamen id a te animadverſum vel indicatum. Lectoremne ſtipem tibi ſimilem putas, ut ubi bis ter aliquid occurrat, id per ſe non poſſit obſervare, praecipue ſemel monitus? occurrit enim L. II. 81. 332 L. III. 42. 643.

Rurſus L. VI. 27. Ἐρρέτω. ἐκ τῷ οἱ. Pav. *τῷ οἱ hic etiam Spondeus eſt. dixi ad* L. I. „ nempe poſt duos libros oblitus jam erat Lector. tamen non monuit rurſus occurrere vs. 370. ſed L. IX. 25. notulam rurſus repetiit. Δὴ τῷ οἱ. *τῷ οἱ Spondeus hic.* rurſus L. IX. 63. L. X. 237. *nota τῷ productum ante οἱ.* „ At, putidiſſime annotator, jam vicies id notavimus. & tamen rurſus eodem libro poſt paucos verſus vs. 260. miſerum lectorem obtundis, ὑ τῷ οἱ. *ὑ τῷ hic iterum Spondeus eſt.* & ſic per ſequentes identidem libros. Vidiſtine, Lector, aliquid magis inſipidum & exoletum, quam repetitione ejusdem rei, tam minutae, decies & amplius in eodem auctore patientiam Lectoris extendere & defatigare? At dices quoque: cum alia quae ad metrum ſpectant, in Calabro raro tangat, unde ad has voces τῷ οἱ ita adhaeſit? dicam, Lector, Sylburgius in omnibus his locis, non uno excepto, fulcrum ſubponendum duxit. eum hic tacito nomine tam putide refellit. in tribus quatuorve locis etiam Scaligerum. Furemne igitur ingratum agnoſcis, Lector? Et hinc patet jam Sylburgium fuiſſe penes eum, cum in ipſo libro primo verſabatur. cui igitur omnia debentur, quae Pavo ſibi vindicavit, ſane quam plurima. at de his videbimus. nam ſic ſolet ille editos ineditosque doctorum omnium labores ſimul carpere & expilare. mirare autem Pumicis noſtri ariditatem: qui cum toties hoc obſervet, Lectorem non

doceat,

doceat, an ſit hoc peculiare quid Calabri & forte inſolens: an potius uſitatum aliis & optimis. dicam igitur ego. voculae οἱ ea vis eſt propter aſperitatem ſpiritus peculiarem: ut ſaepe producat ſyllabam: vel etiam eliſionem inpediat. & quamvis aliis quidem adſpiratis vocibus haec vis aliquando ineſt: certe tamen non tam frequens. exemplis patebit. vocula deinde γὰρ propter aſperam literam in fine huic οἱ praemiſſa ſic facillime producitur. imo rarius hic corripitur apud Calabrum. quod dixi, exemplis evincam. Heſiod. Θ. 56.

Ἐννέα γάρ οἱ νύκτας ἐμίσγετο μητίετα Ζεύς.

Scuto. 20. Ὧς γάρ οἱ διέκειτο. 69. Αὐτὸς γάρ οἱ ἔπαρχε. Orpheus de Achate. p. 230.

Ἐν γάρ οἱ δήεις ὁρόων ὑάλωπιν ἴασπιν.

Oppian. ille Pavunculo dilectus poëta, II. Hal. 426.

Κύντερον. εἰ γάρ οἱ τὶς ἐνιψαύσειε πελάστας.

vs. 433. Ἔλθοι. τοῖον γάρ οἱ ἐπαχθέα. Wintertonius, ſua laude non fraudandus, ad Scuti Herculei locum. ter γὰρ ante οἱ produci obſervavit apud Apollon. I. 526. Ἐν γάρ οἱ δόρυ. 1231. Πρὸς γάρ οἱ διχόμηνος. III. 87. Ἐν γάρ οἱ κείνη. His adde L. II. 503. III. 1139. L. IV. 549. 1274. 1733. 1470. ubi Cod. e ſententia Heracleontis habet γάῤῥοι. vide pag. 335. Vanni. Hinc habemus Il. E. 4. Δαῖε οἱ ἐκ κόρυθος. non Δαῖεν. Apoll. I. 43. Αὖ βαρύθεσκε οἱ ἤδη. inde apud Aratum Phaenom. 569. etiam in Codd.

Οὔ οἱ ἀφαυρότατοι ὅτε καρκίνος ἀντέλλησιν.

Apoll. II. 290. Δώσω ἐγών, ὥς οὔ οἱ ἔτι. & ſic reſtituendum L. III. 470. Οὕνεκεν οὔ οἱ ἔγωγε. ubi male

οὐχ. in Stephan. & Lugd. ſed recte in prima. in Aldin. Baſil. & Francof. οὐ. ut Il. A. 114.

Κουριδίης ἀλόχου. ἐπεὶ οὔ ἑθεν ἐστὶ χερείων.

nam in ἕθεν idem ſpiritus aſpero aſperior, ut videtur. Dionyſ. Perieg. 1027.

Οὔ οἱ ἔνιδεν, μῆνιν καὶ οὐ δειδίασετο πατρὸς.

aliae editiones ibi οὐχ. Sed ſic Codd. tres vel quatuor. recte quoque ita doctiſſimus J. Hudſonus. hinc jam Pavunculus ſuum bis repetitum οὐ ἀθάνατον coloret. nam habemus hic οὐ ante vocalem. & huic voci οἱ talem peculiarem vim ineſſe etiam patet, quia ex. gr. apud Dionyſ. mox verſu 1135. habemus οὐχ ἅμα. non οὐ ἅμα. ἅμα quidem adſpiratur: ſed non tanto flatu. & ſic in aliis. hinc ſaepe videtur fere conſonantis vim habere. inde Il. E. 7. Τοῖον οἱ πῦρ δαῖεν. inde Il. Z. 194. Καὶ μὲν οἱ λύκιοι, quam tu ad Hephaeſtionem p. 8. vocas inſolentem productionem, & lectorem hiantem deſtituis, alias cauſam dicti daturus, Sed ſic Theocr. XVII. 82. Τρεῖς μὲν οἱ πολίων. tu inſolens ergo ipſe. temere nimis quoque Barneſ. apud Homerum μὴν repoſuit: & recte eo nomine reprehenſus a Clarckio. vide Il. Γ. 195. Apoll. III. 137. χρύσεα μὲν οἱ. 683. ἄλλοτε μὲν οἱ ἐπ'. non negarim quidem aſpirationem in aliis vocibus aliquando eamdem producendi vim habere, ex. gr. in γάρ ὅγε Il. A. 342. & ſimilibus. ſed non eam, ut exempli gratia οὐ non mutetur in οὐχ, vel N ἐφελκυστικὸν negligatur. quare ex his liquet voculae οἱ peculiare quid in hiſce ineſſe. quaedam de vi adſpirationis in aliis vocibus habet Erud. G. Arnald. Animadv. C. VII. p. 39. videtur tamen aſpirationi non nimis facile ea vis tribuenda. & omnino nunquam ſaltem videntur emendationes inſtituen-

tuendae, quae hoc fulcro opus habeant. nedum ut putidiſſime particulas γὲ τε ubique intruderemus, ut paſſim infrunitus noſter Criticus facit. occurrit Il. X. 307. Τὸ οἱ ὑπὸ λιπαρῶν. ubi alii τὸῤῥοι, & vidimus id antiquis Grammaticis placuiſſe. Clarkius putat pronuntiatum quaſi τοwwοι. ſane ita τὸ facillime producitur. at ex. gr. in Il. E. Δαῖε οἱ ἐκ. ſi ibi etiam fingam pronunciatum Δαιεwwοι verſus claudicabit. nam habebimus Antibacchium — — ᴗ pro dactylo. quare ego me hinc nondum expedio. Digamma Aeolicum hic forte locum olim habuerit: quod non modo vocalibus, ubi aſper ſpiritus erat, ſed etiam ubi lenis erat praeponebatur. imo & in mediis vocibus ante vocales ponebatur; ut ΛαϝοκοϝωΝ. unde forte illud ἀϝυτο in Inſcript. Deliaca lucem acceperit. Priſcianus pag. 546. hujus ipſius vocis, Νέςορα ϝȣ̃ παιδὸς meminit. & mox addit, ϝ *digamma Aeolis eſt, quando in metris pro nihilo accipiebant.*

ϝ αμμες δ᾽ ϝ ειρήνεω. τὸ δ᾽ τ᾽ ἄρ᾽ θέτο μῶσα λιγαῖα.

in Cod. meo Priſciani ſic habetur ϝ. nec dubitandum quin apud Apollonium Dyſcolum ϝοι pro οἱ, minime pro μοὶ, occurrat. vide Sapphica Wolfii p. 20. Videtur autem doctiſſimus Bentlejus eam ſententiam fovere, ut Homeri carmina etiam his literis indigere arbitretur. id colligo ex loco ejus commentarii in Miltonum ad L. IV. vs. 887. ubi Homeri locum ſic exaratum video.

Νῦν ἄφρονι φωτὶ ϝέοικας.

qui utinam ſpem, quam de nova Homeri ἐκδόσει excitavit, expleat: & in his aliisque multa optimae frugis nos doceat: ex hujus viri enim unica pagina plus diſcere licet, quam ex omni charta, quam unquam

quam Pavus commaculavit & diſperdidit. nam ubi errat & audacior etiam eſt, docte errat & feliciter ſaepe audet. quamvis autem adſpirationis vim libenter agnoſcam: tamen non auſim ita confidenter pronuntiare cum Pavunculo ad L. IX. Calabri 443. in Οἱ δ' ἄρα Ἑλλήσποντον. *vocales ne quidem concurrere.* nam certe Quinti tempore, uti conjicio, aſpiratio pro litera amplius non habebatur, ideoque re vera concurrebant, licet ſpiritus hiatui mederetur. ideo quoque minime probavi quod L. V. 410. ſcriptum reliquerat χεῦε ὅτ'. nam in ὅτε & οἱ non eadem vis ſpiritus: id ex exemplis patet. ubi monſtravit toties ante ὅτε apoſtrophon, N ἐφελκυστικὸν & literam adſpiratam χ neglectam, in iſto loco non ſolum nimis diligentem fuiſſe Scaligerum & Rhodomannum dixerim, verum etiam erraſſe: ſed ſimul etiam Pavum nugatum, qui hic hiatum agnoſcit, & valde adfectate, ut ſolet, eum *non indecorum* praedicat. haec occaſione Proſodiae in γὰρ οἱ. quam vicies taedio cum magno tetigit Pavo, nec ſemel explicuit, & ignoravit apud omnes fere poëtas exſtare. id autem ex his commonſtratum reor, productae γὰρ voculae cauſam eſſe aſperrimum in οἱ ſpiritum, & aſperitatem literae P aliquid, non multum adjuvare. nam in μὲν, τοῖον, οὐ, δαῖς, βαρύθεσκε vim ſimilem adſpirationis in οἱ obſervavimus. unde colligitur ab hac voce οἱ, non a voce γὰρ productionem oriri. Quidquid ſit, res nota jam & certa γὰρ οἱ, μὲν οἱ, recte Spondeum reddere, & putide vicies tam ſicce id inculcaſſe Pavum.

En tibi Lector monſtroſiſſimorum in re metrica vitiorum ſeriem non modicam: nec tamen haec ſentina exhauſta eſt. earundem & aliarum ſpecierum quam plurima paſſim in ejus ſcriptis occurrunt ignorantiae & ſtupiditatis documenta. Sed haec ſufficiunt hoc in loco, ut arbitreris, quam idoneus homo

mo hic fuerit Hephaeſtioni illuſtrando, qui metricam veterum ſcientiam libello docto complexus fuit: quam aptus, qui poëtas edat: qui lyrici carminis leges conſtituat. Sane a renatis literis non crediderim hominem exſtitiſſe, qui hac in re tot abſurda tanta cum confidentia tradiderit. Sed jam ipſum Hephaeſtionem adgrediamur. At, quod commode incidit, promiſeram etiam oſtendere, quae ſit ejus peritia in poëſi, & in re metrica Latina. En pranſi parati ſumus. nam niſi ita eſſemus, Augiae hoc ſtabulum tangere non auderemus.

Si tibi ad manum Anacreon eſt ex corruptione Pavonis, eum inſpice p. 181. quae pagina cum 182. 183. inſumuntur in Arnobii & Clementis duobus locis, petitis ex Orphicis, miſere diſtorquendis & contaminandis. nam ipſa criſi nihil audacius, nihil inſcitius. quae porro adjicit in viros doctiſſimos ſunt injurioſiſſima: quos tamen ad verbum ibi compilat. cetera ſunt putidiſſima & obſcoeniſſima. ergo ita pro domeſtico ſuo faſtu ingreditur. „*Viſne aliud dum in his ſum. Quod Cupido & Iacchus, ut Dii juvenes, tangebant manu, ſi vetulum eſſet & decrepitum, ſtatim ipſo tactu fiebat vegetum & juvenile: ita* (certe ſi id concedimus, quod demonſtrandum erat. rurſus hic ut plerumque *principii petitio* in hiſce. Nam Apollo, ipſa Hebe etiam juvenes dii. cur illis ea vis non adſcribitur? imo nuſquam Cupidini & Baccho ea facultas adſcribitur niſi in cerebello hoc phantaſtico?) *ita nullo negotio illuſtrare poſſum celeberrimum illud fragmentum Orphicum, quod Graece apud Clementem Alexandrinum* (cur Ignavus loca non adſcripſit in Lectoris commodum? eſt in Cohort. ad Gentes p. 17. Edit. Potterianae. cur non meminit loci Euſebiani in Praep. Evang. II. c. 5. p. 42. Edit. Stephan.?) *La-*

ſive vera apud Arnobium exſtat (adverſ. Gent. L. V. p. 175.) *& omnes viros eruditos a renatis literis fruſtra torſit. videamus breviter. Graecum ita legendum eſt.* [edidi ut legitur apud Clementem]

Ὡς εἰποῦσα πέπλους (1) ἀνεσύρετο, δεῖξε δὲ πάντα
Σώματος οὐδὲ πρέποντα τύπον. παῖς δ' ἦεν Ἴακχος,
Χειρί τέ μιν (2) ῥίπτεσκε γελῶν Βαυβοῦς ὑπὸ κόλποις.
(3) Ἡ δ' ἐπεὶ οὖν (4) μείδησε θεὰ, μείδησ' ἐνὶ θυμῷ,
Δέξατο δ' αἰόλον ἄγγος, ἐν ᾧ κυκεὼν ἐνέκειτο.

putares multa hic emendari. imo tantum unica vox in verſiculo tertio. quippe nomen *Baubûs* corrumpit in adjectivum αὔους & proin κόλποις in κόλπους. *Nam peſſime ſic exſtat & αὔους minima mutatione elegantiſſime legit; κόλποι enim vetularum tales. legi etiam venuſte poſſet, βαιοὺς. ut exile illud contrarium denotaret* τοῦ βαθυκόλπου. (contrarium τῷ *largius illud*, quod *viſu non ingratum* in Thelxinoe pronuntiavit ad Ariſtaenetum).

Verba Clementis ex verſione Pavonis ſunt. *Sic locuta veſtem adtraxit, & oſtendit omnem corporis figuram minime venuſtam* : (imo indecentem: non ſine dedecore oſtendendam) *puer vero Iacchus aderat, manuque eam ſuccutiebat ridens ſub aridos & emaceratos ſinus: Quod, ubi vidit Dea, ex animo riſit, & accepit varium vas, in quo erat Cyceon.* pergit. *Attracta veſte adparuit pars illa corporis, qua mulier erat Baubo* (at homo qui hic mentionem facis Baubûs

(1) ἀνεσύρατο. Euſeb. & Clem. Ed. Morell. (2) ῥίπτασκε. Euſeb. (3) Pavus inepte Ἠδ'. (4) Salmaſ. in Plinian p. 528. εἴδησε. ſed ἰείδησε in prima Exercitt. Edit. videtur fuiſſe. has autem tres lectiones, duas ſaltem, Pavus ſibi vindicavit mentione nec Euſebii, nec Salmaſii ulla facta.

bûs, quam ex hoc carmine removiſti ipſe?) *non venuſta & decora, ut in virgine juvencula, ſed horrida & deformis, ut in anu decrepita eſſe ſolet* (ad inſpectionem loci, credo, aliquando miſſus fuit homo putidiſſimus) *hanc tamen blande tetigit Iacchus* (Venerandus Pavus juvenculam mallet) *adſtans, & anum ſub ſinu palmula* (blandule) *ſuccuſſit. quod cum videret Dea, mirata eſt in juvene* (modo puero), *& levato dolore riſum ei extorſit* (quis hanc ſtribiliginem intelligat! quo reſpicit illud *ei*. an *juveni* Baccho an *Bauboni?* quae balbuties! *quod* nimirum ſumit in prima periodo in accuſativo, in ſecunda ſubintelligit in nominativo.)

Ut autem haec Lector melius capiat. ex Euſebio & Arnobio patet Cererem in luctu fuiſſe, & noluiſſe potum a Baubone praebitum bibere: quod Baubo indignata, id fecit, quod tam enucleate a Pavone narratur: dea autem riſit & bibit. vides autem, Lector, ne verbum apud Clementem, neque etiam apud Euſebium fieri de iſta virtute Bacchi, qua tangens omnia juvenilia faciebat. nam κόλπους ἄνους, unde aliquid tale vi maxima extrahi poſſet, ipſe fabricatus Pavo. μὲν reſpicit τὸ τύπον. τὸ τύπον Ἴακχος γελῶν ῥίπτασκε ὑπὸ κόλποις Βαυβοῦς. vs. 4. compara cum Il. A. 596.)

Pergit. *Haec ſimpliciſſima eſt verborum ſententia. quam Enarratores ad mentem Orphicorum mox interpretamentis ſuis exornarunt paululum. Iſtam ſcilicet contrectationem & ſuccuſſionem Iacchi, qui in Theologia Orphica non erat alius ab ipſo Cupidine* (hoc non erat commonſtrandum ſcilicet! nam pueri ſciunt) *ita explicuerunt, ac ſi pars vetulae ea formam mutaſſet ſtatim, & ex decrepita facta fuiſſet juvenilis. Tangebat & ſuccutiebat partes illas aniles & deformes, quae ſic repente ipſo tactu & ſuccuſſione factae ſunt ju-*

venculae & venuſtae : id autem riſit Dea, & riſit non immerito : nihil enim re vera ridiculum magis, quam in anu emaciata & rugoſa unum illud juvenile & pubeſcens : (quale commentum! At quamquam omne talium rerum arbitrium lubenter Pavoni reliquerim, omnium tamen ridiculoſiſſimam rem ipſum Pavonem arbitror, qui his futilibus tam diu inmoratur, & novis figmentis ineptiora reddit) *Hoc facile & perſpicuum.* (quid: an figmenta tua! nam quicquid garris, fingis.) At „*eo pertinet antiqua verſio Latina, quam Arnobius non fecit; ſed ab ipſis Orphicis factam, ut major eſſet ejus auctoritas, ſtudio ſibi ſumſit.* (quanto modeſtius idem dixere Leopardus & Heinſius. „Arnobius qui verſus hos Latine fecit, aut ex aliquo, ut ego arbitror, poëta, qui Latine Orphica converterat, deprompſit.“ Heraldus & Salmaſius autem ab Arnobio ipſo verſa haec putant: & ſi ejus verba inſpicias, hoc potius innuunt. at Pavus, *non fecit*, αὐτὸς ἔφα.) Ergo ait Pavo occultam illam vim juventutis redonandae attactu, doceri in verſione horum apud Arnobium. En illam uti legitur in Editione Leydenſi.

Sic effata, ſinu veſtem contraxit ab imo,
Objecitque oculis formatas inguinibus res;
Quas cavâ ſuccutiens Baubo manu, nam puerilis
Ollis vultus erat, plaudit, contrectat amice.
Dum Dea defigens auguſti luminis orbes,
Triſtitias animi paulum mollita reponit:
Inde manu poclum ſumit, riſuque ſequenti
Perducit totum cyceonis laeta liquorem.

haecne, Lector, quidquam de Iacchi miraculoſo attactu continent? nihil. ne quidem de tactu. nam ut nunc verba jacent, Baubo ipſa iſtas partes plauſit & con-

contrectavit. At Pavus ait. „ *Quis enim manu propria corpuſculum ſuum tangens*, *illud* contrectare, *&* *quidem ita* contrectare amice *poſt* plauſum & ſuccuſſionem *dicitur umquam? nugae, nugae.* „ At id hic dicitur: hoc ſufficit. Stultus eſt, qui in nugis hiſce rationem ſanam quaerit. Et cur quis non diceretur plaudere, & contrectare amice corpus ſuum: etiam ſenſu non turpi? nedum ut haec Baubo, quae αἰδοῖα ἀναστέλλεται & ὑποδεικνύει τῇ θεῷ. ἡ δὲ τέρπεται τῇ ὄψει. quae Euſebii hujus rei narratio. in qua rurſus nihil de facto vel attactu Iacchi: quaſi illo in primis riſus excuſſus Cereri fuiſſet: quod ſomniat Noſter. In Graecis quidem de ſimplici tactu Iacchi fit mentio: ſed non de miraculoſo ejus effectu. At in Latinis non. ſed cur non fecit Arnobius contactus mentionem? Salmaſius duram, ſed tamen juſtam ſententiam dixit in Plinian. p. 528. *Arnobium mentem eorum non percepiſſe*, adſtruens ſententiam ſuam ex Arnobii verbis huic fragmento Orphico praemiſſis. nam παῖς δ' ἦεν Ἴακχος. *Puer venit Iacchus.* (Sic enim vertendum ἦεν) Arnobius reddidit per *nam puerilis ollis* (rebus) *vultus erat.* hoc apertum. & quot non loca a Patribus male intellecta paſſim ab hodiernis Criticis jure ſunt notata! quia autem, ut nunc habetur, turpiſſime peccaretur in legem Pediam (quod Heraldus, excuſare exemplo Tertulliani, qui ſimiliter offendit, conatur) optimo jure Heinſius legit

Quas cava ſuccutiens Baubûs manu'; nam puerilis.

& eo ducebat Βαυβοῦς in Graeco textu. & quî probabile in *manu* ita erratum, cum mox poëta, ſane in ceteris non peſſimus, mox *inde manu* bene adhibeat. Eliſa litera S *manu'* pro *manus* paſſim apud Lucretium & alios novimus. Et ſi habeamus haec Orphica ex

antiqua verſione, probabiliter circa iſta tempora facta fuerit. at quid jam heros noſter? non contentus Baubona ex Graeco carmine propulſaſſe: etiam e Latino exſulare jubet. quo facinore nemo Criticorum umquam deſignavit audacius. nempe ubi contextus a verſione & verſio a contextu confirmantur in vicem, ut utrumque & contextum & verſionem in eodem loco interpolare ſuſtineat. imo non contentus, quod verſiculus tertius ille deformatus ſit duobus vitiis proſodiacis, tertium & turpius adjicit, & ſic, ringentibus Muſis, *leviſſima medela*, quam vocat, inpudenter legit,

Quas cavā | concuti|ens Iăc|chus manū: | nam puerilis.

ille quidem ſcribit *Jacchus*, & addit, *id ſi diſſyllabum ſit, Spondeum, ſi triſyllabum, Amphimacrum cum ſyllaba praecedenti efficit.*" Sed an credis huic homini eſſe *ſanum ſinciput!* teſtor tuam fidem, Lector: legiſtine commenta ſtolidiora, audaciora! Quod in Graecis ignoravit in voce Ἴαμβος: hic in Latinis rurſus ignorat in *Iacchus*. an numquam legit

Inflatum heſterno venas, ut ſemper, Iaccho!

niſi ſtuporem hominis noviſſem, & ipſum heſterno Iaccho inflatum haec ſcripſiſſe crederem. nam licet aliquando haec litera I apud Latinos cum ſequenti vocali unam ſyllabam faciat: ut in *Julius:* imo in *Iambus* in Sulpicii Satyra vs. 5. quam licentiam ibi non probat Vinetus: defendit autem vir doctus in Miſcellaneis Vol. VI. T. II. p. 355. verſiculo Maroneo,

Julius a magno nomen demiſſus Iulo.

quin illud ipſum Iulus biſyllabice uſus Hor. Od. IV. 2.

Pindarum quisquis ſtudet aemulari
Jule, ceratis ope Daedalea.

quam-

quamquam A. Cuninghamius, dum viveret, mihi amiciſſimus, ibi ediderit, neſcio an non nimis curioſe, *Aemulari I-ule.* At quid faciemus Manilio L. V. 512. qui neque ut conſonantem, neque ut vocalem hanc literam in verſu hoc adhibuit

Gemmarumque Iulî *radiantes lucibus ignes.*

Scaliger putat Ĭuli feciſſe. quod tamen non magis veroſimile quam ῐάσων. de quo p. 364. at, qui meus eſt ſtupor, non animadverti Pavoñinum Creticum videmus ergo apud Latinos fieri aliquando: quod apud Graecos vix umquam obtinuit. Sed quamvis in *Iulus*, in *Iambus* ita uſu venerit, nonne eſt temerarii idem indiſcretim in aliis vocabulis tentare, & audaciſſimas emendationes, hoc figmento nixas, auctoribus obtrudere? quod hic ſtolidiſſime fecit Noſter. pergit autem, nam telam pertexere libet, & ita finem Capiti huic inponere: *Cum Baubo monſtraſſet res formatas inguinibus* (utinam has expliciuſſet enucleatius, nam *rem cibi* pro *cibo* novi: non *rem cibo.* an deeſt praepoſitio *ex* vel *in.* nam cum cetera tanta luce perfundat, & haec illuſtraſſe non dedecebat) *Iacchus eas cava manu concuſſit primum: dein plauſit & amice contrectavit* (putares Pavunculi animam, quondam incolam Iacchi, adhuc eſſe memorem ejus, quod olim fecit, ut Pythagorae olim anima reminiſcebatur, quod, dum in Euphorbo eſſet, fecerat.) *quia illis vultus erat juvenilis:* [atqui erat horridus & deformis, ut ſupra vidimus. ſed qui bene diſtinguit, bene docet] *Vultum juvenilem* ſcilicet *adſumſerant, ſimul ac manu Iacchi concuſſae erant.* [nam erras, Lector, ſi hic concuſſionem, plauſum & contrectationem rem eamdem ſimulque factam putas. non ita ſe res habet.] nam a concuſſione prima, *cum plauſu*

ſtatim exſiliit puer. (o ſtuporem! o cerebrum tortuoſum. ubi agitur de plauſu alio, quam quo Iacchus plauſit partes illas. neſcis quid ſit *plaudere equum manu. choreas plaudere. terram pede plaudere?* Si hoc neſcis inſpice Erud. Marklandum ad L. I. Statii Silv. IV. 37. ubi quoque vel pingitur hic vel ſcribitur, *exſiliiſſe* Iacchum? mehercule homo plane phrenetico morbo laborat. nota quoque *juvenilem vultum:* cum *puerilem* dicat auctor.) *& eas ſic transformatas amice tetigit. illud* nam puerilis ollis vultus erat. *rationem continet, quare poſt ſuccuſſionem partes mox amice contrectaverit Iacchus. & ita interponitur, ut ad ipſum* plaudit, contrectat amice *reſpiciat unice.*,,ſed quocunque haec verba ſpectant, nonne durum eſt ex illis velle elicere, iſtas partes, ut Pavo ait, ſubito *venuſtas & decoras, ut in juvencula virgine* fuiſſe factas: *quae modo ut in anu horridae & deformes* fuerant, & ideo lubentius Bacchum illas contrectaſſe? quaſi Iacchus jam in tenera aetate tantum in *Schola Cupidinis* profeciſſet, ut florem aeque bene harum rerum diſcernere poſſet, ac Pavo tam longa experientia edoctus. omnino ad Arnobii mentem indagandam mihi illud facere videtur, ut *rebus formatis* hunc *vultum puerilem* ineſſe credamus: & illas *res formatas* diverſas putemus ab loco, circa quem ſubito apparuerunt. verba σώματος οὐδὲ πρέποντα τύπον illud ipſum confirmant. nam non habetur σῶμα. ſed σώματος τύπος. ut *res formatae* in Latino. nota vocem σῶμα ea ſignificatione, qua Pavus ipſe hoc in loco, *quis enim manu propria corpuſculum ſuum*, dixit! uno verbo, vis, quid ſuſpicer: oſtenſum Cereri longe aliud quid puto: cujus adſpectu mollita riſit Ceres, & ad quod puer Iacchus, ut ad ludicrum, convolavit. hanc meam ſuſpicionem porro myſtice declaret, & interpretetur harum rerum unicus hierophanta, & Myſtagogus

ſtagogus Joannes de Paſſeribus. & ſic patet omnem illam occultam vim juventutis ipſo tactu reddendae numquam adſcriptam fuiſſe Iaccho: non magis quam Cupidini, quidquid Pavo tricetur & fingat. qui per me jam pro *Iacchus* reponat *Bacchus*, *ut ſic menſura verſus ſit certior* (quo homo delabi cogitur!) *& praeter ſuum inſtitutum explicet iſta, quae nemo eruditorum hactenus explicare potuit, & Salmaſius ità explicuit ſupremus, ut ſi eum ſequaris, bonus Arnobius, quem verſionis auctorem perperam cenſet, in Graecis fuerit puer & Pavoninum habuerit ſinciput.*

Operae autem pretium feceris, Lector, ſi Pavonis indolem cognoſcere velis, ut inſpicias quae de hoc loco Leopardus, Heinſius, Heraldus, Salmaſius, Potterus, cum maxime Cantuarienſis Archiepiſcopus digniſſimus, literis tradiderunt. nam cum argumentum tale erat, a verbis illi explicando aptis abſtinere non potuerunt, neque etiam neceſſe habuerunt, ſed vide qua modeſtia, quo pudore ſenſum Clementis Arnobiique explanatum dederint: e contrario quantum homo noſter in his luxurietur & quas delicias agat. Sane hic locus ſolus *infeliciſſimam* Pavonis *indolem* etiam hac in parte oſtendit.

CAPUT X.

Oſtenditur Pavonem de Hephaeſtione peſſime meritum fuiſſe.

Sectio I.

Bonorum auctorum ſcripta, quae nobis temporum lapſus, & ſeculorum aliquot barbaries reliqua fecerunt, identidem novis editionibus perpetuari,

& parabiliora reddi, non tantum rei literariae, verum etiam reipublicae intereſt quam maxime. E priſcis enim hiſce monumentis non ſolummodo omnis eruditio propagata fuit, in diesque nova incrementa capit, verum etiam principes diſciplinarum Jurisprudentia, Politice atque Theologia, ne de ceteris loquar, iisdem tantum debent, ut tum demum veram & ingenuam pulcritudinem recuperaſſe videantur, cum doctiſſimarum & liberrimarum quondam gentium, Romanas Graecasque dico, labores typorum ope in hominum manibus frequenter eſſe coeperunt. inſigni igitur & promerita gloria mactati fuerunt illi, qui ſaluberrimo huic inſtituto primi manus admoverunt. nec qui in eodem genere elaboravere, noſtrorum temporum eruditi, maligna experti fuerunt hominum omnis ordinis judicia. Atque illi quoniam inſtauratarum literarum gloria primis jure ceſſerat, effecerunt, ut auctae perpolitaeque eruditionis laus ſibi accepta referretur. in id enim incubuere, ut quae initio inemendata, partibus mutila, tenebris obfuſa prodiiſſent ſcripta, ſuo beneficio correctiora, integriora & intelligibiliora luci redonarentur. Ideoque non ſolummodo omni ingenii animique ope & contentione, ad ſibi eruditionis copiam comparandam, uſi fuerunt; verum in primis nulli labori, nullis inpenſis pepercerunt, quo adminicula vetuſtorum Codicum, vel doctas hominum recentiorum commentationes, e bibliothecis undique eruerent. perſuaſiſſimum quippe habebant, ſoli proprio ingenio, ſibi plerumque blandienti, plane lubricam eſſe fidem, nec uni homini quantumvis perſpicaci omnia eſſe pervia: certe ex antiquis membranis petita auxilia eſſe longe uberiora & certiora. hanc viam inſtitere omnes in omnibus gentibus, quibus effulſit humaniorum literarum renovatum jubar, eruditorum

ditorum principes, Itali, Hiſpani, Galli, Germani, Britanni, Belgae: hanc inſiſtunt hodie, qui exemplo horum ad privam, cum utilitate tamen publica conjunctam, adeoque veram graſſantur gloriam. fuerunt enim nonnulli, & reperiuntur hodie ejus generis nimium quoque multi, qui relicta hac optima ſtudiorum ratione, acuminis Critici, ſaepe profecto plane plumbei, ſaepe nimium ſecantis & ſpicati, ſolummodo oſtentandi cauſa, veteribus auctoribus manus injiciunt: qui rem literariam juvare an magis onerare dicendi ſint, mihi valde dubium videtur.

Ferendum id tamen in auctoribus, quorum uſus frequentior, quorumque ideo editiones crebrius iterari neceſſe habent. Sed ſcriptores, qui vix & ne vix quidem ſemel in ſeculo ſolent typis deſcribi, ſane non prodendi iterum ſunt, niſi inſtructi exornatique omnibus illis copiis, quas aut doctorum poſt tantam annorum intercapedinem induſtria hic illic ſenſim congeſſit, aut literariorum adminiculorum abundantia hodierna ſuppeditare poſſit. In his minime ſufficit, aliquot facultatis Criticae ambitioſas phaleras vel ipſi contextui vel in libri calce adpendiſſe: atque ita praecludere viam, ſi quis more majorum bona fide eundem auctorem emendatum, auctum, ſi licet, illuſtratum in publicos uſus edere ſatagat. Nam quis Bibliopolarum renovare avebit editionem parum neceſſarii auctoris, ſi ejus qualiacunque exemplaria abundanter proſtent? Quod ſi tamen aliquis felicioris ingenii, praecellentioriſque doctrinae dotibus eminens tale quid conetur, & hunc feremus: praecipue ſi non ſocordia vel ſuperbia cetera neglexerit, ſed ipſa rerum, temporum, locorumve difficultate aliis ſuppetiis carere coactus fuerit. quamvis etiam ſatius foret, ſub Suſpicionum, Emendationum, Variarum Lectionum vel ſimili titulo, talia

ſollertiae ſpecimina eruditorum judicio ſubjicere.

Quantum ab utriusque generis Interpretum ratione abierit Pavus, in reliqua harum diatribarum parte oſtendere nobis propoſuimus: ſimulque alios defectus in omnibus, quos adhuc typis iterum deſcribi curavit, auctoribus ſigillatim manifeſtos faciemus. Et in genere id affirmare non dubitamus, nullum ab ipſo fuiſſe in hunc diem emiſſum ſcriptorem, cui non egregias acceſſiones tam ad contextus emendationem, quam ad illuſtrationem adjici in promtu eſſet. Nam tantum abeſt, ut undique adminicula vel per ſe vel eruditorum benevolentia, & humanitate ad auctorem, cujus ἔκδοσιν meditetur, illuſtrandum adquirere conetur: ut etiam ante pedes poſita negligat: ut etiam oblata auxilia ſuperbus, & ſuis viribus confidens adſpernetur. vidimus exempla in capite hujus Vanni primo, in Phile, in Orpheo, in aliis. Et nullum auctorem edidit, quin & alii arrogantem ruſticitatem hominis experti fuerint. Ejus indoles dura & intractabilis efficere videtur, ut, cum ipſi ſit domi curtiſſima harum rerum ſupellex, aliquid in hoc genere aliis debere infra ſe arbitretur. Veriſſima eſſe, quae dico, egregio documento ſtatim commonſtrat primus ejus foetus in hoc genere Hephaeſtion. Quem Grammaticum poſt CLXXIII ab ultima editione annos iterum in lucem emiſſurus, quia ejus exemplaria ita rara erant facta, uti ait, ut *quidam manu ea deſcriberent*, nihil contulit ad novam ἔκδοσιν commendandam praeter horridam Criticarum notularum ſuarum ſterilitatem, & in ceteris omnibus κατὰ πόδα illam Turnebianam editionem expreſſit, quaſi nec a MStis, nec aliunde aliquid huic libello accedere poſt tantum temporis intervallum potuiſſet. Quod tantum a vero abhorret, ut paſſim viri docti mentionem fecerint Codd. unde & emendatiorem

tiorem & auctiorem hunc Metricum prodere licuiſſet.

Inſpiciatur modo J. A. Fabricii Bibliotheca Graeca Vol. VII. p. 16. ubi varia MSta enumerantur. ipſeque in Barbariniana Bibliotheca Romae obſervavi duos Codices, in quibus Longini Prolegomenis auctus hic libellus exſtaret. imo non unum exemplar adſervatur in Bibliotheca Veneta. in Gallicis Anglicisque Bibliothecis ſimilia reperiuntur. ſic in Catalogo Hohendorfiano P. III. p. 263. memoratur Codex inſignis cum aliis a viro docto collatus. Nonne ſeduli editoris officium fuerat quavis prece, quovis pretio exemplar horum ſibi comparare?

Plane e contrario opes etiam expoſitas neglexit. nam J. Hudſonus, imo J. A. Fabricius Bibl. Graec. Vol. IV, 446. iſta Prolegomena & Scholia in Hephaeſtionem ex parte publicaverunt, quorum tamen ille tantum obiter meminit p. 176. procul dubio in eorum notitiam tum primum ab amico deductus. quis alius non editionem novam Hephaeſtionis hisce ſpoliis exornaſſet! certe Hudſonus, quem Pavo praeter morem ſuum vocat, Virum de literis bene meritum, adjecturus videtur: cum ita ſcribat: *Quum haec quae adtuli*, Oxonienſis Bibliothecarius ait, *ut & alia, deſcripta ex eodem Cod. parum admodum diſcrepent ab inpreſſis Hephaeſtionis Scholiis, plura tibi dare ab inſtituto noſtro alienum viſum fuit. An a Longino ſint, illi disquirendum relinquimus, qui manum medicam Hephaeſtioni admoturus eſt: cuique ea, quae in ſcriniis noſtris ſuperſunt, bona fide reſervabimus.* An Pavus ullo modo de tota hac re ſollicitus vel minimum fuit? an conatus eſt ea adquirere, quae Vir ille, quem humaniſſimum Oxonii cognoviſſe mihi gratulor, editori Hephaeſtionis ſe ſervaturum promiſit? an ipſum, an heredes ejus ea de cauſa compellavit?

At Pavus Codices conſuleret ſcilicet! ne ipſas quidem editiones conſulere ſuſtinuit. At forte magno numero ſunt: forte aequant Ciceronianam, Virgilianam, vel Homericam copiam in hoc genere. imo, Lector, duae ſunt numero vel tres. ego autem arbitror eſſe modo duas. Nempe Turnebianam & Juntinam. re vera ex Fabricii Bibliotheca loco laudato Pavus citat Aldinam 1526. 8. ſed ut erraſſe reor diligentiſſimum Fabricium, ſic miror rurſus ſocordiam Noſtri: qui in rem inquirere non dignatus fuerit diligentius. nam mihi prae manibus eſt liber hic *Florentiae per haeredes Philippi Juntae Anno Domini* M. D. XXVI. *menſe Aprili CLE. Septi. Ponti. Maximo.* editus. ut omnino vero fiat ſimile hanc editionem eſſe primam & unicam ante Turnebianam. & in Bibl. Graecam *Ven. apud Aldum* M. D. XXVI. irrepſiſſe pro *Florentiae apud Juntam.* Imo ego crediderim, illum librum nunquam a Fabricio verſatum fuiſſe, ſed totam illam periodum deſumtam eſſe ex Geſneri Bibliotheca. Quod veritatis indagandae, non Viri de me, de literis immortaliter meriti cauſa vituperandi ſcribo. nam fieri non poteſt, ut omnia ipſi videamus. Verba Geſneri ſunt. *Hephaeſtionis enchiridion excuſum Venetiis* 1526. 8. *ex illo enchiridio deſumta epitome de novem Metris. Ariſtophani Graeco cum Commentariis impreſſis praefixa eſt.* ita in Edit. Geſneri 1545. at in Edit. 1583. etiam memoratur Edit. Turnebiana, cur non etiam Florentina, ſi diverſa a Venetiana?

Errorem Geſneri inde natum puto, quod Venet. 1525. (vide Bibl. Graecam Tom. VII. p. 15) prodierit libellus continens *Theodori Gazae Grammaticam, de menſibus, Georgii Legapeni Syntaxin. Em. Moſchopuli Syntaxin & περὶ προσῳδιῶν.* jam plane iidem proditi fuerunt anno ſequenti Florentiae, ſed

ad-

adjuncto Hephaeſtione. Miror autem Tom. IX. Bibl. Gr. p. 194. recenſeri hanc Juntinam Editionem *Theodori*, nec tamen ibi fieri mentionem Hephaeſtionis, cujus nomen tamen in ipſo titulo. forte duplex titulus fuerit. eſt autem mihi quoque Editio Theodorum Gazam, & Georgium Legapenum ſolos complexa. Flor. 1520. 8. Iſaacus Voſſius quoque Aldinam ignoraſſe videtur, ſed Florentinam conſuluiſſe mihi nunc minime dubium. vide p. Vanni 53. Sed id tamen in medio relinquatur. At vides ſaltem, Lector, rurſus e tam paucis Editionibus unam latuiſſe indiligentiae Noſtri. At cur non illam Juntinam cognovit & conſuluit? forte unicum ejus exemplar penes me eſt. incendio, alio caſu reliqua periere! minime gentium. Liber Florentinus reperiundus erat in ea ipſa urbe ubi ſcribebat Pavus. id didici ex Anacreonte p. 291. *Recte ea parte vitioſa lectio Editionis Juntinae, quam poſt excuſum Hephaeſtionem meum a Cl. Dukero habui.* Cur non habuiſti a Viro humaniſſimo ante excuſum tuum Hephaeſtionem, Ignaviſſime? cur vitioſam lectionem commemoras, Maligne? at multa loca ex eo libro rectius poſſe conſtitui, mox adparebit. Cur non conſuluiſti Edit. Turnebianam, quae in Leidenſi Theſauro exſtat, quae memoratur p. 265. illius Bibliothecae, & *cui multa adſcripta ſunt*? cur celeberrimum Angliae Ariſtarchum R. Bentlejum, qui ad Callimachum p. 313. & aliis locis ſe tribus Codicibus uſum ſcribit, cur virum illum humaniſſimum, alium ego certe expertus ſum nunquam, non adiiſti? ſi tergiverſaretur: poteras citare merita tua: poteras confiteri ſub iſtius Philargyrii Cantabrigienſis larva latuiſſe Trajectenſem Philargyrium. procul dubio poſt poculum amicitiae, ſtatim tradidiſſet non ſolummodo collationes, verum & multas emendationes;

tiones: caviſſetque, ne, ſi negaſſet, ſibi poſſet crimini olim dari ab aliquo, qui poſt obitum tuum, concinnaturus fuerit Elogium tuum. Elogium Pavunculi certe, quidquid fuerit, res fuerit feſtiviſſima. Cur non ſimilia alia congeſſiſti? Credendumne eſt te ſolo iſto ſtupido ingeniolo tuo plus Hephaeſtioni attuliſſe bonae frugis, quam ex hiſce omnibus colligere licuiſſet homini, cui non, ut tibi, pro corde foenum datum eſt? At ſpem egregiam foveo, Britannum aliquem doctum novam Ἔκδοσιν Hephaeſtionis moliturum brevi, qui quantum tu defuiſti ſtrenui Editoris partibus, eas eo abundantius expleturus ſit. ſi qua viro praeſtantiſſimo mea poſſit eſſe utilis opera, eam promtam ſibi paratamque eſſe confidat. quam omnes Eruditi exſpectent, ſi libellos a Pavone editos accuratius prodere velint. Nam mihi adparatus eam in rem eſſe reconditos, ex libello noſtro patet patebitque. nec enim omnibus promendis ſolus ſufficio.

Quid tamen praeſtitit? audiamus opellae ſuae jactatorem ipſum. dicit ergo *ſe κατὰ πόδα ſecutum Turnebianam, retentis ipſis paginis.* Eundem numerum video. ſed ſic ut ſaepe plura paucioraque in paginis ambarum editionum inveniantur. confer modo p. 17. 27. 35. 36. 59. 69. quod valde lectorem fatigat, cum Index ad paginas non modo, ſed & ad verſus Pariſienſis editionis ſit concinnatus, & praeterea Pavoninae notae ad eandem ſint accommodatae. vide p. 73. 74. in Notis p 174. deinde neque κατὰ πόδα ſecutus eſt, nam hic illic contextum mutavit, ut ipſe fatetur in indiculo variarum lectionum: quem uti indicem rerum etiam loco ſuo movit.

Secundum meritum Pavonis eſt, quod mutarit, quae *typothetarum Sphalmata erant aperta.* Quam hoc fecerit, patet ex eo loco aliiſque, quem tetigimus in

in Vanni p. 67. & tangemus. quot autem ſua ſocordia invexerit, colligitur ex indiculo ſatis ubere Erratorum. quem praecipua tamen parte callidus truncavit. nempe ſubticuit vocabula aliquando duo tria in una pagina in ipſo contextu omiſſa. vide p. 17. 18. 57. 75. quae loca in notis ſuis corrigit, & ita oculis lectorum ſubtrahit, culpam in typothetas derivans, cum ſit inertis correctoris, quo munere ipſe ſolet fungi Pavunculus, ut vidimus p. 98.

Addit ſe, *cum non pauca tam in contextu quam in Scholiis corrupta & loco mota eſſent, animadverſiones ſcripſiſſe, quibus ſingulis ita proſpectum eſt, ut facile nunc ab omnibus intelligi poſſint.* quam hoc falſum fuerit, ex recenſione noſtra manifeſtum fiet.

Denique etiam *addidiſſet Latina Graecis, ſed obſtitit libelli indoles.* at plurima aptiſſime Latine legi potuiſſent. nam Proſodiae aliae Graecae Latino ſermone ſcriptae ſunt! ſi quoque Apollonii Alexandrini Syntaxis potuit verti Latine, Hephaeſtionis Enchiridion metricum verti cur non potuerit? Quid ſi tamen verſum fuit, & id ne ſomniavit quidem homo hiſtoriae literariae ignorantiſſimus? qui e tribus editionibus Auctoris ſui, ſi tamen tres ſunt, duas non cognovit. Certe Hephaeſtionis Verſionem vidiſſe lucem Pariſiis 1632. 8. tradit Auctor Bibl. Librorum Novorum Nanceji 1726. p. 93. Cui cur fides non habeatur, nullam cauſam video, non enim Pavus nuncupatur.

Sunt plura alia quae in hac editione deſiderem: quae hic illic ubi occaſio fert, attingemus. ex. gr. ſi mei res arbitrii eſſet, Hephaeſtioni praemitterem vel ſubjungerem Ariſtidis Quintiliani Libri Primi de Muſica partem, a p. 43 ad finem libri ejus. continet enim concinnam, & Hephaeſtioneae methodo plane ſimilem, metricae doctrinae Epitomen: [quae ſi probe verti potuit, cur non uberior commentatio?] ut dubitari

non

non poſſit, quin hi Scriptores ſibi aliquid debeant. Quid quod non unus locus in Hephaeſtione hinc emenri potuiſſet. verum haec & Scholiaſtarum, & aliorum Grammaticorum loca fere omnia ignoravit. Sed in primis etiam nova quaedam nobis dicta vellem de ipſo auctore ejusque aetate. quin & de ipſa nominis ratione: quoniam plane diverſam, certe non ſine cauſa, hic a vulgari nomenclatura ſequi placuit Pavonidae. nam quoniam auctores jam explicat & commentatorem agit, τιτεχνολλαβικῶς appellandus videtur: non Pavo vel Pavus, ſed Pavonides. atqui non de Grammaticaſtri, ſed Grammatici nomine coeperam agere. quare antequam pergamus, diſcere cupio, quale ſit illud, quod literis giganteis in titulo lego

ΗΦΑΙΣΤΙΩΝΩΣ

Α Λ Ε Ξ Α Ν Δ Ρ Ε Ω Σ

Ε Γ Χ Ε Ι Ρ Ι Δ Ι Ο Ν.

An ſit adverbium *Vulcaniliter* ἡφαιστιωνῶς pro ἡφαιστιωνικῶς. Sed rationem Grammaticalem ſic quodammodo viderim: ſenſum autem non. an ſeparanda vocabula ἡφαιστίων ὡς. ut non ſit verus Hephaeſtion? non me expedio. tu, Pavonida, qui toties nodos ſolviſti, quos nemo eruditorum a renatis literis ſolvit, etiam hanc difficultatem nobis extricare valebis. nam te ita pro ἡφαιστίωνος ſcripſiſſe, & turpiter in ipſa libri fronte, in prima voce, in ipſo auctoris nomine erraſſe, nullus credo, neque ullus credet: qui ſciat, quam accuratus ſis, & quam in primis cures, ut ſi nihil aliud ſaltem Sphalmata typographica tuas editiones non deforment. & ſane

nulla

nulla fere quemquam morabuntur, ſi quis tuos libros memoriter legat: ut Monachi ſuum Miſſale ſolent: alioquin in tuis forte non minus quam in aliorum ſcriptis hic illic Lector attentus haerebit. quin, qua decet tamen modeſtia, paſſim ſcrupulos noſtros, inde natos, indicavimus jam. non quod tua aurea opera magis diligenter legimus quam alii, atque inde nobis unis omnium optime exploratum ſit, omnia eſſe inania, indocta, vitioſa, ſtolida & lectu plane indigna, ſed quia minus quam alii ſumus perſpicaces; ideoque facile offendimus.

Sectio II.

Ut magis de Hephaeſtione & re literaria mereamur, & ſimul adpareat, quam juſte ignaviae Pavonis iraſcamur, qui ante pedes poſitas opes ſpreverit, praecipuam Florentini libri variationem hic exhibebimus. Nam omnem diſcrepantiam hic ſiſtere, nec utile foret atque etiam difficile: quia uti a p. 76. uſque omnia Scholia deſunt, ſic ſequentia hinc Scholia ita ſunt permixta & confuſa, ut, niſi librum ante oculos habueris, confuſionem vix oratione indicare vel expedire poſſis. his autem variis Lectionibus admiſcebimus quaſdam alias, a Codd. petitas & a viro docto ad oram Edit. Pariſinae adſcriptas. Illas autem uncis [] includemus. quia autem modo apographum harum e Codd. petitarum penes me, deſcribenti, ſi quid erratum forte, non mihi id attribuas, Lector, velim. hic illic judicium noſtrum interponemus. Poſt hanc telam detextam, videbimus quid egregii in reliquis Pavoninae notulae ferant. Sequor recoctam Pavonino-Turnebianam editionem.

P. 1. [τὸ βραχυνόμενον. | ἰστέον ὅτι τὸ βραχυνόμενον]
[μὴ ἐπὶ τέλει | μὴ ἐπὶ τέλους]
[τὴν λεγομένην κοινὴν | τ. λ. κ. τὸ προσῆκον πλῆθος.

ἢ

ἢ μίαν τῶν καλεμένων διφθόγγων | ἢ μ. τὴν καλεμένην δίφθογγον. male.

[θῆς, θῶς, παῖς καὶ ναῦς | θ. θὼς recte. π. ν.]

καὶ ὃ ἐν τῇ ἑξῆς | κ. τ. τῇ ἑ.

τῦτο κατὰ πέντε τρόπες ἤτοι | τῦτο καὶ ἀεὶ ῥαδίως ἤ. utrumque ſic recipi poteſt. τῦτο κατὰ πέντε τρόπες καὶ ἀεὶ ῥαδίως.

P. 2. τίρυνς ἐδέ τι τεῖχος ἐπήρκεσε. | τίρυνς καὶ ἐκέτι τεῖχος ὑπήρκεσ. praeſtat ἐκέτι. videtur illud καὶ irrepſiſſe, quaſi diverſa exempla eſſent.

Καὶ, χάλκεῖος | καὶ κεῖνος. de hoc loco plura mox. eſt vero Alcmanos. quod ignoravit. mox χέρσ' | σέρσ'.

Ἅλς ἐπάγη ῥιπῇσιν ἑωσμένος ἠελίοιο. vellem ſcire quid Pavunculus fecerit de ἑωσμένος. procul dubio aliquod participium a verbo ignorabili. at quantivis pretii eſt lectio Florentina. ἕως μενος. lege ἕως μένος ἠελίοιο. centies ἴς, μένος ἠελίοιο occurrit. porro Flor. habet ἐπάγη. male. vertit Pavo *ſal concretus eſt*. at facile credimus concretum ipſi hic fuiſſe cerebrum: quod radiis editionis Florentinae opus habuit, antequam ſolveretur. Ἅλς ἐπάγη ῥιπῇσιν, ἕως μένος ἠελίοιο. ſic intellige. *mare* [Boreae] *impetu fuit concretum, donec vis ſolis illud ſolveret.* ſermo fuerit de Euxino Ponto. Odyſſ. K. vs. 160. Δὴ γάρ μιν ἔχεν μένος ἠελίοιο. in memoriam autem hic locus vocat duo verſiculos Arati, ubi ἴς ἠελίοιο & ἴς ἀνέμοιο reſtituendum ex Codd. in Phaenomenis vs. 286.

—— Αὐτὰρ ὅγε πρόπρος καὶ νειόθι μᾶλλον
Κέκλιται αἰγόκερως, ἵνα τρέπετ' ἠελίοιο.

Steph. ἵνα τροπαὶ ἠελίοιο. Scal. ἵνα τρέπετ' ἠελίοι' ἴς. Grotius. ἵνατ' ἴς τρέπετ' ἠελίοιο vel ἵνα ἴς τρέπετ' ἠελίοιο. Sed tres Codices ἴς in fine ponunt. antiquiſſimi habent ἠελίοιο ἴς. recentior ἠελίε ἴς. quid ſi legamus

ἠχ'

ἦχι τρέπετ' ἠελίου ἴς. verum etiam ſic ille verſus forte nondum ſanus: nam Codices & in aliis variant. ſed iſta nos nimis longe abducerent. rurſus haec vocula excidit vs. 427.

Βορέω ἢ ὑποτρέψει ἀνέμοιο.

ubi teſte Grotio, alii ὑποςρέψῃ. Codd. duo ὑποτρέψῃ, & unus recentior ἀνέμου ἴς. quod etiam confirmat Schol. qui τοῦ Βορέου ἡ δύναμις. quare miror Grotium nonproniorem fuiſſe in hanc lectionem. ait enim: *ſed an verbum ἴς hic addendum ſit, ut ſit ἀνεμοῖ ἴς, an ſubintelligendum, certi nihil habeo.* At ἀνέμοι & ἠέλιοι non ſunt unius aſſis. Quocirca ego nullus dubito, quin ἕως μένος ſit unice verum in Hephaeſtione. nam, ut ſerio de hoc participio ἑωσμένος loquamur, nullo modo hic locum habere poteſt. quid enim notabit *ſal concretus fuit, inpetu* propulſus *ſolis?* quare etiam callide ab hac parte abſtinuit, prima & faciliora vertens Pavo.

Ἕκτορ | ἕκτωρ. πρότερον | ᾱ. δεύτερον | β'. & ſic fere ſemper. [in Schol. poſt ὀχυρώτατος, ἀγλαώτατος. Schol. hoc ſequitur. ἰστέον ὅτι τὰ διὰ τοῦ ο καὶ ὄτατος, εἰ μὲν ἔχουσι τὴν πρὸ τοῦ ο συλλαβὴν βραχεῖαν, διὰ τοῦ ω γράφεται. βραχέα ὡς ἐπίπαν εἰσὶ πέντε α, ε, ι, ο, υ. εὑρισκομένων δὲ δύο συμφώνων ἐκτείνεται τὸ πρὸ τοῦ φωνῆεν. οἷον ἀβρότατος καὶ λαμπρότατος. ἐκτείνουσι γὰρ τὸ μ καὶ τὸ π καὶ πρ. ὁμοίως δὲ καὶ ἑνὸς τῶν διπλῶν εὑρισκομένου ἐκτείνεται. οἷον ἀψότερος, καὶ ἀξιότερος, ἀντὶ γὰρ δύο συμφώνων εἰσὶ διπλᾶ. certe ἀψότερος & ἀξιότερος corruptae voces]

[Τὰ δὲ σεσημειωμένα | τὰ καθ' ἕκαστον σεσημειωμένα τὰ καὶ διὰ τοῦ ὅτερος μικρὰ ποιοῦντα. εἰσὶ δὲ θ'.]

[Γρῖφος δύσπραγος | γρ. γυρὸς. δ.]

[Ἴφθιμος | ἰ. καλάρα] [λίτος | λιτὸς.]

[Πρᾶγος. π. πυρά. | πρ. π. πνίγος. Pavunculus conjecit πῦρ. inepte. ſed πνῖγος unice verum. dum

 autem

autem haec confero, multa dura inconſulto Pavoni imprecor, qui ſtatim in primis hiſce paginis omnia turbarit: ut nulla pagina ad amuſſim, nedum verſus reſpondeant Turnebianis.]

P. 3. [Σιμὸς, σ. σ.] σιμὸς, σῖλω. σ. συγὴ, στρατηγὸς. lege σιγή. vox στρατηγὸς huc nihil facit.]

[Sch. Διὰ τοῦ ὅτερος καὶ ὅταλος, additur διαλαμβάνει περὶ τούτων ὁ Δράκων [Δράκων] ἐν τῷ περὶ μέτρων πλατύτερον μετὰ πολλῆς ἄγαν τῆς ἀκριβείας, καὶ ὁ βουλόμενος ἐκεῖθεν σαφῶς εἴσεται. inſigne ſupplementum. Draco is memoratur Suidae, & liber ejus περὶ μέτρων. vide Kuſter. conſtat autem haec Scholia eſſe ſatis vetuſta: quia iis temporibus ſcripta, cum Draco hic adhuc in omnium manibus verſabatur. Illude, imo iraſcere homuncioni, qui neſcivit & neglexit talibus novam ἔκδοσιν ſuam locupletare. nam ſi mens ipſi non ſcaeva fuiſſet, ab his non multum diverſa facile offendiſſet.]

Ἐκ καὶ δεκαδῶρα πεφύκει] ultima voce caret Florent. ſed recte ἑκκαιδεκάδωρα. ut fuerat vel ſine libris corrigendum. accentus tamen male in καί.

[τοῦ κέρα ἐκ κεφαλῆς ἑκκαιδεκάδωρα πεφύκει.] inſerenda. κέρα, τὸ ρα μακρόν ἐστιν. ἀπὸ συναιρήσεως γινόμενον, μᾶλλον δὲ ἐκ κράσεως, ὡς γὰρ κρέας κρέατος καὶ κρέως, καὶ κρέατα, κρέαα καὶ κρέα. καί ἐστι τὸ κρέα τὸ α μακρόν. τὸ γὰρ δύο αα εἰς α μακρὸν κιρνᾶται. οὕτω καὶ τὸ κέρας λεγόμενον τοῦ κεράτος [κέρατος] καὶ κέραος, καὶ κέρως, τῷ κεράτι [κέρατι], καὶ κέραι, καὶ κέρᾳ, καὶ ἔστι τὸ ρα μακρὸν ἐκ κράσεως, διὰ τοῦτό ἐστι τὸ ρα μηκυνομένων [μηκυνόμενον]. Suſpicor forte poſt editum Hephaeſtionem ſimile adnotamentum in Pavonis manibus fuiſſe, unde ad Anacreontem pag. 6. anſam arripuit multa ineptiendi de voce κέρατα. quae legat, ſi quis ineptias amet. tandem ibi concludit, κερᾶτα ubique ſcribendum. *ut ſic nota contractionis adſit, & ſyllaba brevis a ſyllaba longa diſtinguatur rite. Eatenus enim accentuum non improbus eſt uſus:*

uſus: de quibus quid caeteroquin ſentiendum ſit, & viri eruditi ſentiant, non ignotum eſt Graece doctis. En γνήσιον Pavoniſmum. non audet ſententiam proloqui, & poſt carecta latet. centies autem κέρατα, κεράα, κεράατα, κεράων producuntur. cur; vix ſcire intereſt. inter cetera ait *audax ſane & durum. ſic tamen illi* (poëtae) *quibus conceſſa fuerunt alia non pauca.* at Anacreontas, Euripides, Oppianos, & quem non meliorum poëtarum, qui ita produxerunt hanc ſyllabam, vocabit inpune duros & audaces audaciſſimus & duriſſimus hic, imo plane ferreus homo Pavus! κέρα autem an ſit ſemper ultima longa dubito. certe γέρα pro γέρατα corripitur Il. B. 237.

Κοινὴ εἴγε | κ. συλλαβή. ἔ.

Ἐν τῇ Ἰωνικῷ ἀπ' ἀ. | ε. δ. ι. τῷ ἀ. ε.

Ἴκε | οἶκε. male. locus in Barneſ. Anacr. Ed. Od. 60.

P. 4. A. ὄνομα Σ. | deeſt ὄνομα. οὔτ' ἐλεγείαν | οὔτε εἰς ἔ. in Edit. Turneb. haec verba οὔτ' εἰς ἔπος, οὔτ' ἐλεγείαν expreſſa ſunt, quaſi pars carminis Sophoclei. recte Pavo monet non eſſe carmen. ſed caſu tamen in pedes poſſe haec redigi. εἰς, quod in Flor. jam oſtendit verſum non eſſe. at non debuerat ex inſtituto ſaltem ſuo in ſua editione haec mutare, qui tam religioſe alias ineptias ſervat.

Τοὔνομα | τὸ ὄ. ὅ Δ. | ὅδε Διόνυσος αὐτὸς ἐξόλη θείης. εἶθ' ἱ | εἴδ' ἱ. μέλε | μέλλε. mox in loco Theocriti Idyll. XI. 18. fuerunt quidam offenſi hac correptae Diphthongi licentia, quae tamen in τοῖος, τοιοῦτος, ποιῶ & ſimilibus apud omnes frequens. Ideo ibi pro ἄειδε τοιαῦτα. ſcripſere. τοιαῦτα ἄειδε. vel τοιαῦτ' ἤειδεν. peſſime utrumque.

Οὐδέ τι τοι . . αἰδοίας ὡς | οὐδέ τι τοι . . αἰδοίως. Χαμαιευνάδες. docet Hephaeſtion αι hic corripi. ſed addit. ἴσως διὰ τὸ φαντασίαν τινὰ παρέχειν τοῦ ἀπηρτίσθαι τὴν λέξιν ἐν τῷ χαμαί, ὡς μία ἡ χαμαὶ ἀκούεται. *forte quia ſpe-*

ſpeciem praebet vocem in χαμαὶ *eſſe perfectam : ut* χαμαὶ *intelligatur per ſe ſubſiſtere.* Sed video me vertere, quorum naturam a verſione alienam perhibuit Pavo. hic Florent. ἀπηρτιϛ. *ſecretam diremptam eſſe vocem in* χαμαί. quae tamen lectio non admitti poteſt. ita Ariſtides Quintilianus L. I. p. 52. Τομὴ δέ ἐστι μόριον μέτρου τὸ πρῶτον, ἐν ἑαυτῷ λόγον ἀπαρτίζον, ὥσπερ δύο πόδας εἰς ἀνόμοια μέρη διαιροῦν τὸ μέτρον. nullo, ut hoc obiter dicam, in loco Hephaeſtion definitionem τομῆς dedit, quantum ſuccurrit. eſt autem haec τομὴ, non illa quae *caeſura* Latinis eſt: ſed eſt pars integri verſus ſolemniori caeſura comprehenſa. vide p. 325. Vanni.

Τῇ μέν τοι γὲ διφθόγγῳ ἐὰν παρακολουθήσῃ τὸ τοιοῦτον, τελείως τραχὺς ὁ στίχος γίνεται. οἷον. Ἕκτορ υἱὲ Πριάμοιο. Pavo. *haec mendum ingenue profitentur : adde negationem quae excidit, & lege* τῇ μέν τοι γὲ διφθόγγῳ ἐὰν μὴ παρακολουθήσῃ τὸ τοιοῦτον, τελείως &c. *ſic recte ſequitur* ἕκτορ υἱὲ. *per diphthongos hic Hephaeſtion intellexit proprias, non inproprias : ſcis quid Grammatici de* υι *narrant.* " ſane Hephaeſtion alter Pavo fuerit: qui in ſtylo didactico, contortas, affectatas & vix intelligibiles locutiones plerumque adhibet, ſi ita ſcripſerit, ſignificare volens: *correptionem eſſe duriorem in diphthongo non propria quam in propria.* καταχρηστικῶς autem ita vocantur ᾳ, ῃ, ῳ, υι ſecundum Gazam & alios. Quanto ſatius fuiſſet, ut Florentinam Sibyllam conſuluiſſet, quae legendum reſpondiſſet. Τῇ μὲν υι διφθόγγῳ ἐὰν παρακολουθήσῃ τὸ τοιοῦτον. *at ſi diphthongo* υι *tale quid accidat, omnino iſte verſus aſper erit.* & ſano Critico ſtatim id in mentem veniſſet. Noſter amoribus cariſſimi ſui γὲ inplicitus haec perſpicere non potuit. lege itaque. Τῇ μέν τοι υι διφθόγγῳ ἐ. π. τ. τ.

[P. 5. in Schol. ἀσμυχρὸν. ι. τρ. α. | deſunt] [ἀρχελαΐδος | .. ίδης]

[O

[Ὁ διόνυσος | deſunt ſequentia Scholia.]

Δεύτερος ε. δ. ἢ ε. nota in Turneb. δεύτερός ἐστι. at Pavon. δεύτερος ἔστι contra omnem uſum.

Κεχαρισμένε | deeſt.

Τῶ πάσνης καὶ Ἄσνης α' | τ. Μάσνης. α'.

Ἀλλοτελογνώμοις ἐπιλήσμοσι μνησικακεῦσι. | ἀλλοτελογνώμης & ἐπιλήσμοσιν. ultimum certe male, quia hic oſtendere vult Hephaeſtion vocalem brevem non produci aliquando ante MN. vide Arnaldum.

P. 5. Εὔυμνος καὶ μουσικὰν ἔχοισα πᾶσαν φιλόλυρος
Ἠχή.

ita recte verſum conſtituit Pavo. ſed ante eum Canterus. porro male φιλόληρος Flor. haec ἠχὴ autem eſt *hymnus varius ad lyram cantatus*. Sed Arnaldus merito offenditur, quod Doriſmus neglecta ſit : an autem jure ſuſpectam habeat vocem dubito.

P. 6. Μνησάρχειος | . . ιος. κἂν | ἐὰν.

ἡρωικὸς ἐξ . . | abeſt. ſic tota pagina quae iſtius generis ſunt.

Ibid. Σκῆψιν μὲν χείρωνος ἐλήλυμεν ὡς ὑποθήκας.

Heliodorus dixerat, M parciſſime ceterarum liquidarum poſt mutam corripere ſyllabam in *Epicis*: ideoque contenderat a Cratino dictum ἐλήλυμεν pro ἐλήλυθμεν, quod pro ἐληλύθαμεν alias ponitur. eam opinionem refutat Hephaeſtion oſtendens primo exemplis vocum ex ipſo Cratino ἄκμων. ἀριθμητοὶ. τεκμαρτὸν in *hexametris* correptarum. dein & magis eum urguet, cum dicat in voce ἐλήλυμεν id non ſpectaſſe Cratinum, in *Epicis*, quia hac voce utuntur etiam in aliis metris, ut in trimetro hoc

Κύκνου (ſic) ἢ πρῶτα πρὸς δόμους ἐλήλυμεν.

quin hanc Syncopen & uſurpatam in aliis perſonis, ubi M locum habere non poterit, ut in hoc Trimetro Iambo.

Τοιοῦδε φωτὸς πρὸς δόμους ἐλήλυτε.

pro ἐληλύθατε. ad haec Sch. primo ait, ἐπιλαμβάνεται. *reprehendit* Heliodorum, *qui putat ſyllabam non eſſe communem ante* M *cum muta*. Mox autem in alia nota ad verſum. Σκῆψιν. συνηγορῶν Ἡλιοδώρῳ δῆθεν ταῦτά φησιν. quaſi dicat: *patrocinatus Heliodoro* ſcilicet *haec dixit*. nam re vera prima ſpecie hoc ad Heliodori ſententiam firmandam faciebat exemplum, niſi cetera argumenta in contrarium advocaſſet: quibus nempe patebat eum in aliis uſum poſitione debili ante M. & in aliis etiam metris, non Epicis ſolis occurrere ἐλήλυμεν & ἐλήλυτε. haec ſunt liquidiſſima. ad haec Pavo mirabundus exclamat. *Quid? an Heliodoro patrocinatus haec ſcribit Hephaeſtion? nugae, nugae. dicerem Scholiaſtam a male intellecto* πεποίηκε *miſere deceptum, niſi alia adeſſent, quae contrarium evincerent: errarunt, errarunt igitur ſcribarum fungi, & legendum, ut ipſe reliquerat Scholiaſtes*, κατηγορῶν (accuſans). *nihil certius. nec tamen dubito quin* πεποίηκε *bellatulis obfuerit*. Sed quid! an Scholiaſtes in metricum auctorem ſcribens, ignoravit, quod πεποίηκε *cecinit, verſificavit* ſignificet? quae deinde audacia contrariae plane ſententiae verba συνηγορεῖν & κατηγορεῖν permutari a fungo hoc Criticorum? nempe bellatulus ignoravit vocis δῆθεν vim. quae ſaepe notat πρόφασιν. *ſcilicet. ironice*. Id qui de Particulis ſcripſere, recte animadverterunt. ad quos Pavum ablego. illos autem non errare monſtrat Sophocles & ejus Schol. Trachin. 385.

— Τῆς ἐκείνης οὐδαμοῦ
Βλάστας ἐφώνει, δῆθεν οὐδὲν ἱστορῶν.

Schol.

Schol. προσποιούμενος μηδένα ἠρωτηκέναι μηδὲ ἐγνωκέναι. Et hic auctores Graecos edit! paulo ante, ubi habetur in contextu. ἀντὶ ἐληλύθαμεν, ille volebat ἐληλύθμεν vel ἐληλύθμεν καὶ ἐληλύθαμεν vel ἐλήλυθμεν, ἐληλύθαμεν. certe nihil mutarem, ſi ſic haberetur: ſed & lectio edita perſpicua ſatis. nam facile intelligitur ἐλήλυθμεν. quaſi ſcriptum eſſet ἀντὶ ἐληλύθαμεν, καὶ οὐκ ἐλήλυθμεν. male autem & contra mentem poëtae Flor. in utroque verſu ἐλήλυθμεν habet. vide Erud. Arnaldum, qui diverſa paulum ratione haec vindicat. Heliodoro re vera συνηγορεῖ Ariſtides Quintilianus L. I. p. 47. ubi vide M. Meibomium.

P. 6. τῷ μυρίαν l corrupte τὸ μηρίαν.

Ibid. ἔστιν ἄκμων καὶ σφῦρά νεανία εὔτειχι πώλῳ. νεανίᾳ ait in fine correctum, ſed & vocativum eſſe poſſe. Florent. habet quoque pro dativo. cui auſcultemus? velim autem explicet, cur tam fideliter ſecutus fuerit Turnebianum σφῦρά! ſed nec hoc ſolo vitio laborat verſus. nam valde dubito, an ultima in σφύρα corripiatur. legendum arbitror

Ἔστιν ἄκμων σφῦρά τε νεανίᾳ εὔτειχι πώλῳ.

locutio adhaeſit Cratino ex Odyſſ. Γ. 434.

Ἄκμονά τε σφῦράν τ', εὐποίητόν τε πυράγρην.

Arnaldus autem oſtendit πῶλον ſaepius *virginem*, quam *puerum* notare: maſculum genus hic enim praetulerat Pavo. mox πάλιν utroque loco abeſt in Flor. & alio illo. & in Flor. male κρήνεια διοσάφορα. audi doctiſſimam hic Pavonis notam. φορεῖν *hic eſt* habere. γομφίον φορεῖν *notiſſimum ex Ariſtophane: alia praeterea.* Scilicet Scapulam hoc exemplum habere ſtatim ſuſpicabar, ubi *notiſſimum* audii. me miſeret

aridiſſimi Pavonidae, cui nec unicus de ſuo locus in hanc ſententiam ſuppetat. fortean fallor. alia praeteriit. at ne credas, Lector; praeter haec duo loca, nulla novit. unde id adeo audacter aſſeverem, mihi haec notula ejusdem Pavonidae ad Ariſtaenetum p. 242. animum dedit. audi hanc etiam. θοιμάτιον ὅπερ ἂν τύχω φορῶν.] φέρων MERC. At Pavo, *Cave, credas: nam quid differunt iſta? an nimium videbatur* φορῶν *de veſte, ac ſi graviora ſibi requireret verbum?* [o ſubtilitas] *nugae, nugae: ipſe homo dicitur* γομφίον φορεῖν *apud Ariſtophanem* [loco jam nunc nemini cognito] κρήνιον φορεῖν *apud Cratinum.* [integrum Cratinum reperiit: nam alioquin laudaſſet Cratinum apud Hephaeſtionem:] *alia ad corpus ſuum pertinentia apud alios. ſunt haec aut debent ſaltem eſſe cuivis notiſſima"* en ſpecimen egregium copiae Pavoninae. quando iterum uſu venerit agere de verbo φορεῖν, tertius accedet Ariſtaeneti locus. Sic ſenſim opes accumulando creſcunt. Abominare tamen faſtum ſuperciliosi iſtius paedagogi, quo Mercerum, quoties ipſo doctiorem & meliorem virum! contemtim excipit.

ἦν οὐδὲν προσιδόντι. l ὧν οὐ. προσιδόντες nullo ſenſu.

P. 7. καὶ ἐν ᾱ. l abeſt καὶ. & Ἰαμβικὸς τρ. α. hic & infra. πρὸς δόμους l π. δόμον. male. fallor. per Pavoninam caeſuram verſus ſtabit. quem rogatum velim quid ſignificet τοιοῦ γ. cur monſtrum illud, cum tot alia domuerit in Turnebiana, etiam non fortiter ſuperarit: vel in τοιοῦδε mutarit! ut puer ſcribendum viderit & Flor. habet.

Τρίτος δὲ τρόπος κοινῆς συλλαβῆς, ὅταν l τρ. δέ ἐστι τρ. ὁ. λέξεως ἡ l λέξις ἡ. ποιητικῶν l abeſt.

[Δεύτερός ἐστι l haec Scholia loco alio poſita ſunt in MSto. nempe in fine hujus capitis poſt verba p. 8. καὶ τῆς λέξεως ληκτική. (λέγω δὴ ἡ μὲν) nam haec quatuor

tuor vocabula, uncis incluſa, ex Flor. & Cod. MSto huic capiti addenda. ἢ interponitur duobus exemplis οἵ δε μὲ & Ἀυλὰρ ἱ. θεός τε deeſt.

P. 8. Καὶ ante exemplum Νίσοιο. quod in hanc rem etiam adducit Priſcianus L. I. p. 563. Ἔξοχα πάντων deſunt. τοῦ ποδὸς τελευτῶν ἐ. l τ. π. τελευταῖαν. deeſt autem ἔληξε. αἱ γὰρ ἄλλαι, ὡς l αἱ γ. α. κοιναὶ, ὡς.

[Δὲ εἰσι τῆς l ἢ τῆς.] ληκτικὴ l adde λέγω δὴ ἡ μὲν. ex Flor. & Cod. MSto., ut monui. ἡ γὰρ δύο μακρῶ l deeſt δύο. ὡς τὸ οἷον l ſic Flor.

τῷ ἄφρονι φ. ε. l deſunt. & modo & mox vox πάλιν.

ἐπειδὴ δι' εἰς νῆα &c. l deeſt. at in Cod. ſolummodo vox δι' εἰς deeſt. καὶ πάλιν, ut dixi deſit.

πλέων ἐπὶ l hoc exemplum ſequitur poſt Νέα . . πόντῳ.

ἡ δύο βραχεῖαι εἰς μίαν μακρὰν l deſiderantur.

ἐν τῇ ἰλιάδι l non comparent. ἐν τῇ εἰς Ἀλκ. l ἐν τῇ πρὸς ἀλκ.

P. 9. ἐγχωρεῖν τοῦ l ἐγχ. τὸ τοῦ.

[Φησὶ γὰρ l ex Cod. adde Φησὶ γὰρ ἐν ἐκείνῃ οὕτως.]

[καὶ νῦν κλεινὰ l hic verſus ſequitur verſum οὐ γὰρ πῶς. certiſſime prave.

καὶ ἐν ἔπει l κ. ἔπη. κορίννη l κορίνη Ἡρωικὸς Ἐξ l recte abeſt.

Ὢχ' ἑκατόγχειρον καλέσας μάκρον ὄλυμπον l novit hunc verſum eſſe Il. A. 403. & loca ex Homero ope Indicis Seberiani ſatis feliciter indagat. docte igitur e collatione animadvertit apoſtrophon eſſe ponendam in ultima τοῦ καλέσας. felix ſane reſtitutio fuit pro ingenioli Pavunculani modulo. quod tamen in ea ita defixum fuit, ut duas alias mendas in hoc verſiculo tollere nequierit; & pro ὢχ' ſcribere ὦχ', ut apud Homerum legitur & hic in Flor. & accentum in ultimam τοῦ μακρὸν rejicere. Sed ita in Turnebiana. nec

haec igitur inter Sphalmata Typothetarum aperta, quae correcta eſſe jactavit, referenda.

εἰς μακρὸν ὄλυμπον l abſunt. & mox pars ultima verſus a voce ὀφόων non legitur.

ἐστὶ δ' ὅπου ἡ βραχεῖα ἡ κοινὴ ἀντὶ βραχείας παραλαμβάνεται. I pro κοινὴ in Flor. legitur μακρά. quae lectio videtur praeferenda hoc in capite, ubi agitur de συνεκφωνήσει. ſi ageretur de natura ſyllabarum, ultima in Δενδρέῳ & χρυσέῳ ante vocalem κοινὴ dici poſſet: vide p. 3. περὶ κοινῆς [utinam Hephaeſtion in capita diviſus eſſet & Scholia ſuis locis textui ſubſtrata?] ſed hic alia ratio. ſi tamen κοινὴ e Codd. bonis: id obtineat locum. rurſus autem ἢ ἐλίοσιο &c. non conſpiciuntur.

ὁ τροχαῖος [ſic] -υ l ὁ deeſt. porro etiam notae quantitatum nuſquam adponuntur.

κρηλικὸς l κρηλικός. Pavo. *ad calcem libelli recte corrigunt ἢ κρηλικός. nihil apertius.*" jam mihi dicat cauſam, cur vitioſa aperte lectio debuerit ſervari. non dabit aliam, quam ut notulae occaſionem ineptae haberet: & ita liber ſine utilitate lectoris creſceret, & aliquot Floreni amplius a miſero bibliopola extorquerentur. nam ſi tales notulae omiſſae eſſent, quinta pars philyrarum decreviſſet. Porro Voſſius dudum in Proſodia hunc locum correxit. quem librum utinam legiſſet intellexiſſetque. multa abſurda non protuliſſet.

P. 11. ἐπίτριτος τέταρτος l ordine inverſo Flor. mox a voce ὀκλόχρονος deficit textus.

[σπονδειακὴ ταυλοποδία l σπονδειακὴ ταυτὸ ποδία]

P. 12. Δακτυλικὸς ἀπ' ὧν &c. l non comparent etiam iſta. ita ſemper.

καῖται δακτύλων l κ. δακτυλικῶν.

P. 13. κλεινοτάτῳ l κλεινοτάτῳ. porro Pavo. *Nomen tibi notes: nam forma ejus praepoſtera id ſane me-*

meretur. Ἡρακλέης, ἀγακλεὴς, ἰσοκλέης" haec legens, mirabar, quis heroum vocatus eſſet Ἰσοκλέης; adjectivum noram ἰσοκλεὴς. quid! neſcitne igitur nomina propria in penultima accentum, adpellativa hujus generis habere in ultima! inſpiciat igitur Etym. M. in ἡρακλῆς. ſed id non volo. vellem ſcire, unde recte ſcribat ἀγακλεὴς, & male ἰσοκλέης. vis ſcire, Lector, in Scapula, quo conſultore ſemper utitur, in notis & ignotis, habetur recte ἀγακλεὴς, male vitio typothetae ἰσοκλέης. I nunc, Lexicophanes, & jacta te, ut in Menandreis feciſti p. 37. nobis occinens minime credulis jam: „ *ipſa citant Lexica Vulgata, quae hic praeter morem, ita vivam!* [utinam ſic diu vixiſſes, ut hoc praeter morem tuum] *obiter conſului: quia forte fortuna incidebat mihi vulgatiſſimum illud, cave canem.*" Puerafter ita adhuc Lexicis innititur, ut ne accentum quidem per ſe corrigere ſciat. Ibyci caedem grues, Pavonis furta accentus produnt.

Quod porro garrit de praepoſteritate vocis κλεήσιππος, & dicendum eſſe adfirmat ἱπποκλέης, omnem ſtultitiam poſt ſe relinquit, & egregium ſpecimen praebet, quid de ejus ſomniis *de Nominibus propriis* ſit expectandum. nam valde analogice & uſitate compoſitum hoc nomen κλῆσις, κλέησις. κληδὼν κλεηδών. κλήσιππος κλεήσιππος. ἥγησις ἡγήσιππος. σπεῦσις σπεύσιππος. ἡγησίστρατος. & paſſim modo hoc modo illud praemittitur ſubſtantivum. ἱπποκράτης, κράτιππος, στρατοκλῆς, κλεόστρατος, κλησίστρατος vel κλεησίστρατος. χαρικλῆς, κλεοχάρης. ἀριστοκλῆς κλεάριστος. ἄρχιππος. ἵππαρχος. πατροκλῆς. κλεοπάτρα. κλεόπατρος vel κλεοπάτηρ. quamvis hoc rarius occurrat.

ἐνταῦθα γὰρ σίππω ἀντὶ l. ε. γ. ὁ σίππω πὺς ἀ. & ſic in Cod. vel potius ὁ πὺς σίππω.

συλλαβῇ πλείονι l locum mutant vocabula.

[ἀπὸ πυοσάλω l ἀπυοσάλω. Mox ad Notas de hoc loco.]

κόρα

κόραι l κόρα. porro in margine alterius libri hae notae ad hunc verſum. υυ-lυυ-l-υ

[ἰςέον ἔν, ὅτι ἐὰν l ἰςέον ἐὰν]

P. 14. [Μῶσ' ἄγε l haec in MSto non ſunt hoc loco. neſcio an non collocentur poſt πόλεως μέγα p. 15.]

παννύχιοι. μέγα. γένεθ'. Flor.

P. 15. Mirare Pavoninum συνέχως. deſunt in Flor. πέλται χῶραι &c.

P. 15. [τὸ Ἰαμβικὸν μέτρον δ. l τ. ι. δ.] [μὲν τοῖς κ. l μ. κ.]

[Ἴαμβον παραλήγοντα l neſcio an hic non ἔχει alicubi in MSto exſtat]

[ἀκατάληκτα μὲν δίμετρα l α. μ. τρίμετρα.

P. 16. [Τρίμετρα δὲ, ὡς l τρίμετρα δὲ τὸ. l & aliud quid mutatur]

ἔςε ξένοισι μειλίχοις l ἔςαι ξενομειλίχοις. in Cod. quoque ἔςαι. καταληκτικὸν δὲ τρίμετρον l καταληκτικὰ δὲ τρίμετρα ὡς τ. κ. α. οἷον. in Cod. quoque οἷον.

[Ἰαμβικὸν τριμετρὸν ἀκαταληκτικὸν in MSto.]

τρίμετρον δὲ οἷον l ρίμετρα δὲ ὅ. τετραμετρον l τετράμετρα.

[ὅπερ τινὲς μὲν l ὅπερ τινες ἄλλοι.]

Φασὶν εὕρημα l εὕρημα Φασὶν εἶναι.

P. 17. ὅτε καὶ τραχύτερος γίνεται l Colaphum hic impingit Ariſtarcho Pavonides. nam praecedit τὸ χωλὸν! quare omnino legendum τραχύτερον. cum Florentina. ut praecedit ὅτε καὶ εὐπρεπές ἐςιν. nonne hoc egregium! nonne hoc ferulam meretur?

εἰς ἄκρον ἕλκων l ε. α. ἥκων. mox μέτρον male pro μέτρων. & ἐδέξατο ἀρχῇ. καὶ ὃ. τ. ι. μέτρῳ l abſunt.

Sequitur locus omnium conſideratione digniſſimus. & de quo judicium Lectori aequo relinquam. ego ſimpliciter factum narrabo. in Turnebiana exſtat. ὁ δὲ ἀνάπαιςος διαλελυμένην ποιεῖ τὴν Φράσιν διὰ τὸ ΤΡΙΣΗΜΟΝ. ἰαμβοποιοὶ μέντοι καὶ τραγῳδιοποιοὶ ὡς

μὴ

μὴ ὄντες τοιοῦτοι, ΟΥ συνεχῶς κέχρηνται. jam Pavus & ejus Corrector criſin hanc exercuere in duas voces majuſculis notatas: Criſin feliciſſimam, & quae in utraque voce confirmatur a libro Florentino. Nam Pavus conjectura legere jubet pro prima voce τετράσημον, ut in Flor. & Corrector ejus mira ἀγχινοίᾳ, item ad praeſcriptum Florent. Editionis omittit vocabulum οὐ, & exhibet τοιοῦτοι συνεχῶς κέχρηνται. Correctori tamen ad manum fuiſſe Florent. Edit. quomodo credibile eſt? at Pavonem jam tum hanc Sphingem domi ſuae aluiſſe, adhuc minus eſt credibile: nam ad Anacreontem dicit, ſe eum demum habuiſſe *poſt excuſum ſuum Hephaeſtionem.* mirum tamen de tam vicinis duobus vocabulis ad Editionis Florentinae praeſcriptum fuiſſe actum. An mentitur homo? an ludit lectorem technis & ſtrophis? ut verum quidem ſit, a Cl. Dukero non habuiſſe exemplar Florentinum, niſi poſt editum Hephaeſtionem, ſed tamen aliud exemplar ab alio jam antea habuerit vel ſibi compararit! fides enim Pavonis jam dudum apud me vacillat. in alio nihil tale ſuſpicarer. neſcio quid dicam. At quid tu dices, Lector, ſi longe turpius in ſimili plane cauſa in alio ſuo auctore egerit. Si ſexaginta & amplius lectiones, etiam vitioſas, tacite in contextum infarſerit ex aliqua editione, quam callide diſſimulat, cum tamen ſit ultima ejus libri editio. Sed forte putas me tibi fabulas narrare: vel hippocampos in aëre fingere, & ſuſpicionibus nimis indulgere. rem non exaggero. at ſi hoc probarim, aeque Lector, confiteberiſne de Pavonina fide plane eſſe actum, & nihil tam illiberale in literis facinus poſſe concipi, quod non in hunc hominem cadat. Quare age, licet aliquanto maturius quam ordo librorum Pavoninorum poſtulat, age ſtatim te convincam non dubitabilibus argumentis & documentis,

mentis, Pavonem ex editione, quam nusquam nominat, cum tamen ceteras nominat, plurimas lectiones in contextum ſuum tranſtuliſſe. In contextum, dico, Ariſtaeneti ex QUARTA editione, poſt mortem Merceri edita, *emendatiore & auctiore*, ut Titulus partim ex veritate jactat, ſexaginta, imo forte centum, mutationes plerumque in melius, quae in nulla alia editione occurrunt, invexit, ne in uno quidem loco admonens lectorem, unde illam variationem petierit. videor tibi forte ſomnia narrare. Sed vis, ſtatim decem pentadas exemplorum hic ſiſtam: an tribus quatuorve exemplis in praeſentia tibi ſatisfactum fuerit. & hoc quidem puto aequiſſimum. Ergo L. I. Ep. I. p. 6. in omnibus editionibus Sambuciana & Mercerianis ſic legitur bene. ἐπεὶ φύσει τὸ κάλλος ἐςὶν ἀπεριήφανον. Jam ille, qui ſe *tertiam* Merceri ſequi profeſſus eſt: qui *quartam* editionem ne obiter quidem uſquam nominat: ille etiam vitioſam ſcripturam ex hac *quarta* in ſuum textum intruſit; ſcripſit enim inſcitiſſime τὸ κάλλός ἐςιν. hoc non caſu factum: hoc dedita opera hinc tranſlatum. L.I. Ep. X. p. 69. omnes ἐπωνομάζει. unde quis ſuſpicetur ἐπωνόμαζε ſcriptum fuiſſe. *quarta* & Pavo ſoli. ἐπονομάζει. L.I. Ep. XI. p. 78. πᾶσαι μοι. omnes. *quarta* & Pav. πᾶσαί μοι. recte. at non potuit haec forte per ſe correxiſſe? Non. Pavo ex *quarta* profecit. nam ipſum novimus in accentibus ſemper caecutire. primum exemplum quoque hanc excuſationem non admittit. L. I. Ep. XII. p. 92. pro ἀυςήρως ex *quarta* ἀυςηρῶς repoſuit. at p. eadem habemus furem in manifeſto & ridiculo plagio. ibi edidit Pavo ὁ τοίνυν Πολυκλῆς, οὗ παιδὸς ᾐσχύνθη τὴν νόσον. ego mirabar illud ΟΥ παιδὸς, & a Poëta aliquo tranſlatum putabam. ut inſpexi editiones, inveni in omnibus Sambuc. & Mercer. tribus. ὁ παιδὸς. In *quarta* procul dubio

jam

jam haberi ſuſpicaris. non habetur. quo haec evadent, ſcire ardes. an ergo hanc ipſe fabricatus eſt; lectorem ne verbulo quidem admonens? neque hoc fecit. ſed accidit aliquid homini adeo ridiculum, ut neſciam an ulli ſimile quid umquam evenerit. Scias voculam τῦ in omnibus editionibus, excepta prima Merceri, ſic ſcribi ῦ. jam *quarta* illa editio, Pavonis ſacra anchora, deterioris eſt chartae, characteraſque multos detritos habet; inde caſu accidit, ut lineola literae τ perpendicularis fuerit extrita, & ita ſolummodo remanſerit transverſa lineola, quae cum inflexa aliquantum ſit, praebuit lippienti Pavunculo ſpeciem accentus circumflexi: at punctum aliquod reſtans lineolae perpendicularis, ipſi exhibuit ſpeciem aſpirationis, & ſic ſollerter procudit ὅτ iſtud memorabile. quid dicis, Lector? jam furem agnoſcis? omnibus autem & ſingulis oſtendere paratus ſum hunc meum librum, exhibitamque in eo ita illam literam. oſtendat Pavo alium fontem unde iſtud ῦ hauſerit. Hinc autem & alia mea ſuſpicio non leviter augetur, Pavoni hunc ipſum meum librum forte ad manum fuiſſe: nam in ejus margine multae emendationes Tollii & aliorum, quas Pavo profert ut ſuas: & quidem ita, ut non obſcura abactae praedae veſtigia exſtent. Nam illo libro per annum & dimidium carui: nec ſemel quoque deſcriptus fuit, dum ejus ego poſſeſſor fui. etiam antequam ipſe poſſederim dono Viri amici, potuit hic liber illi patuiſſe. illud autem me modo ſuſpicari ajo. nam etiam voci ῦ idem in Pavonina *quarta* potuit accidiſſe. quamvis aliud exemplar viderim, ubi illa vox ſatis perſpicua. Haec autem omnia cum concurrant: & praeterea jam conſtiterit, & porro conſtiturum ſit omnibus, hominem paſſim ſcriptos & editos labores, Scaligeri, Sylburgii, Urſini, & aliorum compilaſſe, nimis ſuſpicax mihi non videor, ſi dejerare nolim, Pavonem Florentina editione non jam

jam uſum fuiſſe, antequam a Cl. Dukero eam commodatam accepiſſet, eamque diſſimulaſſe, ut diſſimulavit *quartam* Ariſtaeneti: ut videretur bonas quasdam, ſed furtivas, Critica εὐστοχίας primus & ſolus inveniſſe emendationes. Nam dicat, unde habeat τοῦ παιδὸς, unde habeat καλλός ἐστιν. unde p. 106. pro ἑορτὴν poſuit, niſi inde ἑορτήν. unde denique, ne levioribus inhaereamus, unde ſumſit p. 114. καὶ κατέτρεψέ μου τὸ σῶμα. cum in omnibus editionibus καὶ κατέτρεφέ μου τὸ σῶμα legatur, excepta illa *quarta*, ubi κατέτρεψε. Non inquiro jam, an ſint vitioſae lectiones nec ne: qualeſcumque enim ſint, uti demonſtrant luculenter Pavonem fuiſſe tacite uſum *quarta* in Ariſtaeneto, ſic eundem Florentina in Hephaeſtione tacite uſum fuiſſe vero ſimile reddunt. Quid ais, Lector, ſatisne multis teſtibus turpiſſimorum furtorum crimine ſubdolus iſte Graeculus tibi convictus videtur? An plura & evidentiora adhuc deſideras teſtimonia? non arbitror, & tamen in ſequentibus etiam manifeſtiora dabuntur ſuo loco. Nam impetum principio ceperam ingens caput contexere, in quo omnia ejus furta omnium oculis uno intuitu expoſuiſſem. Sed habiturum minus taedii poſtea viſum fuit, ſi hic & illic ea tangerentur. ne, furis, abactoris, Caci, Autolyci & ſimilium Synonymorum ingratus te fatigaret ſtrepitus. & tamen ſcapha ſcapha vocanda eſt, & Pavo Plagiarius. qui, ne diſtorqueat verba mea, ſciat, me minime dubitare, quin Florentinae Edit. exemplar unum a Cl. Dukero acceperit poſt editionem ſuam abſolutam plane: ſed me ſuſpicari, ob modo memoratas cauſas, aliud exemplum dudum antea penes ipſum fuiſſe.

P. 18. καταληκτικὸν ἢ ὅτε ἐστὶ | ὅτε δέ ἐστι καταληκτικόν. [ληκύθιον οἷον τό | τὸ abeſt, & videtur ſequi ἐστι . . . τροχαϊκὸν δίμετρον.]

P. 19. *Ζεῦ πάτερ γάμον μὲν οὐκ ἐδασάμην.* hunc locum ſuperiori capiti inſerere debueram. Pavus enim quantitatem ignoravit vocis ἐδασάμην. nempe penultimam corripi, quae hic producenda. Recte vero animadvertit Cl. Arnaldus p. 119. Animadv. & docet egregie ἐδαισάμην legendum. ut apud Laërtium Δαισάμενος γὰρ γάμον. & omnino hanc emendationem vetus Cod. confirmat. homo quoque noſter eadem pagina falſo Bentlejum affirmat *perticam ſuam non conſuluiſſe*. nam recte abigit ſycophantias Pavonis laudatus Arnaldus eodem loco. qui merito neſcit, quid dicturus ſit de Pavunculo noſtro, qui *Amphoram vino plenam*, quae navibus trans mare vehitur, *mare tranſilire facit*. iſta locutio eſt certe plus quam *equeſtris*, ūt affectate alicubi Noſter loquitur.

ϛρατος | ὁ ϛρατος.

τοῦτο δὲ τὸ μέτρον | τοῦτο γὰρ τὸ τετράμετρον. etiam Cod. [παρατελευταίου. | παρατελεύτου.]

γενομένου | γενομένου. addit. οἷόν ἐϛι καὶ τό. [οἷον καὶ τὸ] Μιτροτίμω δ' αὖ τέ με χρὴ τῷ σκότῳ δικάζεσθαι. ſic Flor. pro δεῦτε Cod. δ' αὖ.

καὶ περ ὄντι | καίπερ γὰρ ὄντι Flor. & MSS.

ᾧ πρῶτος μὲν Ἀρχίλοχος κέχρηται. συζεύσας αὐτῷ δακτυλικὸν τετράμετρον οὕτως. ſic Flor. MSt. ᾧ μὲν πρῶτος Ἀρχ. & etiam in reliquis conſentit cum Flor. haec lectio praeferenda.

θάλλης. χρῶα. l ſic pag. 22. θάλλης pro θάλλεις. ſed recte χρόα.

αἰνεῖ θεός. ἐμμιτῶ * τῷ φυγαίχμα. ſic Flor. ſed Cod. quoque αἰνεῖ habet.

ἔδοξόν ἐϛι[ν] οἷον τουτὶ τοῦ Ἀνακρέοντος. recte Flor. & Cod.

P. 20. σπονδεῖος ἐγχωρεῖ οὐ λύσις ἐϛὶν ὁ ἀνάπαιστος | σπονδεῖ ἐγχωρεῖος. οὐ ὁμοίως λύσις ἐϛιν δάκτυλος. male. confuſio inde nata, quod ſequens periodus

 οὔτε

ὅτε ἐν τῷ . . . . ſic finitur ἓ ὁμοίως λύσις ἐ δάκτυλ☉. quae omnia deſunt, ſi excipias ultima, quae male coaluerunt cum prioribus.

ἄνδρας | ἄνδρες. Δημιεργὸς | deeſt. ἀποφανῶ | ultima ſyllaba deeſt. pro quo recte in Turneb. ἀποφανῶ.

ὡς προείρηται | non conſpicitur.

[τροχαικὸν † ἀμφω | hic interponuntur multa quae ſunt . . . .]

P. 21. ά. κρητικὸν | ά. κρ. ἤγεν ἀμφίμακρον. ſtultus ſuperius κριτικὸν ſervavit in textu.

[ἢ τὸ πενταμετρον ʒ | illud ʒ juſſu Cod. in Morboniam ablega.]

χαῖρε ά. | χαῖρ' ά.

[ἢ τὸ τετράμετρον εἰς | κ. τ. τετρ. καταληκτικόν]

ἐπωδοῖς οἷον. Flor. & Cod.

P. 22. [ὕςερον ʒ 'Α. | ὕςερον ʒ καὶ] [καὶ ὅλα | ὅλα] συνέθηκεν | συντέθεικεν. Velletne Pavus Florentino modo legere?

δεῦτε φ. | δηῦτε. Cod. δ' ἦυτε.

[ἐν ἐπωδῇ. | modo 'Αρχίλοχ☉ ἐν ἐπωδοῖς. ſic p. 65. οἱ ἐπῳδοί. horum igitur auctoritate & Codicis reponamus etiam hic ἐν ἐπωδῷ. niſi Pavunculus nos doceat, cur hic ἐπωδῇ in aliis ἐπωδὸς obtinere debeat. ita tamen video emendare p. 168. nempe nondum legerat tum p. 70. auctoris ſui. Vide Arnaldi Animadv. hic & p. 155.

["Αλκμαν | Α. οἷον]

αὐτὸ ʒ | αὐτῷ. Flor. & MSt.

[τῷ ἡρωικῷ] hic quoque multo plura ſunt in Scholiis vetuſtis.]

P. 23. παντως ἐνα | prima vox abeſt. κέλομαι | κέκλομαι. ἐπ' ὄνασιν | ἐπόνασιν.

Τίω σ', ὦ φίλε γαμβρὲ, καλῶς εἰκάσδω;
Ὄρπακι βραδινῷ σε μάλιςʼ ἐικάσδω

operae

operae pretium, ut audiamus Pavonis vocem, quo varientur paulo moduli. „ *Verſus hi videntur eſſe juncti.* (imo fuerunt. quis ſanus dubitet!) *cui bono igitur repetitum illud* εἰκάσδω! *dicam ſuſpicionem meam. ita perſonis diſtinguendi ſunt.* A. Τίω σ' ὦ φίλε γαμβρὲ. B. καλῶς εἰκάσδω. A. Ὀρπακι βραδινῷ σε μάλιστ' εἰκάσδω. *Si perſonarum diſtinctio placeat*, καλῶς εἰκάσδω *vertendum*, id facile conjicio, *ut diverſa ſit ſignificatio ejusdem verbi*, *quod comparo denotat poſtea.* „ Hic in carmine Lyrico: in fragmento Sapphus, ut putat J. Chriſtianus Wolfius p. 50. in Sapphicis: ut vero Scaliger arbitratur ad Catullum Carm. LVIII. alicujus Lyrici, habebimus diſtinctionem perſonarum tam intricatam. quis credat! deinde unum verbum duplicem, & coactam in uno loco habebit ſignificationem! ſed aliam etiam conjecturam proponit. „ *Aut legendum uno ductu* τινι σ' ὦ φίλε γαμβρὲ καλῶς εἰκάσδω; ὁ. βρ σ. μ. ε. *ex* τίνι *facile fieri poteſt* τίω." re vera, Pave, ſine miraculo ex τινὶ fiat τίω Sed, nugis relictis, omnino legendum per interrogationem, cui mox ipſe Poëta reſpondet. ſaepe ita Poëtae. initio Iliados.

> Τίς τ' ἄρ σφῶε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;
> Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός.

Catullus.

> *Quoi dono lepidum, novum libellum?*
> *Corneli, tibi. namque tu ſolebas*
> *Nugas eſſe aliquid putare Pavi.*

Miſellus autem ignoravit legendum eſſe τίω. quod Ionice & Poëtice idem cum τινὶ vel τίνι. vide, ſi dubitas, Lexicon Aem. Porti Ionicum. Heſych. τίω

τίνι & ſic optime hunc locum exhibuit magnus ille Scaliger, qui vel obiter hic illic plus de locis Hephaeſtionis & aliorum meruit, quam Pavus dedita opera. eum videto ad Catullum *in Nuptias Juliae & Manlii.* ubi etiam jam interrogatio adpoſita, quam igitur illi ſuffuratus eſt Pavo.

P. 23. Θυρωρῷ πόδες ἑπταθόργυιοι.
Τὰ δὲ σύμβολα πενταβόεια
Πίσυγγοι δὲ δέκ᾽ ἐξεπόνησαν.

Oſtiario ſunt pedes ſeptem ulnarum, calcei autem ex pellibus quinque boum, quos cerdones decem confecerunt. ut bene vertit J Chriſtian. Wolfius in Sapphicis p 50. ubi recte quoque conjecit Sapphus eſſe ex Verbis Demetrii Phalerei de Elocutione §. 168. p. 101. Ed Thomae Galei. Ἄλλως ᾗ σκώπτει τὸν ἀγροῖκον νυμφίον καὶ τὸν ΘΥΡΩΡΟΝ τὸν ἐν τοῖς γάμοις, εὐτελέστατα καὶ ἐν πεζοῖς ὀνόμασι μᾶλλον ἢ ἐν ποιητικοῖς. *Aliter autem irridet agreſtem ſponſum &* janitorem, *qui verſatur in nuptiis, potius pedeſtri ſermone quam Poëtico.*

Dupondius literator haec ignorans aniliter cogitavit de *aedis ſacrae cuſtode: de aedituo.* & ideo conjicit [nam ἑπταόργυιοι peccat in metrum] Θυρωρῷ πόδες ἑπτὰ θεωργοί. θεωργοί. *diis operati.* at quo miniſterio circa ſacra pedes functi fuerint neſcio. Sed tamen ſeptem pedes tribuuntur huic noſtro aedituo a Pavone. & venuſte quidem. imo venuſtiſſime Si Sphinx illum aedituum cum ſeptem pedibus aenigmati ſuo de animali quadrupede, bipede, tripede, inſeruiſſet, Oedipus non magis quam Davus illud explicuiſſet Nonne haec ſuavia ſuaviculi noſtri commenta! At ex numquam areſcente ineptiarum vena en aliud non minus fatuum figmentum. πόδες θοραιοι. *impetuoſi.* a θορεῖν. *ſalire.* ſed ſi Pavoninum θοραιός idem ſit cum

aliorum

aliorum θοραῖος, [& ſic puto, nam utroque modo ipſe ſcribit, quamvis bis θοραιὸς] ſignificabit idem quod θορικός. τὰ θορικὰ autem Scapulae ſunt in corpore, *partes ſeminales.* qui ita θοραῖος ex Nicandro laudat pro *ſeminalis.* in Theriacis vs. 586.

Ἠὲ καὶ ἐξ ἐλάφοιο ταμὼν πηρῖνα θοραίην.

Aut genitale etiam cervi reſcindere membrum.

Nonne ergo aptiſſime huic aedituo ſacrae aedis donantur *ſeptem pedes ſeminales?* Certe hoc Schema Elephantis ipſa ignoravit. O ridiculum Nuptiarum Aedituum cum ſeptem pedibus θοραίοις. *admiſſariis, ſeminalibus.* cedite paſſeres bene maſculi. Nam unica ſignificatio hujus vocis a θορὴ *genitura* eſt *genitalis.*

Et dubitamus adhuc Pavonem adſcribere ſtultis!

Arnaldus conjicit Ὀρθά τε γυῖα. Sed illam emendationem non admittunt illa, quae de hoc fragmento dixi: mallet tamen ipſe Vir Eruditiſſ. retinere ἑπταθόργυιοι. quod ſane unice verum, quod ad ſenſum. Florent. habet θυρόποδες ἑπταρόγυιοι. & p. 50. rurſus ἑπταβόγυιοι. de metatheſi cogitare durum. ἑρπαρόγυιοι vel ἑπταρόγρυιοι non placere poſſunt ἑπτόργυιοι verſus reſpuit. ἐννεόργυιοι facile apud Homerum quadriſyllabicum eſt, non hic. ῥέζω ἔρδω. καρδία κραδία parum juvant In ludicro Poëmatio, quid ſibi forte permiſerit Sappho, neſcimus. Sed en nondum licet ab hoc loco diſcedere: nam pag. 90. in Turnebiana Edit. legitur θηρωρῷ [non in Flor.], „*neſcio quid dicam plane ambiguum hoc: tu Lector, animo tuo morem gere. ſic pro januae cuſtode haberes illic ferae vel ferarum cuſtodem, qui noſtrum θεργοὶ minus certe amaret, ſed cum θοραιοὶ, itidem Noſtro conſpiraret mirum in modum. hoc certum, alia incerta*" Vides,

 ad

ad quas ineptias recidit prae ignorantia? θηρίον probarem, ſi ſemifero Noſtro homini adponeretur cuſtos.

Τά ἢ Σύμβολα [Pavo. Schol. p. 90. τὰ ἢ σάμβαλα. *per bene.* imo id reſtituendum erat.: σάμβαλα Flor. hic & p. 90. σάμαβλα. & πεντεβόειοι. hoc male. nam A ſaepe hic locum habet. in fragm. Hipponactis apud Tzetzen ad Lycophr. p. 96. σάμβαλα ſive σαμβάλισκα ſive σαμβάλικα. quod ultimum minus probem. Photius & Suidas. Σάμβαλα, ὑποδήματα. Nonnus Dionyſ. II. 56.

Ἀβρέκτοις μελέεσσιν ἀσάμβαλος ἵσατο νύμφη.

porro ἐξεπόνασαν. Flor. utroque loco. ut in Variis Lectt. & recte edidit Wolfius.

Τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον l καὶ deficit.

[ὦ τὸ δεύτερον Σαπφοῦς ὅλον γέγραπται. neſcio an totum illud deſit in MSto: an vero legatur ὅπερ σαπφοῦς. Mirare autem religionem Pavonis, qui accentum voci γεγραπται adpingere non auſus fuit, quia deeſt in Turneb.

P 24. Ἔρως l ἱερὸς δ' αὖτε μ' ὁ λυσιμελὴς δῶν εἰγλυκύπικρον. corrupte. niſi quod ἔρος ſcribendum inde pateat. ſimilis lectio Urſino quoque inventa eſt in Cod. quem in Farneſiana Bibl. vidit. vide eum p. 289. obſervavi ibi Cod. ſed mutilum. ἀπήχθετο l ἀπήγετο. quod nihil boni continere videtur.

[Φροντὶς l hic adſunt Scholia, quae paulo poſt ſequuntur.]

In Florentina hic novum caput Περὶ λογαοιδικῶν indicatur & ſic Scholia â voce τίω ad vocem ἀδιάφορος deberent ſubjungi verſui Φροντὶς &c. cetera autem a voce λογαοιδικὰ novae huic ſectioni ſubſterni ſecundum Cod.]

αὐτῶν

αὐτῶν ἀπηνημότατα l ἀ. ἀπηνημότατον. ſic quoque Cod. δακτύλοις l δακτύλους.

P. 25. ſic Flor. ἀκατάληκτον εἰς διοσύλλαβον, ὑπερκατάληκτον εἰς συλλαβὴν. ἀκατάληκτον, καταληκτικὸν εἰς διοσύλλαβον. καταληκτικὸν εἰς συλλαβήν. βραχυκατάληκτον ſed ultimam vocem male conjungit cum periodo ſequenti. Cod. in pleriſque conſentire conjicio.

πολλῷ αὐτῷ κεχρῆσθαι l hoc ordine.

Επίχαρμος l ſic hic totus locus. 'Επίχαρμος μνημονεύει ἐν λόγῳ καὶ λογίνα, οἱ [Cod ὁ] τὸς 'Ιάμβους καὶ ὁ ἄριστον ὢν [ſic Cod. quoque] πρῶτος εἰσηγήσασθαι ἀριστόξενος de loco & furtis & παραλογισμοῖς ibi commiſſis ad Notas agemus

Τίς ἀλαζονείαν l πλεῖσταν l vitioſe Flor T ἀλαζωνείαν. Errat autem Turnebus in dimenſione verſus. dimetiendum enim τῖς ἄλ-l ζόνει-ν, hoc emendavit Pavus, quem noſti minime verboſum, his tribus verbis." Sed illa vide apud ipſum Thraſonidae enim ineptias tranſcribere taedet. ſunt enim fere quinque verſus, cum non totidem verbis vel ſyllabis opus eſſet.

[εἰσὶν οἱ Λακωνικὸν καλοῦσι l ἐστι τὸ Λακωνικὸν καλούμενον.]

P 26. 'Οδυσσεῖας l 'Οδυσσεῦσι. male nam 'Οδυσσεῖς fuit titulus in diſtinctione verſus cum Florentina facit Pavus. quin autem ſequens verſus etiam ſit Cratini, & ex eodem loco petitus, non dubitandum videtur. Canterus tamen in hunc locum referre neglexit animadvertit autem Hephaeſtio Cratinum in fine verſus adhibuiſſe Spondeum pro Iambo πιθὰξ l χῆ pro υ-l- ſed poſſetne Cratinus concepiſſe πιθαρχῆ. ſuſpicionis loco iſtud eſto, & quidem quavis aura levioris, ut ſolent eſſe Pavunculinae Certe πειθανὸς & πιθανός. ἀπειθεῖν & ἀπιθεῖν paſſim ſcribuntur etiam in locis, ubi ſyllaba longa non habet locum in Ariſtophanis Nub. 690. contra legem metricam ita legitur

πειθόμενος pro πιθόμενος, ut recte emendavit Bentlejus. poſt autem hunc verſum plenior eſt Florentina his verbis. περὶ μὲν οὖν τῶν τετραμέτρων ταῦτα. ſed τὰ δὲ τριμέτρω Σ. ο. Ρ. ό. π. ε. deſunt. In Cod. autem poſt ἔγραψεν additur ὡς τό.

μέσα τοίχων | μέσα τοι ἔχων. Porro Pavunculus convaſare noluit exempla, ubi α in compoſitione pro ο venit, ut hic in Μεσατοίχων ſane potuiſſet. nam ſunt obvia paſſim. & in E. M neſcio quoties talium mentio fit. mihi crede ſemel, Lector, ſine teſte, quod ſemper Pavoni facere cogeris. dimetitur autem ille verſum duplici modo. primo loco caſu bene: ſecundo loco peſſime ſic

Ἰςί|α ἀ|γνὰ ἀπ' ἐυ|ξείνων | μεσατοί|χων.

nam verſus trimeter Anapaeſticus, deficiente ſyllaba, talis,

υυ—|υυ—||υυ—|υυ—||υυ—|—||

Jam pueri norunt: & ſupra id tetigi p. 323. Anapaeſticos verſus cujuscunque generis amare pedes diſſolutos: id eſt, ut ſinguli pedes ſingulis vocibus conſtent at non ſolummodo amant diſſolutos pedes, verum etiam vitioſum erit, ſi διποδίαι per caeſuram in trimetris miſceantur certe in dimetris, ſi prima & ſecunda διποδία ita inplicentur. in tetrametris, ſi prima & ſecunda, vel ſecunda & tertia ita copulentur. ex. gr. in Ariſtophanicis, ut in Veſp. 386.

Οὐδὲν|πείσῃ||μηδὲν|δείσῃς||ἀλλ' ὦ|βέλτι||στε καθί|ει.
Σαυτὸν|θαῤῥῶν||κἀπευ|ξάμενος||τοῖσι πατρῴοι||σι θεοῖ|σιν.
Ὦ Λύκε|δέσποτα||γείτων|ἥρως||σὺ γὰρ οἷς|περ ἐγὼ||κεχάρη|σαι.

ubi videmus διποδίας ſemper diſcretas. pedes aliquando inplicatos. ideo in dimetris apud Senecam & alios

ſecun-

ſecundus pes raro cohaeret tertio pedi: ut autem Ariſtophanici illi modo adpoſiti ſunt verſus Anapaeſtici tetrametri, deficiente ſyllaba, ſic hic verſus Simmiae eſt trimeter Anapaeſticus deficiente ſyllaba & turpiter errat, ut vides jam, ita pedes dividens, ut prima dipodia per caeſuram vel ſyllabam γνα inmiſceatur ſecundae Διποδίας. Nam perticam bene forte fortuna adhibuerat prius partiens

Ἰστιῶ | ἀγνᾶ || ἀπ' εὐ | ξεινῶν || μεσάτοι | χῶν—

Socordiam autem rurſus ſpecta, qua bis μεσάτοιχων ſcripſerit.

[τῷ μέτρῳ εἶναι | τ. μ. ε. οἷον.]
μέτρυ μόνον | μέτρυ μόνυ. τὕτο μόνον | αὐτὸ μ.

P. 27. μεγέθει | μεγέθη. ſaepe ita ει & η & οι & υ miſcentur in Flor. ut in omnibus libris: pro χαρίλας habet χαρίλας.

ἐφθημιμερὲς | ἐφθημιμερές ἐστιν.
ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ π. | ὡς ἔχει π. & ſic Cod.
ἐπὶ δύο μόνων | ε. μ. δ. mox πάλιν non comparet.
τῷ γὰρ ἀναπαιστικῷ | τῷ γὰρ non legitur in Flor.
ἐπέσυλο | ἐπέαστυλο. male. mox πνευχαϊκὸν
γίνεται γὰρ | γίνεται γάρ.

Λελυμένη. ὥσπερ | ante ὥσπερ nova ſectio inſcripta περὶ λογαοιδικῆς. In MSto vero poſt priorem vocem inſeruntur multa Scholia, quae hic non exſtant, ſed iſta quoque vetuſtate conſumta *. Porro ſcribitur in Turnebi Edit. ὥσπερ. . . . λῶ τι λογαοιδικὸν ὕτω, κἀν. Pavo, *diſtinctio male habet.* (poſt ὕτω) ſcribe ω. η. τ. λογαοιδικὸν, ὕτω. Vide religioſiſſimum hic Criticum, qui ne comma quidem audet loco movere in re manifeſta, niſi admonito lectore. At ineptiſſimum hominem rogatum

tum volo, cur in Ariſtaeneto L. I. Ep. X. p. 22. ubi in omnibus Editionibus legitur. *ὥσπερ ἡ χρυσόπολις ἡ πόα τῷ χρυσῷ μείρακι συνήπτετο προσφυῶς.* & quod vertitur etiam in Pavonina. *Quae veluti Chryſopolis herba aureo juveni native adjuncta adhaeret.* cur ibi, rogo, non admonito lectore, nec emendata verſione diſtinxerit, *ὥσπερ ἡ χρυσόπολις ἡ πόα τῷ χρυσῷ, ἡ μείρακι συνήπτετο προσφυῶς.* cur non verterit, ut verti debuerat? *Veluti Chryſopolis herba auro,* (Cydippe) *juveni Acontio tenaciter adhaerebat.* cur ibi in re ſaltem non magis certa tacite id mutat, quod hoc in loco minime dubitabili annotandum ducit. Ego & Pavo novimus cauſam. Lector ignorat. par tamen, ut ille etiam rurſus hoc facinus, licet leve in ſe, tamen illiberale & inpudentiſſimum cognoſcat. Scias igitur, aeque Lector, in Miſcellaneorum Amſtelaedamenſium Vol. I. T. III. p. 397. recenſitam fuiſſe illam Decimam Ariſtaeneti Epiſtolam: & me in notulis haec ſcripſiſſe: *in fine epiſtolae aqua mihi haeret . . . Herba Chryſopolis traditur adhaerere auro puro:* fugere adulteratum. *at hic traditur adhaerere non cuivis auro,* ſed aureo juveni, icunculae aureae. *vix ita rem ſe habere perſuadeor. locus diſtinctione juvandus. ὡ. ἡ. χ. ἡ. π. τ. χρυσῷ, μείρακι σ. πρ. ut herba Chryſopolis auro adhaeret tenaciter, adhaeſit vel conjuncta fuit juveni Acontio.* Me inpudens Cacus hic compilavit, uti in aliis quatuor vel quinque locis ejuſdem epiſtolae alia ſibi vindicavit, quae vel Britannis vel Batavis Editoribus debentur. an putavit armorum jure ſibi licere hoſtiles agros depraedari? hoc verum puto, & ideo omnibus Eruditis indixiſſe bellum, ut omnium, quod tam inpudenter facit, res agere & rapere ſibi liceret!

P. 28. [*ὑπερκατάληκτος εἰς συλλαβὴν | εἰς δισυλλαβὴν*] *Περὶ τοῦ χοριαμβικοῦ μέτρου* | ſecunda & quarta vox abſunt.

ſunt. In margine libri p. 29. ſive Pavoninae editionis 28. haec leguntur. „ [*quae hic in margine ſcripta ſunt p. 27 & 28. ab* ὥσπερ *ad* παραλαμβάνει. *exceptis iis, quae hic pono verbis* τὸ δ᾽ ἀπομειβόμενος *&c. quae poſt* Ἐννᾶ, *quod* lin. 6. p. 28. *exſtat, ſequuntur*]

τετραμέτρων | τετράμετρα. ἐπαινεῖ | ἐπαινεῖ.

Οὐκ ἔτος | οὐκ ἐτὸς. Pavus: *legendum* οὐκ ἐτὸς *ut alii jam monuerunt: non fruſtra.*" an nomina illorum & ſedem non una indicare potueras, Pave? fragmenta ſcilicet Ariſtophanis p. 14. de quibus bene meruere Scaliger, Canterus, Schottus, & Coddaeus: quae quo conſilio in ſua ἐκδόσει neglexerit doctiſſimus Kuſterus, non ſatis perſpicio. Ut Pavo, recte etiam Florent. diſtinguunt & Variae Lectt. porro Flor. κακοῖς male pro κακοῖσιν & λαμβανόμεθ᾽ pro λαμβανόμεθα.

P. 30. μοῖσαι | μοῦσαι. καὶ Ἰάμβυ | καὶ Ἴαμβον. ἀμφιαρέω | ἀμφιάρεω.

Οἶδα μὲν ἀρχαῖον τὸ δρῶν κοὐχὶ λέληθ᾽ ἐμαυτόν. ſic Flor. ſed Turn τ᾽ ἰδών. ſi vis ineptias legere, lege hic Pavoninas notas, in quibus haud paucis diſquiritur, quae lectio ſit rejicienda. tandem τὸ δρῶν, quae unice vera & a MSto firmatur, condemnatur ob gravem hanc cauſam: quia nempe *ἰδὼν Iambum exhibeat certum,* τὸ δρῶν *vero ambiguum.* nemo adhuc tam ſubtiliter omnia myſteria metrica rimatus fuerat. τὸ ante δρ poteſt produci, ſi opus eſſet, ideo minus aptum huic loco, ubi requiritur brevis ſyllaba. Vos, Logici, hoc argumentum in formam redigite.

ποίημα βάκχον | π. βέγχον & in Callimach. Fragm. Bentleji XXXVI. locum inhumanus Ocnus adſcribere non dignatus fuerat. Talia autem in ipſo contextu debuiſſent recipi. Veris lectionibus ille locus debetur, aperte falſis vix margo concedenda: & ſatis ſi in una alterave obſoleta editione exſtent. Cum tamen

tamen ſaepe judicium hominis labi poſſit, antiqui termini non facile movendi: niſi veritas ſit indubitabilis, quemadmodum in hoc loco nam de lectione Βράγχον dubitare quis ullo poſſet modo!

ἐξαμέτρῳ συνέθηκε l ἐξάμετρον σ.

P. 31. φερσεφόνη l περσεφόνη.

φίλικος l φίλισκος, γρ. ut p. 32. in διαφόροις γραφαῖς.

καινογραφῆς l καινογραφοῖς. Cod. καινογραφοῦς.

πρὸς ἡμᾶς l πρ. ὑμᾶς. Salmaſ. ad Alas Simmiae p. 185. ἐν τῷ ll. l ἔν τε τῷ.

λεύσσετε τὸν γᾶς τε βαρυστέρνου ἄνακτ' ἀκμωνίδαν ἀλλύδος ἑδρέσαντα. ſic Flor. Cod. βαθύστερνον & ἑδράσαντα. *nihil notius in hac literarum luce* ait noſter Joannes ὁ καπνίας, quaſi id non notum fuiſſet ante centum annos, quando haec emendavit Salmaſius?

P. 32. περὶ τοῦ ἀντισπαστικοῦ μέτρου. ſecunda & quarta vox deficiunt. εἰς τέτταρα l εἰς τὰ δ΄.

P. 33. ἐὰν γὰρ πως ἀναμίσχηται l ἐὰν γὰρ ἀναμίσχεται.

ἐστὶν γὰρ ὅτε l ἔστι δ' ὅτε. quam obviam formulam Pavo notet. alicubi enim ignoravit.

[πρότερος l πρωτος] διχμαικὸν l Flor. addit οἷον.

συμπττύκτοις l συμπύκτοις. centies ſic erratum. apud Sch. Ariſtoph. Nub. 563. alia lectio exſtat συμπτύσοις. vide Arnaldum.

τὸ ἐγχώρειον l τοῦ ἐγχώρειον. αὐτοῦ Γλύκωνος l αὐτοῦ τοῦ Γλ.

Κάπρος ἠνίχ' l pag. 62. lin. 30. καὶ πατρὸς ἠνίχ'. quod ibi corrupit Pavo. Flor. καὶ πρὸς ἡ. mox ὤλεσε. ut in variis lectionibus. ſtulte Pavo ὤλεσατε ſtare poſſe autumat.

θωμήσας l θυμιήσας. ſic Flor. in Variis Lectt. θυμήσας. Pavo. *id pro* θυμιάσας *vel* θυμιήσας. habemus igitur plagiarium apertum. vide Arnald. & ride audaculum, qui nobis perſuadere conatur κνίσσῃ & κνίδῃ & κνίζῃ idem eſſe. ei contingat κνίδῃ θωμίζεσθαι probe.

κα-

καλεῖται φαλαίκειον l ordine inverſo Flor. praeterea Codex in φαλαίκειον neſcio quid turbare videtur.

βαβάκτα γάλλων l βαβάκτα κῆλ. At in Cod. neſcio an vitioſe exſtet βαβάκταα an βαβάκα. vide p. 51. 52. 53 Vanni de incredibili ſtupore, quo circa haec verſatus Pavus. porro apud Lycophr. 642. occurrit

Καὶ πὶ μὲν ἀκτὰς ἐμβαθήσονται λεπρὰς.

ubi alii ἐμβατεύσοντας. uti Cl. Weſſelingius apud Libanium pro ἐμβατεῖ malebat ἐμβαλεῖν. Sed in hoc Lycophronis loco malim vulgatam ſervare. ἐμβατεῖν, uti Lexica notant, bis utitur Nicander Theriac. 144. & 803.

P. 34. οἷον τὸ Ἀλκαίου l ultimae duae voces non leguntur.

ἦλθες . . ἐλεφαντίναν l ἦλθεν . . . ἐλεφαντίναν.

[σχήματα l τρήματα]

κόλπω σ' ἐδέξατο l κόλπος ἐδέξατο. ἁγναὶ χάριτες κρόνῳ. diſputat rurſus valde ſubtiliter utrum κρόνῳ an κρένῳ an χρόνῳ legendum. Mox Flor. τικεθεῖμεν uno ductu. & Pavo mox ἀπὸ κλαὸς diviſim: nam in Turneb. ἀποκλαός. rectius.

παιδὶ αἴβρῃ l ποδὶ ἰαβρῇ.

ἐπὶ τὸ ἐξ ἑβδόμου l ἐπί τε ἐξ ἑβδομ. in Codice veteri haec deſunt.

τὸ ἴσον l τὸ ἴασον. πόθω l πύθω.

P. 35. ὅλον σαπφοῦς l σαπφοῦς ὅλον.

αἰγιόχου φασὶ τετιγμέναις. ſic Flor. & mox ἔρυθοι.

Αἶαν, τὸ ἄριστον πόδ' ἀχιλλέα l A τ. ἀριστόπαιδ' A. recte Portus ad Lyricos p. 182. πέδ' ἀχιλλέα. Pavoni ſuffecit laudare. *aliter Aemilius Portus, ut notum.* imo aliter Caſaub. ad Athenaeum XV. 15. quod futuro Athenaei commaculatori ignotum. vide quoque Arnaldum Animadv. p. 136.

P. 36.

P. 36. τὸ ἢ ἀπὸ | τὸ ἀπὸ. μὲν καθαρὸν | μὲν καὶ καθαρόν.

[τὰ τοιαῦτα, οἷς | τὰ ταῦτα ὁ.

χωρίαμβοι | additur οἷον.

ἡμῶν ἐψόφοισ'. ſic Flor.

πληρὴς μὲν ἐφαίνετ' ἁ σελάνα | ἐφαίνετο.

ἐσάθησαν | ἐλάτησαν. Horatius imitatur Ep. XV.

Nox erat & coelo ſplendebat luna ſereno.

Codex etiam φαίνεθ'. & recte ita Wolfius p. 72. adponatur hoc Pavunculi infantilibus peccatis. p. 68.

τετραβωλέτερ' | τετραβώλετες. ἐστὶ τὸ βραχυκατάληκτον. ſic Flor.

ἐξ ἓξ βραχειῶν | ἐκ βραχειῶν ἕξ. Flor. & Cod. addit praeterea οἷον Flor.

τετράμετρα ἢ | τετράμετρον ἢ ἀκατάληκτον. ambo teſtes confirmant.

P. 37. φασὶ Δία | φασὶν Δία. recte. vide quae diximus p. 328. habeo adſentientem Ariſtarchum ipſum. συνέθεσαν | συνετέθησαν. Flor. Cod. συνέθησαν. vitioſe. vulgata lectio praeſtat. ſequitur enim ἐπήγαγον.

μνασιδίκα | abeſt. & pro γυρήνω habetur γυεἴνω. neſcio quid Codex variet.

ἀσαροτέρα σοῦ δ' ἄμ' ἐπώρανεν σέθεν τυχοῖσα. ita Flor. Cod. ἀσαροτέρας. σ modo adhaeſit ſequenti voci οὐ. ſic tamen Urſinus. plura mox.

ματεῖσαι | μάτοισαν. Flor. Cod. μάτοισαι. Pavo corrigit ματεῦσαι. & ait eſſe infinitivum. at ματεῦσαι tum ſcribendum. talia non per incuriam, quod etiam vitium, ſed per ignorantiam peccat. porro ait, ματεύω erat etiam in uſu pro μαστεύω. at, homo, non *erat*, ſed *eſt* in uſu apud optimos ſcriptores. vide Soph. Oed. Tyr. 1171. 1182. Aeſchylum Choeph. 328. 892. ergo aeque in uſu eſt ac μαστεύω. Theocr. II 66 Heſych. ματηρεύειν. ματεύειν. ζητεῖν. imo ipſa Lexica ex

Homero

Homero habent. ſed non conſuluerat, alioquin notum fuiſſet ſi autem illa vox placet, potius in Imperativo Medii acciperem μάτευσαι. ſed haec incertiſſima. Mox p. 38.

Δέδυκε μὲν ἁ σελάνα * πληϊάδες, Flor.
Καὶ πλειάδες, μέσαι δὲ. * μέσαι δὲ, Flor. Steph.
Νύκτες. παρὰ δ' ἔρχεθ' ὥρα. * ἔρχεθ', Flor. Steph.
Ἐγὼ δὲ μόνα καθεύδω.

Urſinus edidit recte ἔρχεθ' & delevit ſemicolon poſt δὲ. quod etiam factum in variis Lectionibus Turneb. & Flor Faber quoque recte in Epiſtol. L. I. LXXVIII. Jam adponam notam Pavonis, & penes Lectorem ſit arbitrium, poſſitne inpudentior plagiarius inveniri. Sed non adponam integram: nam plures verſus habet, quam verbis indigebat." *Pro ἔρχεθ' legendum ἔρχεθ' ut in Fragmentis jam legitur vulgo.*" [vidit ergo Urſinum vel vidiſſe oportuerat vide p. 127. Vanni. ſed ſic quoque Steph. p. 44.] „*in verſu ſecundo lege πληϊάδες μέσαι δὲ.* [at ſic vides Florentinam editionem habere: quin ſic edidit Stephanus in Fragm. p 44.] „ *in Edit. Turnebi male poſt μέσαι δὲ comparet punctum.*" At taliane monenda, ubi jam in Flor apud Stephanum, apud Urſin. apud Fabr. & procul dubio apud alios ſic exſtabat? imo quod putidius, ad Indicem rurſus haec eadem opellae tenuiſſimae jactator habet. „ *Ita haec noſtra editio.*" O vere minutiarum pater! addit praeterea „ πληϊάδες pro πλειάδες *apud Homerum & Heſychium.*" at apud quem Heroicorum poëtarum & alios non! Apollonium, Heſiodum, Theocritum. imo paſſim in proſa apud Hippocratem, & alios Ionica Dialecto utentes. tantis ſtultitiis una pagina ſcatet.

P. 39.

P. 39. τὸ δὲ αἰπ' l τὸ αἰπ'.

τὸ καλύμενον l τὸ καλύμενον. ὥσπερ ἐν τοῖς l ὡ. ἐπὶ τ:

[σαπφοῖ δὲ l καὶ τῷδε σαπφοῖ]

ἐμὲ δειλὰν, ἐμὲ πασᾶν. κακοτάτων ποδ' ἔχοισαν.

πᾶσαν Flor. Turneb. πασᾶν. tuta via ivit Pavo. accentum omiſit. Flor. κακότητος & παῖδ'. Sed bene Arnaldus p. 137. πεδέχοισαν. modo ſimile vitium vidimus in ποδ' & παιδ' ἀχιλλέα. Pavus haec ſecurus praeteriit. ſed p. 67. rurſus eadem occurrunt. ubi πασᾶν habet accentus. ſed cetera eadem. nec muſſitat. Flor. hic κακοτάτων . . . παῖδ. hoc in Cod. & apud Fulv. Urſinum p. 104. apud quem etiam κακοτάταν. quod vitioſum hic genitivus enim hanc terminationem non admittit, quod ſcio. Pindarus certe Nem. VIII. 3. ἀμβροσιᾶν φιλοτάταν. Scis autem, cur hunc locum ita intactum reliquit? homo lividus noluit Bentlejum laudare, qui jam ad Horat. L. III. Od. XIII. & late & docte totum hunc Hephaeſtionis locum expoſuerat. inſpice eum & plura furta rurſus Pavonis deteges.

τόγε μὴν ξείνια l τό γε μὴν ξένια quae hic Pavus, non unius aſſis & leviora aridis foliis mutat τὸ in ὁ. at debemus eſſe cauti in his, quia locos integros non dedit Hephaeſtion, ut ipſe futilis Criticus admonet p. 144. ſequenti in verſu μιν non ſinit eſſe *longum* & *ineptiunt interpretes, qui ita ſentiunt:* ille adponit ſuum γε.

Ὀλέσαι. καὶ ποτέ μιν γ' ἐξέι χαλκῷ κεφαλάν.

& ita res in tuto locat. At legendum procul dubio

Ὀλέσαι καὶ | ποτιμεῖν ἐ | ξέϊ χαλκῷ | κεφαλάν.

Perdere & abſcindere acuto aere caput.

ſic

ſic ſenſus & verſus bene ſe habebit. rodat jam ſuum γε ineptulus Noſter.

ἱερεῦσιν | ἱέρευσι. male. vide p. 328. Vanni, ubi docui ultimas ſyllabas pedum non ſe poſſe in his & ſimilibus ſuſtinere ſine litera N.

P. 40. καθαρᾷ | καθά. γαλλαὶ | γαλαὶ μητρὸς ὀρχείησι. συνέθηκε | συνέτειχε. vide ad p. 22.

[τῶν ἢ τελμέτρων, τὸ μὲν ἀκαταλήκτον | abeſt ultima vox & additur ᾠδὰ τῇ σαπφοῖ]

προσδεξάμενον ὄναρ, Κυπρογενείᾳ | Flor. & Cod. προσελεξάμενον. ita edidere H. Stephanus & F. Urſinus, & Wolfius p. 16. & 293. ineptias hominis legas ipſe, Lector, ſi libet: me earum taedet. ideo enim aſpernari ſe nolle προσδεξάμενον ait, *quia hic diſerte habent libri.* at malum: *qui libri!* unicus Turnebianus ſcilicet. ſic eadem ratione omnes ejus lectiones adſpernari nolis, nam eas aperte habent *libri.* at ego lectionem προσελεξάμενον ajo habere re vera libros, Florent. & Cod. MStum. & homo hic non clauditur! At ſi, ut debebat, auxilia circumſpexiſſet, meliora in ſuam ſententiam adferre licuiſſet. Scilicet Flor. habet κυπρογένειαν. qui caſus deſideratur, ſi προσδεξάμενον retineatur, & verbis integer ſenſus inſit. cauſari quoque poſſet Δ lineola baſeos eraſa in Λ abiiſſe. qui error pronior quam ut Λ in Δ abeat. Sed haec incerta maneant. mox de dimenſione vocis Κυπρογένεια philoſophatur. Editio Turnebiana ſic metitur -υυ--. illam dimenſionem admittit metrum. Sed Hephaeſtion ſubjungit Sapphicis verſus Anacreontis, quorum ultimae voces ſunt οὐ γὰρ ἂν ἄλλη & οὐδ' ἅμα τῶνδε -υυ--. & quae proinde eodem modo notantur -υυ--. & idem tamen ait diverſo modo ἐσχηματίσθαι Sapphicos illos, & hos Anacreonticos. quod aperte falſum, ſi iſta dimetiendi ratione utamur. quare Noſter docet Κυπρογένεια ſcandendum. υυυ--

 Bene,

Bene. at qui toties ſuos auctores exagitat, hic merito caſtigaſſet Hephaeſtionem, quod adduxerit in exemplum locum ambiguum ex Sapphone. quin quem majori jure quis contenderit ſimilem eſſe Anacreontico quam diſſimilem. nam Κυπρογένεια paſſim producitur, ut apud Heſiodum Θ. 199.

Κυπρογενῆ ὅτ᾽ ἔγεντο πολυκλύστῳ ἐνὶ Κύπρῳ.

& centies. Sane ſi omnes Sapphus verſus hujus generis hac in ſede ita fuerint ambigui, ego non dubitarem vel contra centum Grammaticos, ut etiam aliquando pro auctoritate loquar & Pavonizem, decernere, Sapphica illa Anacreonticis eſſe gemella.

Ἀπό μοι θανεῖν γένοιτ᾽. οὐ γὰρ ἂν ἄλλη λύσις | ſic Flor. mox διονύσου.

Παρὰ δ᾽ ἦυτε | πυθόμαν ἢ | κατίδυν ἔ|ρωτα φεύγων.

Florent. & Turneb. Var. Lect. πυθόμανδρον. hic rurſus ſe plane rudem rei metricae monſtrat. Hephaeſtion hoc metrum dicit eſſe factum ſecundum characterem τῶν ἀνακλωμένων. Schol. p. 48. autem recte docet μέτρον ἀνακλώμενον dici, *quia in eo ſaepe deficiens tempus in pede aliquo reflectatur & compenſetur in ſequente pede.* id eſt quando ultima pars pedis tempore deficit, illud aliquando ſuppleri in prima parte ſequentis pedis: cum illa tempore uno abundet. exgr. in πολύολβον ἀφροδίταν. ita eſt menſura υυ-υ|-υ--| at jam βον debebat eſſe longum: Ἀφρ. autem breve. at τὸ Ἀφρ longum compenſat, quod in τῷ βον deficit. eodem modo in noſtro verſiculo κατίδυν ἔρωτα φεύγων. eſt dimenſio υυ-υ|-υ--. at debebat eſſe υυ--|υυ--. vides ergo in quinta ſyllaba ρω compenſatum defectum quartae ſyllabae ες. Jam Miſellus dubitat, cur referat

ferat noſtrum verſiculum ad *metra reflexa*, ad τὰ ἀνακλώμενα & ut Bentlejo obloquatur, qui hic recte πυθόμανδρον praetulit ad Horatium I. Od. 23. dicit „ *quo* Πυθόμανδρον *admiſſo, pedem amittimus, in quem* ἀνάκλασις *fieri poteſt.*" at dic, ſtupidiſſime bipedum, quid hoc ad rem? nam utrum putas eſſe ἀνακλώμενα dicta, quia re vera ἀνακλῶνται, an quia poſſunt ἀνακλᾶσθαι; ſi poëtae ita placuiſſet ſyllabarum tempora permutare, & inter ſe diſpertiri? prius verum. Et quae in his vocibus πυθόμαν δὲ | καλέδυνε | erit ἀνάκλασις? an prima in καλέδυν longa eſt. imo brevis eſt, ut debet eſſe: & δὲ brevis eſt, ut poteſt eſſe. hic nulli ἀνακλάσει locus. quin multum abeſt, ut legendo πυθόμανδρον amittamus vocem, in qua ἀνάκλασις fieri poſſit. imo ſic retinemus vocem, in qua re vera ἀνάκλασις fit. nam prima in hac non eſt brevis, ut putaſti, ſed longa eſt, quemadmodum in Πυθαγόρας, uti optime animadvertit Doctiſſ. Arnaldus: qui tuas inanias hinc jure abigit. ita in πυθόχρηστος. miror autem Strabonem L. IX. 642. ſcribere. πυθῶνα πόλιν ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι. ἐκτεταμένης δὲ τῆς πρώτης συλλαβῆς, ὡς ἐπὶ τοῦ ἀθανάτου, ἢ ἀκαμάτου, καὶ διακόνου. * nam omnia a πύθειν quod producit primam, venire clamant. etiam ibi ſcribendum πυθέσθαι, *audiviſſe.* non πύθεσθαι. *putrefieri.* alioquin manifeſte erravit Strabo. nam

πύθειν

* Illic errat Caſaub. cum exempla productae vocis Διὰ advocat ex Eurip. Medea 1355. nam ibi bene legitur διάξειν in Barneſ. quin ſi legatur Διάγειν, prima in ἄγειν producta dicenda eſſet: non ultima in Διά. In Theogn. 324. Κύρνε διαβολίῃ majorem ſpeciem habet. ſed re vera non producitur διὰ; ſed Iones dicebant procul dubio Διηβολίη. Dores iterum διαβολίαν, ſervata A longa. hoc mirum videtur; ſed verum eſt. ita εὐάνεμος producitur. ſic εὐάκοος. ſic & in Διάκονος. ſed tamen hanc vocem non ἀπὸ τοῦ κονεῖν, ſed ἀπὸ τοῦ ἀκονεῖν venire lubens dederim Lamberto Boſio in Diſſertat. de Etym. Graeca. p. 22.

πύθειν producitur ſua natura. vide Caſaubon. nihil hic intelligit Pavus, nihil. & nullo jure ſus hic Minervam, Pavus Bentlejum docere ſibi arrogat. porro παραπυθέσθαι ait plus eſſe quam πυθέσθαι. nam putat παρὰ ad πυθόμαι referendum Ego vero, ſi jam tale verbum daretur, quod adduxiſſe ex auctore oportebat, antequam nobis obtruderetur, ajo ſignificare minus quam πυθέσθαι: ut in centum ſimilibus. quam enim raro intendat vim verbi haec praepoſitio, norunt Graece docti & pueri decennes.

Τῷ δὲ καθαρῶς ἐφθημιμερεῖ | καθαρῷ Cod. & Flor. Pavus ἐπ' ἀμφότερα dormivit. mox inepte verſum proſae ſpecie exhibuit: cum certum ſit verſum facere

Σῐκε̆λο̄ς κο̄μ|ψο̆ς ᾰνη̄ρ.

Nam alia mutavit non magis certa, cur non hoc? at rationemne exigo ab ἀλόγῳ Stolone? codex diſtinguit bene & Florent.

P. 41. παιωνικὸν. Flor. ſemper fere errat in ſecunda ſyllaba exhibens ο μικρὸν. & haec ſic mutila habet. κρητικὸν, τὸ βακχειακὸν, ὁ καὶ α. mox interponit καὶ. καλεῖται δὲ καὶ ὑπ' α.

P. 42. Ἔγειρε Μῦσα, Κρητικὸν μέλος.

Pavus. „*pars major verſus Iambici.*“ at niſi ſuperba inertia obſtitiſſet, habuiſſet hic integrum Iambum ex Flor. & Cod.

Ἔγειρε δὴ νῦν Μῦσα· Κρητικὸν μέλος.

omiſſum hoc in aliis, quia in ſequenti verſu etiam Δή. Ὦ μακάριε Αὐτόμενες | deeſt verſus in Florent. hoc loco. en quo ordine illa exhibeat. ἀγαθῆς χθονός. κέχρηται δὲ αὐτῷ καὶ ἐν ἄλλοις δράμασιν ὁ Ἀριστοφάνης, καὶ ἐν

ἐν Σφηξὶν. ὦ μάκαρ' αὐτόμενες ὥς σε μακαρίζομεν, καὶ εὔπολις ἐν κόλαξι. Φημὶ ϡ βροτοῖσιν [male]. Porro Pavus adnotat. „ *Fl. Chriſtianus ad illam Veſparum ſtropham emendat κόλαξι. probabiliter admodum. plura forte ſuo loco* " at, homo importuniſſime, *ad illam ſtropham?* ad quam? an poëtarum loca hodie per ſtrophas indicamus? ais *probabiliter*. imo aeque certum id eſt atque certum eſt, hodie ineptiorem te hominem non literas tractare. addit, *forte ſuo loco plura*. ad Ariſtophanem, Tu plura! Muſae prohibeant, ne Comicum iſtum conſpurces, uti reliquos auctores tuos. & Muſae prohibebunt ſcio. vellem autem ſcire, quis ſit ille Vir, quem Kuſterus ad Suidam V. Λαῖμα, ſcribit nunc occupatum eſſe in emendando & illuſtrando Ariſtophane. Pavus forte hoc nobis facile dixerit. Veſparum locus eſt vs. 1266.

Καὶ κρητικὸς πολλάκις | κ. κρητικὸν π.

P. 43. ἐπελήδευσεν ἐν τοῖς | ἐπελήδευσε [ν] ἔν τισι. recte. νυμφᾶν | νυμφῶν. male. ſed adſcribamus verſiculos totos.

Μᾶτερ ὦ πότνια κλῦθι νυμφᾶν ἁβρᾶν,
Δωρὶ, κυμοκλύπων Ηρα. ἀλίων μυχῶν.

Salmaſ. ad Inſcript. pag. 207. correxerat ἥρων'. *O princeps: regina Dori, fluctiſonorum marinorum receſſuum.* at ἥρων@ *de regina femina* Pavoni *rus olet.* quem rogatum velim, an dentur *reginae maſculae.* Sed ſcias, Pave, hanc ſuſpicionem viri magni niti Florent. libro, in quo exſtat ἥρων. qui praeterea ſcis, an Salmaſius non putarit dici etiam ἡρῶνα vel ἡρώνη. Etym. ἥρων@ pro adjectivo habet ἥρων@ ὁ ἱερῶ-

ἐϱϕέσμιος. ſed puto hominem hic verum vidiſſe, ſi tamen ipſe vidit, nec aliunde furatus eſt ſuſpicionem, cum ipſi Doris dicta videatur Ἥϱα αἰλία, ut *Proſerpina*, *Juno Stygia*. perinde eſt a quo verum accipiamus, etiam a morionibus & Pavonibus. male Flor. una voce ſcribit Δωϱικυμοκλύπων.

P. 43. Σοὶ μὲν ἔυιππος ἔυπωλος, ἐγχέσπαλος
Δῶκεν αἰχμὰν ἐνυάλιος εὔσκοπόν γ' ἔχειν.

Flor. & MSt. ἔδωκεν. vitioſe. & ἔυσκοπον ἔχειν Flor. cui iraſcatur Pavo ob deletum ſuum γέ. nec immerito. & quid porro Noſter? *Haec nimis conſona ſunt. nam πῶλος eſt ἵππος: nihil notius.* γῆ εὔπωλος *occurrit alibi.* [ubi Pave? in Lexico Stephani pag. 465. Tom. III. εὔπωλος ὁ, ἡ. *terra quae facile vertitur: facile aratur.* at debuiſſes commonſtrare, εὔπωλος illud ſignificare perſpicue in aliquo auctore. nam tota iſta interpretatio eſt Grammaticorum, qui temere εὔπωλον ἴλιον. εὔπωλον Δαϱδανίην non voluerunt ſignificare *equeſtri re*, *equis praecellentem*, ſed *aratu facilem*. ſed donec locum oſtenderis in auctore, credemus εὔπωλος & ἱππόβοτος idem notare.] Sed quid addit! εὔπωλος eſt *quae facile vertitur terra. ergo Mars dicitur* εὔπωλος, *qui ſe facile vertit, ut ſic habeamus activam*, ait, σημασίαν *pro paſſiva*. hui! hui! delirat Miſellus. imo reſipiſcit. Nam ipſe ait, „*commentum* [ſtolidi Pavonis] *non placet*, *& locum habeo de vitio ſuſpectum.*“ Sed en recidivam patitur. „ *En forte Simmias ſcripſerat* ἔυιππος, εὔκωλος. κῶλα *membra.*“ at, indocte & audax Grammaticaſter, prius Auctores bonos lege & tum corrige, qui neſcis haec ipſa verba jungi a Sophocl. Oed. Col. vs. 742.

Αὔχημα μέγιστον,
Εὔιππον, εὔπωλον, εὐθάλασσον.

id eſt,

id eſt, *Maximam gloriam*, equorum pullorumque ubertatem *& maritimam potentiam*. Quo loco temeritatem tuam dudum caſtigavit de Graecitate longe aliter, & uberius meritus G. Arnaldus p. 142. Animadv. ſed pone plane ſimilem locum non occurrere! tune ἰσοδύναμα toties apud optimos conjuncta arrodes. tune mutabis, ῥυέσθαι καὶ φυλάσσειν. μάχη καὶ πόλεμος. πόλεμος καὶ νεῖκος. πόλεμος καὶ φύλοπις. αὐτή καὶ πτόλεμος. ὕστατα καὶ πύματα. πυκνοὶ καὶ ταμέες. *origo & cauſa: opes & divitiae. ſponte & ultro.* & centena talia, in quibus non majus diſcrimen, quam in hiſce: tune haec ſollicitabis? ubi praeterea exſtat Pavoninum illud εὔκωλος. ſed voces fingere tibi quotidianum. haec omnia in ura pagina delinquit: nec omnia nunc tangimus. notas ejus excutientes ulcera alia ſecabimus.

P. 43. ἀμφοτέρας τὰς | prior vox deeſt. pro λύσης habet λύσας.

παραλαμβάνειν | παραλαμβάνει. mox illa vox deeſt & ſcribitur παρατελεῖται.

φιλοφρόνως | φιλοφρόνω.

ἐπὶ τοῦ τετραμέτρου | ἐπὶ τῶν τετραμέτρων.

P. 44. μάργος δ' ἔρως οἷα παῖς δή. at διάφοροι γραφαὶ, ἴσως οἷα παίσδει ἀντὶ τοῦ παίζει. & ſic edidit Urſinus p. 65. idque firmat Florent. in quo οἷα παισδα. *qualia ludit, qualia deſignat, dum ludit, Cupido!* Antilogicus noſter nihil tale probat. ſed hoc perinde eſt. ſequitur ἄκρ' ἐπ' ἄνθη καβαίνων. *ſummos per flores deſcendens.* conjicit ἅβρ'. deerunt procul dubio, qui hoc ſomnium proditae lectioni praeferant: quamvis ille contrarium ominatur. praecipue cum locum Hom. Il. Υ. 227. revocarint in mentem.

Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέον, οὐδὲ κατέκλων.

mox docte animadvertit καβαίνων pro καταβαίνων. quis

tales

tales notulas non mille uno die effundat! Edidit Urſinus καμβαίνων, metro repugnante. & illa vox aliud notat, ſi ſana. de qua nos ſuo loco: ut Pavonizemus. Heſych. Καβαίνων, ut καβαίσι, καλαίβηθι. Λάκωνες. adpoſite. Alcman, Laco: ſaltem Doricus. Miror autem non vapulaſſe Urſinum, qui hos duos verſus in quatuor concidit, at forte non vidit, dicas, Lector, & fruſtra in aliis locis compilatum a Pavone Urſinum conjicis. nam haec ſibi adverſantur. ſic videretur. ſed haec non ſunt contraria in Pavone. nam an tu putas hunc pigerrimum hominem in ſingulis fragmentis laborioſe ſingula colluſtraſſe & contuliſſe! Hercule non noſti ſupinam hominis inertiam hoc non in aliis, hoc non in Calabro fecit: ubi plurima loca ex Aldina, haud nullius momenti, neglexit: quin ex Ariſtaeneti collatione Sambuciana plurimas gemmulas ne quidem animadvertit: at quanti laboris eſt Ariſtaenetum accurate cum una Editione committere! unde mirari deſine hoc in loco non inſpexiſſe videri Urſinum, alio in loco compilaſſe. Pergamus. nunc aliquid vere doctum ad hunc ipſum locum adnotat. *ἆ μή μοι θίγῃς τῷ κυπαιρίσκῳ.* „ *intelligas juncum, quem* κύπειρον *Gr. vocant, pro quo Dores* κύπαιρον. *res eſt nota ex Euſtathio*" re vera res eſt nota ex Euſtathio & Lexicographis omnibus. addidiſſes ſaltem p. 969. 1239. 1648. putat porro voces τῷ Κυπαιρίσκῳ non ad hanc periodum facere. ſed micat in tenebris. habet Flor. κυπαρίσκῳ. Urſinus edidit τῷ κυπαρίσσῳ. an Genit. Doricus hic habeat locum neſcio. Mihi autem longe probabiliſſimum fit, legendum eſſe ἆ μή μοι θίγῃς κυπασίσκῳ ſive κυπασσίσκῳ. κυπασσίς vel κυπασίς. Heſych. explicat. περίζωμα καὶ χιτῶνος εἶδος. Sed & Harpocration. eandem gloſſam habet & addit *virile* vel *muliebre* ſecundum quosdam eſſe *veſtimentum*. Sed unde vocem κυπασίσκος nanciſce-

ciſcemur? illam nobis ſubminiſtrat Hipponax, quem ibi laudat Valeſius, apud Tzetzen ad Lycoph. p. 96 ad verſum 855.

Δὶς χλαῖναν ἱππώνακτι καὶ κυπάσσισκον. —

ſibi ſervet igitur κυπαιρίσκον ſuum Pavunculus.

εὐρίσκεσθαι l οἷον. Flor. & Cod. addunt.

ἀλλ' ἀγνοήσειν l Pavo. „ *in hac Noſtra editione* ἀλλ' *pro* ἄλλ'. *excuſum eſt male.*" ne iraſcaris, mi Pave: operae tuae habent, quo ſe defendant: ſecutae fuerunt hoc in errore Florentinum contextum. rurſus caſu miro, ut antea voculam οὐκ omiſerunt ad ejus praeſcriptum. miror vero correctorem hoc non vidiſſe. an & illi Florentina Editio ad manum fuit?

Ibid. Ὁ Ταῦρος δ' ἔοικεν κυρίξειν τιν' ἀρχάν.

Flor. ἔοικε. male. in his N neceſſarium. & κορύξειν. Cod. κορύψειν. Varia Turnebi κυρίζειν. praeſens non adeo exaſciatum Pavoni videtur, homini exaſciatiſſimo. κυρίξειν vera lectio. vide Heſych. qui hunc locum ante oculos videtur habuiſſe. κυρίξειν ἢ κυρίσσειν. κέρασι μάχεσθαι. & κυρίσσει κερατίζει. τύπτει μετὰ τῆς κεφαλῆς. ἢ βοᾷ. & aliis locis. ſed κυρύσσω in nullo loco eſt. quid non Theocritus dixit loco notiſſimo Idyll. III. 5.

Τὸν Λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσεο, μή τυ κορύψῃ.

ubi alii Codd. κορύξῃ. quo modo & in Gellio exſtat L. IX. C. 9. Hippocr. Epiſt. ad Damag. p. 924. τὶς ταῦρος διὰ πλεονεξίην ἐκορύξατο. non miraris hominem, nihil horum curaſſe. κυρίξειν maneat. & ἀρχὰν pro quo tamen Flor. ἀρχήν. cujus vocis vim hic

Ff 5 noſter

noſter Palaemon ridicule explanat. τῶ μονοειδῶν καὶ ὁμοιοειδῶν l Flor. ὁμοειδῶν. & in MS. & Flor. vocula τῶ abeſt.

P. 45. [περὶ τῆς l deſit τῆς] Flor. περὶ τῶ καὶ ἀντιπάθειαν μιξέων.

[μὲν ὂν Σ l μὲν ὂν τὸ Σ.] οἷον addit Flor.

ποικιλόθρον' l Flor. ſine apoſtropho. Jovita Rapicius p. 40 b. de Numero Oratorio hoc carmen exhibet.

ἑξάσημον l ἑξάμετρον. craſſo errore. nam primus pes habere dicitur duos trochaicos: qui ſi puri trochaici ſunt, habent ſex tempora & ſunt ἑξάσημοι. quia vero ſecundus trochaicus poteſt eſſe ſpondeus, uti apud Horatium ſemper, ſi bene memini, eſt, habebit ſeptem tempora, ſive ἑπτάσημοι erunt hi duo trochaici, qui primam συζυγίαν conſtituunt.

P. 45. Ἀλλὰ τυιδ' ἔλθ' αἴποτε κατ' ἔρωτα.

Magiſter ſuperciliosſus. „*Voſſius.* τυίδ' ἔλθ'. *dubito, an ſatis bene propter Dialyſin, quae ex verſu hendecaſyllabo facit verſum dodecaſyllabon. ſed haec alias ſuo loco.*“ ſuo loco, dii boni! an Dionyſium Halicarnaſſenſem igitur edet: an poëtriarum novam ἔκδοσιν jam dudum paravit, & ideo ſuccenſuit Joann. Chriſtiano Wolfio, qui has partes occupavit? Quid autem dicit! *Voſſius* τυίδ'. at ignorax animal: non ita Voſſius ſolus ad Catull. p. 115. ſed antea Urſinus & Sylburgius bene ediderunt & explicuerunt. & hic Voſſio nulla debetur laus: imo ſic dudum Edit. Flor. Hephaeſt. & ſic in Hephaeſt. MSto legitur. Et quid tu garris de Dialyſi: hic συνίζησις vel συνεκφώνησις locum habet.

καὶ ἔρωτα l καὶ ἔρωτα. Pav. „*apage, apage ineptias. per bene Voſſius* καἰέρωτα.“ Ut criſtam tollit, quaſi ipſe facinus patraſſet egregium, cum alienam emendationem

dationem adprobat. obiter animadverterim in Oda illa neſcio qua de cauſa edi vs. 13.

Αἶψ' ἀλλ' ἐξίκοντο.

quale Sapphicum nemo oculis conſpexit. vel ut in notis Voſſianis: αἶψα ἀλλ' ἐξίκοντο. quod aliquantum pejus. porro illa βαβα &c. adſunt in Flor. & Cod. ſed ita interturbata, ut deſcribere inutile fuerit. iis ſe delectet βαβάζων Pavo.

P. 46. καλεῖται l οἷον accedit.

ὁ μέδων l ὅς μεδεῖς. Flor. Cod. μέδεις.

τέταρτον πενταςύλλαβον χοριαμβικὸν l duo priora vocabula abſunt, & pro tertio exſtat διχοριαμβικὸν. non bene.

Mox in τῷ δακτυλικῷ articulus deeſt, & in οἷόν ἐςι τὸ τοιοῦτον. ultima vox.

ἀντιςαςικὸν l ἀναπαιςικὸν. peſſime.

λατοῖ l additur index novae ſectionis περὶ ἰωνικοῦ.

[ἰωνικὸν l neſcio quid hic differt Cod. mox ἀπὸ μείζονος non leguntur.]

ἢ δευτέραν π. l ἢ ἡ δευτέραν π. additur mox οἷον.

Ὦναξ Ἄπολλον, παῖ μεγάλω Διός,
Μέλαγχρος αἰδὼς ἄξιος ἐς πόλιν.

ὦναξ l Ἄναξ. utrumque recipit verſus. ergo praeſtat edita lectio. vide Miſcell. Vol. I. T. II. p. 444. mox Μεγάλω male in μεγάλοιο abiit. mox εἰς pro ἐς. Ad hunc autem verſum admiranda eruditionis ſpecimina edidit Criticus Noſter. praeter enim errorem in τοῦ μελαγχρος quantitate alia multa deſignat. audiamus hominis ἀκρασίαν. „ *Quid haec! an* μέλαγχρος *ſcriptum pro* μελάγχρως *vel* μελάγχροος*? Sed quid* αἰδὼς μελάγχροος. *an hoc pudoris epitheton. abſit abſit.*

ſit. ſcribendum forte μέλιχρος [imo ſaltem μελιχρὸς.] *verecundia cum corpore mellito: cum corpore ſuavi.* [riſum teneatis, *verecundia cum corpore mellito, ſuavi.* ſic ſcilicet in Anthol. p. 352. Ἔλπις ἀληθείης ἐστὶ μελιχροτέρη. vertendum erit *ſpes eſt ipſa veritate* (ipſa re) *mellitiore corpore.* o ſaxeum cerebellum. neſcis in μελιχρὸς, πενιχρὸς, & ſimilibus illud χρὸς modo eſſe terminationem, & nihil ſignificare. Heſych. γλυκὺ, μελιχρὸν. at id non ignoravit Erud. Arnaldus. μελίχρους autem opponitur λευκανθεῖ ut recte J. Chriſtian. Wolf. ad Sappho multis docet p. 235. ita Εὐφορίων τὴν ἰδέαν ἦν μελίχρους. apud Suidam in V.] pergit. „ *Adhaec, eo admiſſo, quid erit* ἄξιος. *an ut* κλυτὸς ἱπποδάμεια. ἄξιος αἰδώς? *mihi aqua haeret: nec locum ita ſcriptum intelligo: visne conjecturam? dabo* [rancidiſſimam] *ſcribendum forte* Μελάγχρῳ αἰ δῶς ἄξιον ἐς πόλιν. αἰ δῶς. *ſi dederis.* ἄξιον *ſcriptum pro* ἀξίως [recte animadvertit Arnald. Ἄξιον non dici pro ἀξίως] *ſi dederis digne in urbem redire.* [dic, Phrenetice, ubi illud *redire* exſtat.] ipſum Μελάγχρῳ *hic nomen proprium eſt hominis.* Μελαμπύγος [imo μελάμπυγος] *haec ſuſpicans ſcribo & vera eſſe poſſunt.*“ Neſcio indignerne, an potius miſericordia hominem dignum cenſeam, qui in re aperta ita caecutiat! Quid enim! non novit *Melanchrum Tyrannum* Mitylenae, quem Pittacus interemit, adjutantibus fratribus Alcaei Cici & Antimenida; non novit hoc fragmentum eſſe Alcaei, qui cum Pittaco eſſet inimiciſſimus, forte Melanchrum, Pittaci adverſarium, laudavit. at haec forte mihi e manuſcriptis nondum editis patuere: qualia neſcire Pavunculo permiſſum, qui Codicibus non utitur. non, Lector. Inter alios Diogenes Laërtius, quem Pavoni ſaltem nomine notum credo L. I. §. 74. ſic ait: Πιττακὸς μετὰ τῶν Ἀλκαίου γενόμενος ἀδελφῶν Μέλαγχρον καθεῖλε τὸν τῆς Λέσβου τύραννον. & ipſe

Suidas,

Suidas, notiſſimus Auctor Pavoni, in Πιτλακός. καὶ τῇ μβ´ Ὀλυμπιάδι Μέλαγχρον τὸν τύραννον Μιτυλήνης ἀνεῖλε. Nonne verſatiſſimum in ſcriptoribus produnt haec hominem noſtrum? de inimicitia autem inter Alcaeum, & Pittacum vide ibidem Diogenem: ubi multa ſcommata, quibus inſectatus Philoſophum, legas. ad quas inimicitias reſpicit Horatius L. II. Od. 13. quod autem ſuſpicor Melanchrum ab Alcaeo laudatum, locum non habuerit ſi Edwardi Simſonii conjectura obtineat, qua apud Strabonem L. XIII. p. 917. pro Μεγαλαγύρῳ reponit Μελάγχρῳ. vide doctiſſimum Chronologum ad Olympiad. XLII. 1. Alcaei autem eſſe jam viderat Urſinus, qui primum verſiculum p. 104. refert. at errat, dum ſubjungit χαῖρε κυλλάνας &c. nam haec in eadem Oda conſiſtere nequiverunt. putarim autem hos duos verſiculos, Ὦναξ & Μέλαγχρος eſſe duarum Odarum initia. Verſus autem ſecundi ſententiam optime adſecutus Arnaldus, qui αἰδὼς ἄξιος ſcriptum putat. *Melanchrus reverentia dignus in urbem* . . . ſenſus is eſt. ſed non opus mutatione. tantummodo ſcribatur αἰδῶς. vide Voſſ. ad Catull. p. 118. ut apud Moſchum Idyll. VI. 1. Ἤρα Πὰν Ἀχῶς pro ἠχοῦς. Nonne tibi fatendum eſt, Lector, hominem iratis Muſis officinam Criticam inſtituiſſe!

Videamus, quid porro collationes noſtrae boni adportent: mox non minora flagitia ad ipſas Notas caſtigabimus pro delictorum atrocitate. Unum id metuo, ut Pavunculus flagellorum crebritati par futurus ſit. nihil metuendum. corio Elephantino ejus pellis duritie non cedit. quin tamen nihil Muſarum intereſt, ſi vel fuſtibus ſuccumbat peſſime de iis meritus alter Pyreneus.

P. 47. Ἰόπλοκ᾽ ἀγνὰ μειλιχόμειδε Σαπφοῖ.
Ἰόπλοκε ἀγνὰ μειλιχόμειδε Σαπφοῖ. Flor. Cod.

Cod. etiam μελιχέμειδε. neſcio unde Urſinus p. 102. expiſcatus fuerit ἰοπλόκαμ'. contra metrum. vide eum p. 313. qui ad Oden refert, qua Alcaeus celebraſſe Sapphonem dicitur apud Ariſtotelem L. I. Rhet. IX. ſed non bene. nam illa apud Ariſtotelem ſunt alio metro conſcripta.

ὁ κανὼν οὗτος l. ᾗ ἐστὶν ὁ. κ. ὁ. Cod. & Flor.

Τοιοῦτος εἰς θῆβας παῖς ἁρμάτεσσι χήμενος·
Μόλις μὲν Ἐννης, λεπτὸν ἔχοισ' ἐπ' ἀτράκτῳ λίνον.

Addunt Cod. & Flor. κανὼν ἢ αὐτοῦ οὗτος. iſtum omitto Canona, ut interpolatum in utroque: nec tanti. Porro Flor. εὐνήλεπτον una voce & ἔχεισ'. In Turnebi Variis Lectt. χ'ήμενος. quod probo cum Pavone. Arnaldi ἁρμάτεσσ' ὀχούμενος abit longius. & χ' oſtendit ſententiam pendere, ut recte hic Noſter. qui bene judicat, nihil verſiculum ſecundum cum primo habere commune. ſane lucidum hic intervallum habuit. Utinam ne breviſſimum fuiſſet. nam rurſus deſipit, cum ait, *Ἐννη nomen proprium eſt, quod apud Gruterum etiam invenitur in magno opere: alia omitto*. Nam dejerare auſim vocem Ἐννη nusquam ibi exſtare. Re vera ibi *Enna* Romanarum mulierum nomen. ſed quid id ad Ἐννη? certe Index non habet. at ſi ex tam vaſto Oceano aliquid haurimus, ſaltem locus indicandus: in primis ab homine, qui toties fingit & diſtorquet auctoritates. minima mutatione legi commodiſſime poteſt:

Μόλις μὲν εὐνῇ λεπτὸν ἔχοισ' ἐπ' ἀτράκτῳ λίνον.

Vix quidem lecto tenue habens in colo linum.

εὐνῇ id eſt, εἰς εὐνήν. λεπτὸν hic non in laudem, ſed vitu-

vituperium. λῖνον *ſtragulam veſtem* notat. apud Homerum Odyſſ. N. 73. 118.

Κὰδ δ' ἄρ' Ὀδυσσῆϊ στόρεσαν ῥῆγός τε λίνον τε.

Schol λίνον. λεπτὸν ἱμάτιον. ἐπ' ἀτρύκτῳ. quippe matres familiarum in re lauta viventes ſemper novas in colu, in jugo habebant telas & veſtes in quemvis uſum. Valeat igitur Pavo cum elegantiſſima ſua Ἔννη. quam miror ſociam non addidiſſe ἀμπελίᾳ & πυγελίτιδι, venuſtiſſimis ſcortillis. ἐννάιας & εὐνάιας permutatum habemus p. 66.

P. 47. Περατὸν αἱ γὰρ ἀπόλλων ὁ Λύκιος
Ἰνῶ σάλας ὁ μέδοισαν ἀπομάσδων.

Jure G. Arnaldus ad hunc locum ait p. 143. *Quoniam vero in Eruditi* (ſcilicet) *Editoris Animadverſionibus, conjecturae nullo pene* (hoc ſuperfluum) *fundamento nixae utramque faciunt paginam.* nam mira & varia hic comminiſcitur: αἱ pro quo in Morell. αἴ. „*dorice ſi vel* utinam *eſt*. cur non eſt χειλιαστικὸν dilectum αἴ? pro Λύκιος Λύκειος. hoc non malum. θαλασσομέδοισαν ſuffuratum fuiſſe Urſino p. 66 jam ei exprobratum p 127. ubi video operas noſtras dediſſe θαλασσομέδησαν. ſed hoc ibi non adeo vitioſum. operae pretium ipſa verba Urſini adponere p. 299. *Apud Hephaeſtionem in Enchiridio. ſed pro* σάλας ὁ μέδοισαν, *emendavimus* θαλασσομέδοισαν. *nam inter maris Deas numeratur Ino. Lucilius in Epigr.* p. 439. Γλαύκῳ καὶ Νηρεῖ, καὶ Ἰνοῖ, καὶ Μελικέρτῃ." inſpice jam Pavonis verba, & ſic valeam, ut inpudentiorem plagiarium te vidiſſe negaturus es. porro ἀπομάσδων vexat. vel enim erit ab ἀπομάζω. vel ἀπὸ μασδῶν. id eſt μαζῶν. vel denique ἀπομάσσων *abſtergens*, legit. vis adhuc decem

decem alias ſuſpiciones: dabo. ſed te nolle, Lector, arbitror. Arnaldi conjectura ἀπὸ μασδῶν a Μάζα ſe commendat eruditae obſervationis condimento: cum Pavoninae ſuſpiciones ubique ſint ſiccae & aridae. μίδοισαν pro μέδοισαν habet Florent.

ἤτοι ἐξάσημος ἢ ἑπτάσημος, ποιεῖ τὸ τοιοῦτον. | ἤτοι. & ἢ ἑπτάσημος abſunt. & τὸ τοιοῦτον ſcribitur. quae de Canonibus Pavo, in margine jam mei libri adnotata. ſed illa tamen non talia ſunt, quin ex hoc pumice potuerint exprimi.

ἀμοιβὰν | ἀμοιβήν. Σαπφοῖ τί | ψάφοι τί.

αὐτοῦ ὅδε | αὐτοῦ οὗτος.

P. 48. Γίνεται γὰρ ἀ | poſt γὰρ inſeritur καί.

παραλαμβάνωνται | παραλαμβάνηται. aeque bene.

πρῶτος | γὰρ τ. πρ. γὰρ καὶ τ.

ἐκ τὲ | ἐκτε. alterum barbarum, quod ſibi ſervavit Pavo.

Κώλῳ δύο | δύο abeſt.

ἐν τοῖς τοιούτοις | non leguntur neque in Florentina, neque in Cod.

P. 48. Χαῖρ' ὦ | μέγα χρει | ογέλως | ἔ | μιλε | τὸ ἐ | πίβδαις,
Τῆς ἡ | μετέρας | σοφίας | κρι | τής. ἄ | ριστε | πάντων.
Εὐδαί | μον' ἐπ | κλε σε μή | τηρ | ἱκρί | ων ψέ | φησις.

Admirabilis hic rurſus Pavo. ſed prius lectiones Florentinas commemorabimus.

μέγα χρειογέλως | μέγ' ἀχρειόγελως. optime. niſi quod ſcribendum ἀχρειόγελως. Suid. ἄνθρωπος, ὁ ἐπὶ τοῖς ἀχρήστοις καὶ μὴ σπουδαίοις γελῶν καὶ χαίρων. χρειόγελως eſt barbarum, χρηστόγελως dicendum eſſet. non dicitur χρεῖος hac forma, ſed ἄχρειος. abſurda hic rurſus placuere homini abſurdiſſimo. qui nec

Scholiaſtae obtemperare potuit. p. 52. porro ὁμιλεγὴς ἐπίβδαις l. ὅμιλε ταῖς ἐπίβδαις. Cod habet ὁμιλεγαὶ. in Turneb. διαφόροις. ἴσως. ὅμιλε τοῖς quod partim probat, partim improbat, & poſt ineptias circa ὁμιλεγὴς pro ὁμιληγὴς effutitas, ὅμιλε τῇ legendum decernit. at ubi de ὅμιλε conſtet, quis non facile ταῖς in τῇ mutet? ut hic Flor. nec abit Cod. porro ὅμιλος confirmat exemplo Heſychiano συνόμιλος. quaſi in ſolo Heſychio illa vox ſupereſſet, vel quidquam faceret ad oſtendendum ὅμιλος poſſe poni pro ὁμιληγὴς. quod nunquam docebit. ὅμιλος uſitata notione accipiendum. *Salve multum ridicule coetus. coetus* hic *omnes ſpectatores* notat. ὁ ὅμιλος eſt ὁ δῆμος. ὁ ὅμιλος δημότης alicubi vocatur in Ariſtophane.

Mox docte de voce ταῖς ἐπίβδαις. & dicit ἐπίβδας eſſe τὰς μεθεόρτους ἡμέρας, *ut legimus apud Suidam in voce.* „imo longe explicatius apud Heſych. & qui ibi laudatur Schol. Pind. ad Pyth. IV. 249. explicans

Τραχεῖαν ἑρπόντων πρὸς ἐπίβδαν δ' ὅμως.

Apud Etym. in V. Gloſſae Labbaei ſincerae. ἐπίβδα ἡ μετὰ τὴν ἑορτὴν. *reproca.* vide *reproca.* Euſtath. ad Homer. p. 1686. porro ineptit cum cogitat de τῆς ἐπίβδης. nam dativus temporis hic bene ſe habet. pro ἐν τῇ ἐπίβδαις. nec ſingularis numerus ſufficit. ultimum verſum ſic Florent. exhibet.

Ἐυδαίμον' ἔκπισε τι μήτηρ ἱκρίων ψόφησιν.

ſi caſus quartus in ultima voce obtinere debeat, λεπτολογία Pavonis hic locum nullum habebit, qua ψόφησις ad μήτηρ referens explicare conatur. & ſane riſus potius gignit tabulatorum quaſſationem, & inde ſtrepitum, quam tabulatorum crepitatio riſum. ſic *ruptae lectore co-*

columnae. & *frangi oratione, verſu ſubſellia* dicuntur. Sed haec abrupta plane alium forte ſenſum habuerint, & ſecuta fuerint quaedam, quibus μήτηρ haec deſcribebatur plenius. illud σε etiam incertum redditur, cum τε habeat Flor. & ideo incertum, an haec reſpiciant τὸ ὅμιλε. porro Canterus tribuebat Juniori Cratino.

P. 45. οἱ μετ' αὐτὸν | οἱ μετὰ τὸν α.

προσοδιακὸν | & Flor. & Cod. hic & aliis in locis προσῳδιακόν. male.

τῆς ἰωνικῆς καὶ βραχ. | τ. ἰωνικῶς βραχ.

τρίμετρον ἀν. | τρίτον ut Turneb. Varia lectio.

[Αὐτὰ δὲ σὺ καλλιόπα | additur ἐρέω πολυφίλταθ' ἑταίρων. nullo jure. vide mox p. 50.] διαιροῖτο | διαιρεῖ. non deterius. [ἐφαρμόζον | ἐφαρμόζων. male.] τοὺς δὲ ἑξῆς | τοὺς ἑξῆς. προσθεὶς | προστιθεὶς. ποιήσεις | ποιήσει. Cod. & Flor. οἷον ἑξῆς χορειαμβικὸν | οἷς ἑξῆς χορίαμβον. ἑξῆς χ. | τόδε ἑξῆς χοριάμβου γινομένου. ἐρασμονίδη | ἐρμονίδη. παραιτοῦνται | Pavo. *unde pendet.* παραιτοῦνται? *id nemo mihi dixerit, a quo pendere poteſt.*" at, pone illum dativum pendere ab aliquo verbo? an ignoras, homo Graece non tumultuarie docte, ſemper dici παραιτεῖσθαι? puderet lapſus talis puerum quartae Claſſis. corrigit tamen παραιτῶνται. *repudient.* at hominem rogatum volo, cur hic ſubjunctivum poſuit, cum forma loquendi indicativum deſideret: reſpondebit forte „ut furtum diſſimularem. nam in Flor. videram παραιτοῦνται exſtare." ſaepe ea arte plagii diſſimulandi utitur, ut aliquantulum immutet hoc vel illud.

Sequitur verſu proximo ὅπερ ἐστὶν ἐξ Ἰαμβικοῦ καὶ χορειαμβικοῦ. ad haec Pavo „*vitium manifeſtum. ſcribe* ἐξ ἰωνικοῦ. *praecedentia clamant.*" imo praecedentia clamant te eſſe plagiariorum depudoratiſſimum, qui tam vicinis locis Florentinam bis expiles. quae hic

ἰωνικῶν

ἰωνικῶν. Haec caſu ita eveniſſe, credat Judaeus Apella, non ego: nec quisquam ſanus.

τὸ ἀνάπαιστον | τὸ πρῶτον σπονδεῖον καὶ τὴν τῆς δευτέρας συλλαβὴν μολοσσὸν ποιήσας. Flor. & ſic Cod. niſi quod voculam τὴν omittat. & ſic Turnebi variae Lectt. quarum ratio hic nulla habetur. mutat tamen τὸ ἀνάπαιστον in τὸ σπονδεῖον ex ingenio ſcilicet. Pavum ineptientem recte caſtigat Cl. Arnaldus. διαφορὰν εἶναι | inverſo ordine.

P. 50. φαντασία τοῦ ἀναπαίστου | τοῦ ἀναπαίστου φαντασία. γεγονέναι διὰ τὴν ἐν ἑκατέρῳ ἰωνικὴν διαίρεσιν Flor. γεγονέναι etiam Cod. ſcilicet δύναται intelligi poteſt ex ſuperiori periodo.

διαφορὰς εἶναι | ordo mutatur. λέγῃ | λέγοι.
οἷον ἐστὶ τὸ τοιοῦτον | deſunt utroque loco.
ἐφ' ἥβης | ἐπ' ἥβης. περὶ μὲν | ultima vox abeſt.
ὥσπερ | ὥσπερ καὶ περί. οὐκ ἔτι | οὐκέτι.

P. 51. πουλλίαν | παυλοίαν. vitioſe. Valde ſuperciliose hic Paedagogus Noſter increpat celeb. Hemſterhuſium, qui ſuſpicatus fuerat ad Polluc. L. X. §. 126. πολυβώτου πουλλίας σερίφου. *nam*, ait Noſter, ἔχοντες *vel ſimile quid ſequebatur.* eſto. porro idem Vir doctus Dramatis titulum putarat οἱ σερίφιοι. & ubicumque occurreret οἱ σέρφοι. prius reponendum autumat: ſed & hic Noſter διακυνοφθαλμησάμενος, cum habeatur ἐν τοῖς Σερίφοις, legit ἐν ταῖς Σερίφοις, & valde ridicule inſulam Σέριφον perhibet *mulierculas amare*, id eſt, *generis eſſe feminini.* Nam ego ſaltem inde colligerem, eſſe maſculinum. Maſculi enim κατὰ φύσιν mulierculas amant, ut mulierculae maſculos, ſed homini quadrata rotunda videntur. ideo ergo corrigit ἐν ταῖς. at, ſi objicias, modo dicitur ἡ Σέρφος, non αἱ Σέρφοι. ille ſecare novit & hunc nodum; „*Corculum feſtivum* (ſic ait corculum pedanticum) *Seriphiorum arrogantiam* (de qua unde conſtat?] *perſtringere voluit in ipſo titulo: nam parva*

inſula numero ampliore non deſignanda." O acumen egregium! Quaſi non diceremus aeque Capreas ac Britannias. At tamen mox ipſi Pavoni & Σέελφοι & Σερίφιοι fabula dicta fuit. *&, qui aliter ſentiunt, errant.* αὐτὸς ἔφα. profecto timeo, ne Pavus ὑπὸ πολλῆς τῆς καλεχύσης αὐτὸν σοφίης νενόσηκε, quod olim Abderitae de Democrito ſcribebant. ſi ita: hic Amſtelaedami habitat Medicus quidam, qui egregie ἐλλεβοριῶντας ἐλλεβορίζει. Nam praeter haec, quid mox lego? „ Τον in πολυ|βῶτον | πονίαν | *hic male notatur longa. nam ſic de Catalectico non conſtat. lege igitur* βώτον*, ut trochaeum. in Aſynartetis poſtremae ſunt ambiguae, ut in ipſis ſimplicibus.*" Certe furioſus inconſideratius loqui non poteſt. τον hic poſitione non erit longa? τον hic ultima pars Trochaei faciet? quid blaterat de Aſynartetis ſtultorum Alpha? Metrici docent ἀσυνάρτητα μέτρα, verſus non *connexos*, ut ita vertam, habere duo κῶλα, duo *membra*; docent praeterea, κῶλα haec ſequi naturam integrorum verſuum, in quibus ultima ſyllaba eſt ἀδιάφορος. *indifferens.* id eſt. ultima ſyllaba in primo κώλῳ *membro* poteſt eſſe *longa* vel *brevis.* id eſt, non curandum eſt Poëtae, qualis illa ſyllaba ſit, nam verſui non oberit ſive longa ſit ſive brevis. ex. gr. ſi ultimus pes prioris κώλου dactylus ex lege metri debeat eſſe: nihil vetabit, quo minus adhibeat poëta vocem, cujus ultima ſyllaba eſt longa, adeo ut non dactylus -υυ ſed Creticus -υ- ibi locum habiturus ſit ſine vitio, cum ἡ ἐπὶ τέλους ἀδιάφορος ſit. ſic in hoc verſu, in quo impegit Pavus, βῶτον τον, ultima ſyllaba ſine vitio eſt longa, & pro Trochaeo eſt Spondeus ſine vitio, quia eſt ultima ſyllaba *membri primi:* in verſu ἀσυναρτήτῳ, *non connexili*, ut ita dicam. & ſtulti eſt τον hic brevem pronuntiare. nam eadem ratione longa eſt ac prima in πονίαν. nempe poſitione. imo He-

Hephaeſtion dicit Dactylicum hoc Cratini eſſe καταληκτον εἰς διςύλλαβον. quarum duarum ſyllabarum ἀδιάφορος eſt ultima. & licet re vera e computatione Metrici deberet eſſe Trochaeus — ᴗ: qui dactylus fieri poſſet addito uno tempore ᴗ. tamen recte etiam longa ſyllaba adhibetur, & ita ex Trochaeo fit Spondeus re vera: ſed qui haud efficiat, ut non Grammaticis dicatur δακτυλικὸν καταληκτικόν. idem fit in δακτυλικῷ ἀκαταληκτικῷ. cujus κῶλον prius integris quatuor dactylis conſtat: ut ſuperior verſus tribus integris dactylis, & duabus ſyllabis tertii dactyli. Jam in illo ἀκαταληκτικῷ ultimus dactylus ſine vitio fit Creticus. id docet ipſe Hephaeſtion:

Οὐκ ἔθ᾽ ὁμῶς θάλ|λεις ἄπα|λὸν χρόα || κάρφεται γὰρ ἤδη.

ubi λον χρόα dactylum conſtituit, ut debet. at quid addit Hephaeſtion! γίνεται δὲ ὁ τελευταῖος τῆς τετραποδίας κρητικὸς, διὰ τὴν ἐπὶ τέλους ἀδιάφορον.

Καὶ βη|σᾶς ὀρε|ῶν δυσ|παιπάλους || οἷος ἦν ἐφ᾽ ἥβης.

fit etiam ultimus quatuor pedum Creticus, propter indifferentem ſyllabam in fine. παιπάλους debebat eſſe dactylus: ſed fit Creticus. βωτῶν π. debebat eſſe Trochaeus, ſed fit Spondeus eandem ob cauſam. neget παιπάλους facere Creticum, & adſeveret eſſe purum putum dactylum, & poterit negare βωτῶν|πεν facere Spondeum. . Miſellus confudit ſyllabam *communem quantitate* cum parte pedis, quae *indifferens.* omnes ultimae ſyllabae *indifferentes* in omnibus verſibus: jam quia κῶλα haec in ἀσυναρτήτοις imitantur integros verſus, etiam omnes ultimae ſyllabae *indifferenter* in κώλοις uſurpatae a Poëtis.

Quando autem dico in omnibus verſibus ultimam

ſyllabam eſſe indifferentem, excipio Anapaeſticum. quod neceſſario ultimam ſyllabam habet longam vel natura vel poſitione: natura ut in παιπάλȣς, poſitione ut in βῶτὸν π. hoc recte obſervavit primus R. Bentlejus in Epiſtola ad Milium p. 26. hoc recte confirmavit S. Clarkius ad Homer. Il. A. vs. 51. quem vide. & cauſam hujus rei juſtam ab ipſo prolatam inventurus es. vide mox ad p. 14 in Notis. Porro Noſter p. 155. ad p. 58. reprehendit Schol. quod in hoc verſu

Δεῦρο̆ | δεῦτε̆ | Μοῖσαῑ | χρῦσε̆ | ο̄ν λῐ | ποίσαῑ.

neſcierit ultimam in Μοῖσαι *ambiguam* eſſe: imo dixerit *longam.* at, ſtulte, σαι minime eſt ambigua ſyllaba, eſt longa, aeque atque in λιποῖσαι. ſed eſt *indifferens ſyllaba:* longa hic: in alio verſu eadem ſede erit pro brevi, ſine vitio. Homini ſimiles lapſus frequenter accidant, neceſſe eſt: nam omnes formulas Grammaticorum miſcet & migrat: *Iambos puros cum inpuriſſimis.* ἀδιαφόρȣς ſyllabas cum κοιναῖς. & p. 155. *verſiculum* cum κώλῳ, id eſt, cum verſiculi membro & parte. ait enim *poſtremam uniuscujusque* verſiculi *in Aſynartetis ambiguam facit.* at id nihil ſignificat: extrema verſiculi in omnibus metris eſt indifferens. voce *membrum*, κῶλον debuerat uti. ait autem „*lege igitur* βώτον.“ quid hoc ſibi vult? quid ille accentus? an ille indicabit τον eſſe *breve.* imo ſcribendum fuiſſet, ſi tale quid ſignificari debuiſſet, βῶτον. ſic ultima apparuiſſet brevis. Utilius tota hac animadverſione omiſſa potuerat obſervaſſe male poni notas in θεοῖ πολῠ. quid enim! an in Dactylico habet locum Paeon ſecundus. ᴗ—ᴗᴗ? hic θεοὶ unam ſyllabam faciens, una nota inſigniri debuiſſet. unum verbum his addam de voce Σειλφίοις: circa quam Cl. Arnaldus recte ſententiam Doctoris egre-

gii

gii ſui vindicavit contra hujus Arietis inbelles inpetus. in mentem aliquando venit, quoniam ἐν στρίφοις tamen toties occurrit, an forte incolae ipſi poſſent eſſe dicti σέριφοι & σερίφιοι. ut Δελφοί. Δελφὸς ἀνήρ. vide Plutarchum Tom. II. p. 1132. porro ad δυσπαιπάλους. *aſperas* ait noſter. „*vide Suidam.*" & ludificatur lectorem: qui ubi viderit Suidam, nihil invenerit amplius, quam δυσπαίπαλος. τραχεῖα. At forte apud nullum Grammaticum uberior Gloſſa exſtat! non ſcilicet apud Heſych.! & ſi vox explicatione indigeret, longe aptiora dici non poſſent! imo. Sed Suidas erat ad manus: notula fabricanda: en notulam. *vide Suidam.* Decennes ſic pueri poſſint *ad modum J. C. Pavonis* notulas ſcribere. *vide Calepinum. vide Schrevelium. vide Hedericum.*

P. 51. Ἀλλά μ' ὁ λυσιμελής, ὦ 'ταῖρε, δάμναται πάθος.

Flor. ἑταῖρε. & πόθος. ut apud H. Stephanum. Vitio typographico πάθος in Turnebiana. eo admiſſo cenſet λυσιμελὴς poſſe legi: πόθος tamen quoque Critico Dupondio non diſplicet. imo alterius iſtius lectionis πάθος rationem nemo ſanus habuerit.

ἔνδοξον ἐστιν ἐξ ἐνδοξόν ἐστι καὶ ἐ.

ἐγκωμιολογικὸν | ἐγκωμιαστικὸν videtur in MSto vel addi, vel pro altera voce poni.

ὅπερ ἐστὶν ἐκ | ὅπερ ἐκ.

Ἀλκαῖος ἐν ἄσμαλι ε̄ ἡ ἀρχὴ | A. ἐν ἄσμασιν, ε̄ ἡ ἀρχὴ. ſi ἄσμασιν probum, ὧν legendum. & tum hi duo ſequentes verſus initium duarum odarum conſtituerint. quod notes, Lector.

Ἦρ ἔτι Δινομένει τῷ Τυῤῥακήω
Τ' ἄρμενα λαμπρὰ κέατ' ἐν μυρσινήω.

Non miror haec perquam obſcura fuiſſe viſa illiterato huic literatori: doctis enim haec etiam difficultatem creaverint. corrupta eſſe non negarim: forte tamen non adeo, atque ipſe putarit. videamus primo varias lectiones in hoc loco.

ἦρ'| Flor. ἦ ῥ' ἔτι. *ſane adhuc.* Urſinus ἦρ' ἔτι. eodem redit. Arnaldus etiam accipit pro ἦ ῥα. ſed interpretatur *anne.* eodem & id redit. vide Vannum de hac particula. p. 144. Theocrit. Idyll. II. 6. 20. 114. Pavus hinc extudit ſubſtantivum ἦρ. *ver adhuc eſt Dinomeni Syrracienſi. nam ἦρ notiſſimum.* potius docuiſſet Alcaeum hac voce ipſa uti pag. 100. Urſini. „ ἔαρ *autem omne eximium & laetum·* οἱ ἔφηβοι τῆς πόλεως ἔαρ *innotuerunt ex Athenaeo omnibus.*" ſcilicet Athenaeus ipſi ex Scapula Miſeret me aridi tophi; cui nullum uſquam exemplum ſuppetit niſi ex Lexicis. mox rurſus *ver* ſignificat *fortunam proſperam* & *rerum ſtatum maxime laetum.* At haec ſignificatio, Pave, nondum omnibus vel ex Athenaeo vel alio innotuit. illa tibi probanda fuerat. ſed in Lexicis non habebatur.

Δινομένει | Διννομένῃ. Flor.

Τυῤῥακήνω. admirabilia comminiſcitur hic, primum fingit Dinomenen hunc eſſe Gelonis, Tyranni Syracuſani, patrem, quem tetigerit Alcaeus. Mirare, mirare Chronologum in Graeca hiſtoria peritiſſimum Pavonidem Nam ἀκμὴ Alcaei ſtatuitur Olympiade XLIV. jam Gelo occupavit Tyrannidem Gelae circa Olympiadem LXXII. quando fingit Noſter Dinomenen adhuc vixiſſe, & ab Alcaeo fuiſſe perſtrictum. at vide quam immane intervallum inter ἀκμὴν Alcaei & Gelonem Tyrannum Gelae factum, fere triginta Olympiadum, atque ideo centum fere & viginti annorum. ut neceſſe fuerit Alcaeum aetatem produxiſſe ad centum & quadraginta ad minimum annos, & ea in aetate adhuc carmina condidiſſe. Nam ponamus Alcaeum geſſiſſe trigeſimum annum ἐν

ἀκμῇ

ἀκμῆ Olympiade XLIV, ſi huc addas XXVIII Olympiadas ſive CXII annos, tantum continges tempus, quo Gelo factus Gelae tyrannus: & quando Alcaeus natus debuerit eſſe CXLII annos. o mira commenta? homines una vivere & inimicitias gerere credendum, qui fere centum annorum intervallo ſejuncti ſunt. nam Alcaeum ponit vivum vigentemque tempore Gelonis jam tyranni. jam illi id non accidit niſi CXII fere annos ab ἀκμῆ Alcaei. Quin ponamus Alcaeum adhuc LX annos poſt annum, cui ἀκμὴ adſignatur, vixiſſe: ſive anno XC obiiſſe. tamen intervallum inter Alcaei mortem & Gelonis Tyrannida erit plus quam quinquaginta annorum. & longe magis etiam peccavit, ſi tum jam Syracuſis ponit Gelonem potitum. quod poſt id tempus aliquot annis accidit. ipſum marmor Arundellianum primum verſu LXIX. Ἄρχοντος Ἀθήνησι Ξανθίππου. ἀφ' οὗ Γέλων ὁ Δεινομένους . . ἐτυράννευσεν. jam Olympiade LXXV hic Xanthippus Archon fuit. Nonne haec egregie peritiam CHRONOLOGICAM Criticaſtri indicant?

At ſi jam tempora congruerent, non minus abſurda his adjungit. nam hunc Dinomenen facit *Tiracienſem*. dabimus ei in aliquot momenta hanc urbem. ſed veteris aevi imperitiſſimus homo rurſus neſcit Gelonis majores ex Telo, inſula maris Carpathii, oriundos, & inter illos fuiſſe, qui deducti ſunt in Coloniam Geloam: & ibi ſacerdotio fuiſſe potitos. uti non paucis verbis declarat Herodotus eodem illo libro, quem laudat noſter Melitides ipſe. L VII. C 153 154. ſed non inſpexit, vel non intellexit. en verba Muſae ſeptimae. *Viri Geloi, in ſeditione inferiores, in Mactorium urbem, ſitam ſupra Gelam, profugerunt. hos Telines Gelam reduxit, pactus ut poſteri ſui illic Antiſtites Deorum eſſent: mox, Hippocrate Tyrannidem Gelae obtinente, Gelon inter poſteros Telinis vatis, declaratus eſt equitatus praefectus . . . Gelorum imperium*

rium adeptus eſt. poſt hoc Syracuſis etiam potitus. ſecundum ergo Pavonem noſter Dinomenes duobus locis eſt natus Gelae & Tyraciae. Rurſus hoc vere egregium. ſed forte contenderit inſtar Apollonii, qui Rhodius dicitur, licet eſſet Alexandrinus, hunc Dinomenen fuiſſe dictum Tyracienſem, licet Gelous.

Nunc videamus magnificam illam urbem, quam exaedificavit eo fundamento, quia hic Siculum hominem inveniſſe ſibi viſus fuit: vel e contrario Dinomenen putavit Siculum, quia hic urbem Siculam inveniſſe ſibi perſuaſit. Sed vereor, ne urbs ipſo cum cive brevi diſpareat. Cluverius p. 388. „ *apud Diodorum L. XII. p. 89. urbs memoratur.* Τριναχρία. *id forte corruptum ex* Τιρακία. *inde apud Plin. Tiracienſes.* apud Steph. Τυρακῖναι. *an idem ſit cum Diodori* Trinacia *ac Plinii* Tiracia, *haud temere dixerim.*“ vides omnia haec incertiſſima eſſe. & hinc tamen materiam arceſſit ad urbem ſuam excitandam Pavo. nec magis certum aliquid, ut decebat, hic addit. Sed porro. detur urbs Τυρακῖναι. Τιρακία. Τρινακία. quid? an vel ex ullo horum vocabulorum fiat Τυῤῥακηνός. nam prius facit Τυρακιναῖος, ſecundum & tertium Τιρακιεύς, Τρινακιεύς. vel Τιράκιοι & Τρινάκιοι. [quam difficultatem recte movit Arnaldus: & emendat igitur Τυρακινῆ: addens Dactylum poſſe locum habere in prima Iambi ſede. Sed, pace viri Eruditiſſimi, nullo modo locum habere ſtatuerim in κώλῳ Iambico: κῶλα enim non ita libera ſunt, atque ipſi verſus. ſed hoc leve. & quoniam ipſa Τυρακία locum hic jam non habet; de ceteris poſſumus eſſe ſecuri] unde igitur hic Τυῤῥακηνός! unde geminatum 'P! & tamen audacter vocat *Tyrracienſem:* quaſi Τυῤῥάκηνος eſſet Tyrracienſis. ut adeo hoc nomen urbis incertiſſimum hic nullo modo locum habere poſſit. Sed omnes has forte difficultates facile ſuperarit redivivus noſter Amphion,

Tira-

Tiraciae conditor. Haec ſunt re vera plus quam Romanenſium nugatorum deliramenta, ita homines, ita urbes in aëre fingere.

Pergamus ad alterum verſiculum. mox noſtram ſententiam declarabimus. *Τάρμενα λαμπρὰ κέατ' ἐν μυρσινήῳ.* priora verba minimum difficultatis haberent: modo de ultimi vocabuli ſenſu & Orthographia conſtaret. in Cod. videtur *Μυρσιννήῳ.* quod in metrum peccat. in Flor. *Μυρσίνῳ.* item contra metrum: ſic quoque Urſinus. H. vero Stephanus in tertia Lyricorum Edit. *Μυρσινίῳ.* quod P. Stephanus correxit in *Μυρσινήῳ.* Pavus mirifice corrigit *ἐν μυρσίνῳ οἱ.* *in arca myrtea ei. ei* id eſt, Dinomeni. ride veram Pavoninam elegantiam in illo *οἱ* in fine verſus. ſed ſi duo ſunt initia duorum verſuum, ubi tum illud bellum *οἱ*! Arnaldus *Μυρσιναίῳ.* eodem modo intelligit *in arca.* ſi modo *Μυρσιναῖος* aliquo exemplo ſtabiliri poſſet, in ſequenti verſu forte ſubſtantivum *κιβώτιον.* vel ſimile expreſſum fuerit.

Videamus jam an aliquid magis probabile in medium adferri poſſit. Et magni ſane momenti eſſet, ſi cognoſcere hunc Dinomenen liceret. & mihi non Siculus: non Tiracienſis: ſed civis Alcaei fuiſſe videtur, vel certe in civitate una verſatus. Novimus, quem locum Lycus apud Alcaeum obtinuerit, qui ſecundum Horatium L. I. XXXII.

> *Liberum & Muſas, Veneremque, & illi*
> *Semper haerentem puerum canebat,*
> *Et Lycum, nigris oculis, nigroque*
> *Crine decorum.*

Novimus non uno Bathyllo contentum Anacreonta carminibus quoque celebraſſe Cleobulum & Smerdian. Si eodem genio fuerit Alcaeus: fortean Lyco addendus

dendus hic Dinomenes. at talia ſuſpicari aeque incertum atque injurioſum in poëtam eſt. ſi tamen huic ſuſpicioni aliquod pondus addere ! ſi Dinomeni huic adſidentem Alcaeum tibi ſpectandum dare poſſemus! & niſi animi fallor, id quidem fiet. inſpice Athenaeum L. XI. C. I. p. 461. ibi lego. Καὶ Ἀλκαῖος, Ἐκ τῶν ποτηρίων πώνης ΔΙΝΝΟΜΕΝΗ παρίσδον. an agnoſcis ibi Διννομένη plane ſcriptum, ut in Florentina? Quid ais, Lector, huncne ego fingo Δεινομένην [Διννομένη]: an ibi ante me natum in Carmine Alcaei ſpiravit: ſed aegre? reſcribe. Δεινομένη. *e poculis* * * *Dinomini adſidebam.* Audi Caſaubonum ad hunc locum. *at teſtimonium Alcaei pro depoſito non injuria habuerim. ſed tentare quid vetat? ſcribo* ἐκ τῶν ποτηρίων πίοντες δειπνομένη παρίσδον *vel* Δεινομένει. *Dinomenes eſt uſitatum Graecis nomen.*" videsne magnum Animadverſorem hic agnoſcere Dinomenen? Quid! ſic dudum ante iſtud tempus ediderat Urſinus. Ἐκ τῶν ποτηρίων πώνης Δεινομένει παρίσδω. ubi addit. *Dinomenis & alibi meminit Alcaeus.* haec verba ab illis Sapphus forte ſenſu non multum abierint.

Φαίνεταί Fοι κῆνος. ἴσος θεοῖσιν
Ἔμμεν ὠνὴρ, ὅςις ἐναντίον τοι
Ἰζάνει, καὶ πλασίον ἀδὺ φωνεύ-
σας ὑπακούει.

Quidquid ſit, videmus in Alcaei Carminibus Dinomenen non ſemel celebratum. & ambo loca magis eo tendunt, ut credamus amicum Dinomenen quam inimicum Alcaeo. Sed quid! ſubito e manibus ille in ſecundo loco elabitur. ὤχετο. φροῦδός ἐςι, & Pavonina Magia Dinomenes noſter in tria quatuorve pocula transformatus eſt. „ *legendum enim in iſto loco.*

Ἐκ

Ἐκ ᾗ ποτηρίων τ᾽ ὄνυξ, δῖνος, μάνης παρίσδον. *ergo dicit Alcaeus. E variis poculorum generibus aſſidebant haec pocula*, ὄνυξ, δῖνος, μάνης. *de poculis eleganter dixit* παρίζον, *aſſidere & jacere una.*" Eleganter me hercule & plane Pavonικῶς. quin Lector, qui neſcit unde haec petita, dejerarit, Pavonis hoc eſſe commentum. reſtabat, ut Criticus ſermones nobis narraſſet, quos habuerunt Alcaeus cum hiſce poculis & pocula inter ſe, ubi aliquantum incaluerant mero. Doleo ſane quando ingenium humanum hiſce ludibriis expoſitum video. eſt enim S. Petitus L. VII. Miſcell. I. qui nobis haec, atque utinam haec iſtius generis ſola, narravit. Dinomenes ergo utroque loco maneat. an vero fuerit Alcaei παιδικά, in medio relinquo. ſufficit notiorem tibi hunc Dinomenen reddidiſſe. quid autem faciam voci πώνης neſcio.

Sed quid faciemus vocibus τῷ Τυῤῥακήῳ. pro quo Florent. Τυῤῥάκκῳ. H. Stephan. Τυῤῥακίῳ. unde ſuum Τιρακίη & Τυῤῥακίη furatus eſt Pavo. ſi velis urbem aliquam hic intelligi, latiſſimus jam tibi campus patet. nec una Sicilia concluderis. Sed quia nihil eo in genere mihi ſuccurrit, quod probabile ſit, a conjecturis vanis abſtineo. levem ſuſpicionem proponere tamen liceat. in Florent. legitur τῷ Τυῤῥάκκῳ. ſine ſubſcripto Ἰῶτα. eſſetne igitur Genitivus Doricus & nomen patris Dinomenis, cui nomen Τυῤῥάκκος? mirabor ſi plumbeus Pavo acutius quid excogitarit.

Secundum verſiculum, ſi quidem cum primo cohaeſit, ita caperem, ut τ᾽ ἄρμενα λαμπρὰ reſtringerem ad inſtrumenta convivalia: ad pocula. de quibus λαμπρὸς, & λάμπειν non incommode adhibetur. ſive accipias, ut illud Horatianum: *ne non & cantharus & lanx Oſtendat tibi te.* ſive potius ad materiam

riam & opus inſtrumenti convivalis referas. & in μυῤῥινίῳ vel μυῤῥιναίῳ latere putes Myrteum abacum.

Si vero, ut Florentina innuit, duorum carminum ſunt initia. ἐν ἄσμασιν enim habet: ultimum verſum eſſe adjectum a docto alio grammatico quodam, qui ejusdem generis ex alio poëta metrum adjicere voluit. vel aliquid intercidiſſe, quo ſignificabatur non eſſe ejusdem Alcaei. liceat in re obſcura hariolari. nec tamen id ſuſpicari auderem, niſi aliquo modo huc impulſus eſſem a Florentina Editione. Illud ſi dederis, in hoc carmine actum putarem de Harmodio & Ariſtogitone, qui Tyrannum Athenienſem Hipparchum occiderunt, celantes gladios in myrteis ramis: & cujus facti Scolion meminit apud Athenaeum XV. 15.

Ἐν μύρτῳ κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω,
Ὥσπερ Ἁρμόδιος κ᾽ Ἀριστογείτων,
Ὅτι τὸν τύραννον κανέτην,
Ἰσονόμους τ᾽ Ἀθήνας ἐποιησάτην.

de metro non reſpondeo. libuit tamen verſuum ſpecie haec proponere. vide Kuſterum ad Suidam in ἐν μύρτου κλαδῷ. Neſcio autem, qua auctoritate H. Stephanus hoc ipſum Scolion Alcaeo adſcripſerit in Lyricis ſuis p. 16. cum iſta tempora Alcaeus minime adtigerit. quin vocem κλαδὶ ita Alcaeo attribuerit in Lexico. ſed etiam in pluribus ſequentibus errat. quae omnia ſunt Carcini, ut patet ex Athenaei loco laudato & recte omiſſa ab Urſino. de hiſtoria notiſſima poſſunt conſuli Interpretes Thucyd. L. VI. c. 54. ſi haec ſuſpicio non plane vana, ἄρμενα hic *arma* ſignificabunt, quae λαμπρὰ dici poſſe nemo dubitat. Alcaeus p. 105. Urſini λαμπραὶ κναμίδες.

Haec

Haec ad locum hunc ſane difficillimum : in quo conjecturis aliquantum indulſimus. Id vero certum in dictis, Pavonem craſſiſſime erraſſe in Historia & Chronologia Graeca, cum Alcaeum facit Geloni Tyranno aequalem. nugatum cum de urbe Tyrracia cogitat: ineptiiſſe, cum Poëtam Alcaeum, qui patriae ſuae tyrannis & vicinis fuit inimicus, odia quoque exercuiſſe fingit cum Gelone, Syracuſarum tyranno: & id quidem tam ridiculò modo, ut non auſus ipſum Gelonem tangere, eum in patre Dinomene laedere voluerit: cui ſtultiſſime quoque ἦρ contribuit : *florentem ſtatum*. cum hic Dinomenes procul dubio, ut ipſe filius, antequam tyrannidem invaſerat, fuerit *ἰδιώτης*, ut Gelonem ipſum vocat Diodorus Lib. XIII. p. 151. *Γέλων ἐκ ἰδιώτυ, τῆς Σικελίας ὅλης ἡγεμὼν ἐγένετο.*

Ex omni parte igitur hic ſe turpiter dedit Thraſonides noſter: qui & in eo errat, quod Carmen hoc vocet *Alcaicum.* Nam licet ab Alcaeo ſit conditum, a Technicis ita non vocatur. Quis enim non rideret Grammaticum, qui Sapphus aliquam Elegiam vocaret *Sapphicum?* at eodem jure, quo hic Pavo, uteretur. ſic mox p. 145. Φ vocat literam *duplicem:* quam Grammatici nominant adſpiratam : ζ. ξ. ψ. duplices, Pave. θ. φ. χ. aſpiratae. *quid nunc te, aſine, literas doceam*, Cicero rogabat olim L. Piſonem, virum conſularem. id te ego, hominem nihili, majori jure rogo. quod ſi fuſtibus, ut ille ibidem ait, minus pepercisſent, qui tibi συλλαβίζειν monſtraverunt olim, verbis tot ego peperciſſe potuiſſem, nec paene ſenex ignoraſſes, quae pueri ſciunt. Recte equidem Θ ex TH. Φ ex ΠH. X ex KH conpoſitas literas dicere poſſis, adeoque duplices vocare, ut pulcre oſtendit J. Buherius in doctiſſima Diſſertatione de priſcis Graecorum & Latinorum literis p. 561. 565. in calce Palaeo-

Palaeographiae Monteſalconianae. vide quoque Arnald. in Animadv. p. 4. Sed nemo, niſi intelligi non velit, Grammaticas vel Proſodicas tradens diſciplinas, haec elementa duplicium adpellatione deſignarit. haec ſubjunxi, ne cavillationi locus pateret.

P. 51. [κέχρηται δὲ καὶ Ἀνακρέων ἐν πλείοσιν ᾄσμασι] deſunt.]

Ὀρσ᾽ ὀλεπ@ μὲν ἄρης φιλέει μὲν αἰχμάν.

ὀρσολέπος, Flor. & φιλέειν. mox τούτῳ δὲ pro τοῦτο δὲ bene. alterum ſoloecum. ſoloeciſtae hic nihil diſplicuit. ὀρσόλεπος Urſin. explicat, *Martis epitheton.* διαπολεμῶν καὶ ταράσσων. Barneſ. ὀρσολόπος. inde ὀρσολοπεῖται Aeſchylo in Perſis vs. 10. vide ibi Stanlej. & Heſych. explicat διαπολεμεῖται, ταράσσεται. quo reſpicit Urſinus. Schol. Aeſch. ταράσσεται καὶ θορυβεῖται. Etym. M. Ὀρσολέπος. ὀρσοοπὸς, ἵνα λάβῃ τὸ λ περὶ παθῶν. Photius ὀρσολοπεῖν, λοιδορεῖν. πολεμεῖν. ὀρσοπλῆται [docta manus recte ὀρσολοπεῖται] διαπολεμεῖται ad Hymn. Mercurii vs. 308. vide Barneſ. Hiſce auctoritatibus quisque non laeſae mentis manum daret: noſter non. primo neſcio quid de ὀρσολεπος myſterioſiſſime intra dentes murmurat. „*Dein ipſi ſententia ſedet, ut* ὀρσολόπος *dicatur pro* ὀρσολόφος. *ut Neptunus dicitur* ὀρσοτριαίνης. ita ſane dicitur. ſed hoc nihil facit ad ὀρσολόπος debuiſſet docuiſſe uſquam λόπος pro λόφος ſcriptum. mihi cum aliis ὀρσολόπος Ἄρης dicitur eadem ratione ac verbum ὀρσολοπεῖν. quod inde derivatur. Pavo *plura alias* promittit. Sed vide Arnaldum. „*reliqua ſe* pugillariter *habent* ait, *ſi modo pro disjunctis jungas con uncta* μεναίχμην " at primo rogo. cur μεναίχμην & non μεναίχμαν ſcribat? nempe ad Ioniſmum vult revocare etiam hoc fragmentum

Ana-

Anacreonticum: ne, ſi in his & ſimilibus Doriſmus inveniatur, nihil obſtet in ipſis Odis reliquis illa dialectus. & hoc mutat ita ſtellio literarius non admonito lectore. porro ait „*contrarium* φυγαίχμης *ſatis tritum uſu*. ubi ergo κεῖται, Pave? in fragmento Callimachi p. 19. At Hephaeſtionis lectio incerta eſt. ſed ibi ſe bene habeat. an ideo ſatis tritum uſu eſt? ſed cur non Μεναίχμους ipſos ex Athenaeo, & Plauto adduxiſti? tandem ait, nam nihil uſquam ſani; φιλέει *Anapaeſtus eſt, ſi editores ſequamur. ſed Iambum malo, ut Ionica ſit dialyſis. exempla jam habuimus plura in hoc opuſculo.* at ita poteſt quidem: non tamen certum eſt. ſed ubi iſta exempla? nempe pagina 50. in ἱρέω & φιλέειν. cur hoc non addidiſti, Doctor tenebricoſe?

P. 52. τυπεὶς | τὶ πῶς [δὶς λαμβανομένου | δύο λ.]

P. 54. περὶ τοῦ ἑ. μ. | περὶ ἑ. μ. abeſt quoque in Cod. δακτύλους γίνεσθαι | δακτύλους αὐτοὺς γίνεσθαι. ſic quoque Cod. συνεστήκοι | συνεστήκῃ. neſcio an & Cod. μούσῃς | μούσης. & ſic mox. poteſt eſſe dativus plur. & Genitivus ſingularis. Genit. etiam obtinet apud Diomedem Scholaſticum in Artem Dionyſii. quid malim neſcio. porro dubitat an οἳ ſit *qui*, an οἱ pro οὗ *cujus*. quod ſtultum eſt.

[τὸ δὲ πρότερον | τ. δ. πρῶτον] οὐχ | οὐ.

τρεισκαιδεκασύλλαβον | δωδεκασύλλαβον. ſic Cod. quoque, & librum ſecutus Pavo. mox τρεισκαιδεκασύλλαβον.

P. 55. [ποτὲ δὲ δεύτερος | π. δ. ὁ δεύτερος]

δεῖ τὸ ἐλεγεῖον τέμνεσθαι πάντως, καθ᾽ ἕτερον τῶν πενθημιμερῶν. εἰ δὲ μὴ, ἔσται πεπλημμελημένον. οἷον τὸ Καλλιμάχου.

Ἱερὰ νῦν δὲ Διοσ|κουρίδεω γενεή.

Hephaeſtion hic, ut obiter id notem, errat in exemplo. nam id excuſari poteſt eodem colore,

 quo

quo p. 4. uſus eſt ipſe, ubi rationem reddit, cur excuſari poſſit ſecundam corripi in χαμαιευνάδες idem hic obtinet in Διός. ὡς μία ἡ Διὸς ἀκχεῖλαι. & ſic optimi Poëtae vocem compoſitam in ἀσυναρτήτοις adhibent, quaſi re vera eſſent duae voces. aliter id non licet. quare erravit hoc nomine Scaliger etiam in Catulli Carm. XVII. legens *aſſulitantis:*

Crura ponticuli aſſuli | tantis, irredivivus

& Voſſius ad metrum longe melius,

Crura ponticuli aſculis | ſtantis, irredivivus.

id optime quoque animadvertit inter alios R. Bentlejus ad Horatium L. IV. Od. VIII. 17.

Non incendia Car | thaginis inpiae.

docetque aliam plane rem eſſe in his exemplis Horatianis II. 12.

Dum flagrantia de | torquet ad oſcula.

& I. 18.

Arcanique fides prodiga per | lucidior vitro.

quibus exemplis adde L. I. XVI.

Hoſtile aratrum ex | ercitus inſolens.

& I. 37.

Antehac nefas de | promere Caecubum.

II. XVII.

Utrumque noſtrum in | credibili modo.

Vide

Vide quoque Lib. III. XII. 2. 12. Non ob hanc cauſam tamen rejiciendum docet illum verſum Al. Cuningamius pag. 104. exemplo ex Lib. IV. XIV.

Spectandus in cer|tamine Martio.

cui adde ex L. I. XXXVII.

Mentemque lympha|tam Mareotico.

debuerat igitur aptius exemplum adduxiſſe Hephaeſtion, ſi dabatur.

οἷόν ἐςι τὸ | οἷον τό.

['Ιοβάκχοις.] Florent. plenam diſtinctionem ante hanc vocem habet. & Cod. 'Ιοβάκχης habet in initio verſus. nec agnoſcit voculam ᾧ. ſed recte vulgata ſe habet. vide J. A. Fabricium Bibl. Gr. Vol. I. p. 572. ad hos 'Ιοβάκχυς in Bacchicis feſtis cani ſolitos reſpicit Pollux Lib. IV. Cap. VII. παροίνια, 'Ιόβακχοι. vero ſimile autem fit, Archilochum forte primum 'Ιόβακχον compoſuiſſe: deinde ab aliis poëtis alios hymnos ejusdem argumenti fuiſſe additos. ſenſim omnes illos in unum faſciculum collectos & ad unum auctorem relatos eſſe. Sic Pervigilia Veneris duo, in unum locum collata, coaluere, ut probabile admodum nuper reddidit illuſtris J. Buherius in Adnotationibus ad illud Carmen, Petronii de bello civili Poëmatio ſubjunctum. Pavo quaedam murmurat p. 153. de 'Ιοβάκχοις. ſed nihil dicit. nam *ſuo loco dicturus* eſt enucleatius.

ἐξέλαμψε | ἔλαμψε. λύρης | λύρας.

ἀνθέμοισι | ἀνθέσμοισιν. & verſiculus modo ſemel exſtat. in Cod. bis. ἀγαπητὰ | ἀγαπαλά. ſequitur in Cod.

τροχαϊκὸν δίμετρον ἀκατάληκτον. quae porro habet de dimenſione verſiculi ἐμφερῆ vera ſunt, nempe poſt μορφὴν finiri τομὴν τροχαϊκήν. inutiliter autem ſuſpicatur κλεὶς poſſe legi: quum haec ſint incertiſſima. mox recte rejicit ἴτως. quamvis ita Flor. & Cod. exhibeat.

P. 56. ſic Flor. ἀντὶ τᾶς ἐγὼ ὠ Λυδίαν πᾶσαν οὐδ' ἐραννάν. in Turneb. πᾶσαν omittitur. & ſcribitur ἐραννάν. feliciter reſtituit Pavo ex ingenio, ſi credere fas eſt, utrumque. ſequitur in Cod. τροχαικὸν βραχυκατάληκτον.

Porro δηλαδὴ τὸ ἐφθημιμερῆ . . . ἀγαπητά deſunt in Flor. in Cod. videtur pro verbis ἐφθημιμερῆ ἔχον μορφὴν ſcribi ἐς τὸ ἐμφερῆ ἔχουσα μορφήν. vel illud additur. non bene capio deſcribentem. mox adnotare omiſiſſem, uti nullius momenti, rurſus haberi ἀνθέσμοισιν. ſed video Pavonem gravem notam adſcripſiſſe „ ἀνθέμοιΣΙ. *lege potius ut pag. praeced. legitur* ἀνθέμοισιΝ." ride ineptum hominem: qui talibus paſſim lectorem obtundit. mox ſtatim *de puncto tollendo tyrones* admonet imi ludimagiſter ſubſellii. porro monet ultimam in ἐγὼ per Synaloephen coaleſcere cum prima in οὐδὲ. id fieri aliquando verum: ſed rarius. Flor. utroque loco habet ὠ, & iſto igitur commento carere poſſemus, ſi tertia ſede Spondeus haberet locum. vix puto. vide Hephaeſt. p. 60. Λυδίας pro Λυδίαν ultimo loco Flor. de illa *clavicula dilecta & amabili* vidimus p. 57. Vanni.

Ibid. Τὸν λυροποιὸν ἠρόμαν Στράτιν εἰ κομίσοι.

Flor. Στράτιν & κομήσοι. audi Pavonem ad Anacreonta p. 298. ubi tamen rurſus deteriorem lectionem in textu edidit, ſordium amans muſca. „ *pro* Στράτιν *ſcribendum* Στράτιν. κομίσει *in* κομίσοι *vel* κομίζοι *non* mu-

mutatur male. diximus in notis ad Hephaeſtionem. Hic addo: Editio Juntina Στρέτλιν κομήσει. quod purum putum eſſe poteſt. κομεῖν ſaepe eſt unum & idem quod κομίζειν. Heſych. in κομεῖν & κόμεειν, ut alia praeteream." Cur non laudavit potius Scapulam, qui duo loca ex Homero adducit: cujus auctoritas Heſychiana longe eſt potior? at purum illud putum, Pave, non in ſola Florentina: dudum κομήσει edide-rat Urſinus p. 139. qui variationem animadvertit. pudeat hominem ſocordiae ſuae. Στρέτλιν porro recte viri nomen putat: Barneſius non tam feliciter, quam noſter Pavo ſolet, de meretrice hic cogitavit. male autem incuſat eum, quaſi τὸν haberet ante Στρέτλιν. perſpicue enim habetur τὴν. ſed luſcitioſus Corneliolus male oculis uſus eſt, vel *per inprudentiam hominis* τὸν *pro* τὴν *irrepſit*, quale hic ipſe Barneſio objicit. Nemeſis in vicino erat.

§ τὴν | prior vocula deeſt.

εὖιε κισσοχαῖτ' ἄνεξ χαῖρ' ἔφασκ' ἐκφαντίδης. ſic Flor. & mox Χοινίων ὦ Χάρον.

Mira felicitate rurſus ex Florentina pro ἔφασκε Φαντίδης, reſcripſit ἔφασκ' 'Εκφαντίδης. mira quoque felicitate in eadem incidit, quae habet Ph. Jac. Mauſſacus in Diſſert. Crit. p. 395. [402] ubi Φεριντίδης pro 'Εκφαντίδης notat correctum apud Athenaeum L. III. C. XVI. vide Heſych. ſtultus autem Pavo, qui de hujus lectionis veritate vel minimum dubitat. Sed judicio praeditus, ut rana plumis. mox ait, „ Ξενὶε *ſcribendum cum majuſcula. nam hic quoque nomen proprium eſt, ut ſequens* χοινίων, Ξενίας" at cur non ita in textu ſcripſiſti? notula periiſſet. quin unde id adeo certum ξενὶε & χοινίων eſſe nomina propria. Nonne νόμοι etiam *Muſici nomi?* nonne Pollux X. 79. χοινίωνα νόμον recenſet & Plutarchus de Muſica pag. 1132. Σχοινίωνα inter νόμους refert?

Heſych. in χοίνον [forte Σχοινίων] τῶν αὐλητικῶν νόμων τις. quid ſi ξένιος νόμος quoque fuit aliquis? vel nomen illud corruptum ſit! Mox ait. *Dico apud Cratinum. nam fallor aut ex ejus Comoedia petiit Noſter hoc exemplum.*" Vereor ut felicior hic ſit conjector quam in illo Ἰὼ κάϊκε &c. ſed tamen praecedens huc duxit κεραίνειον. at quoniam hic Ecphantides & Cratinus eodem vixerunt tempore, ut putat ex Schol. ad Veſpas vs. 1182. eo ſatis ſit veroſimile aemulos fuiſſe, & alterum ab altero traductum fuiſſe. χάρον porro an χάρων legas, ciccum non interduim.

P. 57. ἀτακτότατα | ἀτακτοτάτως. & ſic Cod.

μή τι μεῖζον | μή τοι μεῖζον. ut millies. vide p. 347. Vanni.

τυγχάνῃ | τυγχάνῃ. unde obſervatiuncula de μὴ pro οὐ poſito corruit.

καὶ ξυνεγεννόμην | Miſellus dubitat, an non hoc ſit vitioſum: dubitat an ξυνεγινόμην ſit ſcribendum. quo modo Flor. & Cod. at quis dubitabit ſanus? Certe Canterus propudioſum illud ξυνεγεννόμην non ſervavit. audi rurſus de hac re καρφολόγον Criticum noſtrum p. 154. *ξυνεγενόμην ad calcem libelli mutatum in ξυνεγεννόμην. fors bene, fors male. quid ſentiam dixi ad ipſum locum. ex hoc ξυνεγενόμην poſſem noſtrum* (Florentinum) *ξυνεγινόμην elicere.*"

Ἀεὶ τοῖς ἀγαθοῖς φάγροισιν. Fl. ἂν τ. α. φ. Audi hic Pavonem. *Eupolis per φάγρους forte homines, non piſces intelligit.* Utinam piſce magis mutus hic & in mille locis fuiſſet. Paraſitus hic loquitur & helluo, homo Pavoni ſimilis, qui ſe jactat ſemper ἀγαθοῖς φάγροις συγγενέσθαι, nempe τοῖς Ἐρετρικοῖς. eos enim in deliciis fuiſſe patet ex Athenaeo L. VII. C. XII. p. 295. D. τὰ ἀγαθὰ ſaepe de exquiſitis ferculis dici notum. uti apud Latinos *Bonae res.* loquitur ſane poëta, quaſi piſces eſſent homines, ſed longe alia de cauſa, quam Pavo ſomniat.

ſomniat. quippe paraſitus habitans in patinis, familiaritatem & conſuetudinem contraxerat cum delicatis cibis. hinc dicitur pro *veſci*, *edere*, *bibere*. συγγενέσθαι, συνεῖναι. ὁμιλεῖν οἴνῳ, ὀψωνίοις. εἰς λόγον ἔρχεσθαι ὀψωνίων. πρᾶγμα εἶναι τίνι σὺν φρέατος. ut Martialis

Res tibi cum ſcombro eſt, res mihi cum ſparulo.

Haec & plura, quae turpiter ignoravit, videantur apud Arnaldum ex Caſaubonianis ad Athenaeum. ubi multis quoque locis oſtenditur φάγρος in deliciis fuiſſe.

Porro rurſus promittit de titulo dramatis Eupolidis ἀστράτευτοι *dicturum alibi*. tu Lector hic conſule Eruditiſſimum Arnaldum: poſt quem ſi quid dixerit, ineptias dicet fungus Criticorum.

ὅλον αὐτὸν | ὅλον αὐτό. Flor. & Cod.

Σίμαλον | Σίμετρον εἶδον ἐν χωρῷ. Pavo Σίμυλον. *alterum ignotum ipſi.*" & quoniam omnia novit, proinde nusquam exſtat vel exſtitit. ſed an ignorat *Chryſalus* & ſimilia vocabula?

σύμπλυκτον | σύμπυκτον.

ἐν τῇ Κοριανοῖ | ἐν τῇ Κοριαννοῖ. ut Pavo potius ſcribit. At ad Schol. p. 35. „ ἐκ Κοριάνους *ait ſcribe* Κοριάννους" imo ſcribe Κορίαννους. a Κοριαννώ. ut Σαπφώ σαπφοῦς. miror hoc Meretricis nomen adeo ignotum fuiſſe homini. Athenaeus enim aperte ait Lib. XIII. 3. πολλὰ δράματα ἀπὸ τῶν ἑταιρῶν ἔσχε τὰς ἐπιγραφάς. Φερεκράτους Κοριαννώ. quem locum advocat Sylburgius ad E. M. in Ὑοσκύαμος. ubi habetur etiam in Cod. meo ἐν Κοριαννοῖς. At apud Athenaeum ſemper ἐν Κοριαννοῖ. vide dubitantem Jungermannum ad Poll. X. 179. ubi Cod. Κοριαννοῖ. Photius vitioſe. ἐπὶ τῆ ἀρσενικοῦ Κοριάνις Φερεκράτις. πάντων γάρ εἰσι τῶν φίλων ἑνός γέ του. vide doctiſſ. Albertii Indicem.

& Meurſii Bibl. Attic. nec non ad Nicomachum p. 175. & Fabricii Biblioth. Graec. miror tamen toties Κοριαννοῖς occurrere. an pluralis numerus de cauſa nobis ignota habuit locum, ut *in Menaechmis* Plauti & *Archilochis* Cratini?

ἐξευρήματα καινῶ | deſunt. [Συμπήκτοις | συμμύκτοις] Δήμητρι τῇ Πυλαίῃ τῇ τοῦτον ἐκ Πελασγῶν. | τῇ τοῦτων ὁ ἐκ Πελασγῶν. Codex Vatic. Anthol. vitioſe σὺν ἐπελασγῶν. mox „ ἰδήματο. Plagiarius ait. *olim ἰδείματο ſcriptum.* „ At non olim, ſed nunc in Flor. & apud Bentlejum. & in Membrana Vaticana. Ταῦθ' ὁ Ναυκρατίτης. Gujetus vult πάνθ'. τὸ ὅλον. de mala ſcanſione Lectorem fatigare non debuerat. ὅπερ παρέταξεν ἐπισύνθετον, ἢ ἐκ δακτυλικοῦ. | deſunt in Cod. Flor. autem habet ἐπὶ συνθέτου. & ἢ ἰθυφαλλικοῦ. mox καὶ τὸ ἐξ ἰθυφαλλικῶν δύο κ. σ. π. Flor. & Cod.

P. 58. δεῦτε | δεῦτε. Παρθένον ἂν ἄρσο | π. ἀνάρσας. Μηλίχεος δ' ἐπ' ἱμέρτῳ | μέλιχρος δ' ἐπιμερτῷ. de Pavonis propudioſo Μηλίχεος vidimus p. 368. Μελιχρὸς producitur Anacreonti Oda XXXVIII. Μελίχρος legiſſe Scholiaſten ipſe adgnoſcit p. 155. & tamen audet mutationem ineptam. ἐφ' ἱμέρτῳ ſcribendum etiam monuimus alicubi.

P. 59. καὶ παραίνεσιν ἢ ἄλλως τῶν χρησαμένων ποιητῶν. Pav. *Aliae membranae τῶν Χρησιμωτάτων. cave mutes. vulgata bona.* „ Ego. Χρησιμωτάτων. *Flor. & Cod. Manuſcriptus. cave mutes. antiqua lectio bona eſt.* ſic jam abite, Lectores eruditi: quibus ego Pavusque ſcribimus. cauſam enim, cur haec illa praeſtet lectione, Graece docti videtis ſtatim. Quia tamen Graece docti nec mea & longe minus Pavonina ſcriptione opus habent: minus peritis cauſam, cur antiqua recentiori praeferenda ſit, addam. Χρησαμένων. *eos qui πολυσχηματίστοις metris uſi fuerunt.* Χρησιμωτάτων. *optimos, & qui a Grammaticis inter Claſſicos recepti*

cepti fuerunt, *notat Poëtas.* & horum metra tractat: non quorumvis de plebe verſificatorum monſtra. centies ita ſuperlativi contracte ſcribuntur. paſſim *poëtae auctores* Χρησιμώτατοι in ſcriptis occurrunt Grammaticorum. alterum illud quidem probum per ſe: non hic. ut apud Salluſt. de Diis C. III. ὅτι μὲν ἂν θεῖοι οἱ Μῦθοι, ἐκ τῶν χρησαμένων ἐςὶν εἰπεῖν.

ἔςι τάδε | prior vox abeſt.

P. 60. [Χερρονησιώτη | Χερρονησίτη] Pav. „*apud Stephanum* ἐυφορίων Θρακὶ *bis laudatur.* [ut annotavit Meurſius ad Chreſtomathiam Helladii p. 967. Tom. X. Theſ. Gronov. in ἐγκαῖα & ἄσβωλος] *fallor an idem Opuſculum eſt.* Θρᾶξ [Θρᾷξ] & χερρονησιώτης " haec ſuſpicio ipſo Pavone levior. nam Hephaeſtion dicit τῷ Χερρονησιώτῃ. in citationibus non ſolent addere articulum. Quid! nonne pro meo jure & probabilius dicam forte hos verſus exſtitiſſe in ejus Διονύσῳ, cujus ter meminit Steph. Ἀκτή. Λύκαψος. & ὠρύχιον. quamvis verſiculus ſub voce ultima exſtans potius videatur Hexameter. ſed quis nobis dixerit toto poëmate metro eodem uſum Euphorionem.

τελεταὶ | τελεσαὶ δ' ἐξ | ἢ ἐξ.

κνεφαῖος | deeſt. τέλμα | λαῖτμα. hoc eſt natum ex gl. λαῖτμα θαλάσσης notiſſimum erat: non adeo τέλμα. nempe Euphorion reſpicit opinionem, qua Πηλύσιον ἀπὸ τοῦ πηλοῦ dictum volebant. Heſych. Τέλμα τόπος πηλώδης, ἔλαφος [ab ἔλος] πλὴξ, ἰλύς. Τελμῖνος. μολυσμάτος πηλώδους. Τέλματα τὰ πηλώδη καὶ τελευταῖα τοῦ ὕδατος. Τελμάτων, πηλῶν. & quod extra dubium hanc rem ponit, en Strabonis teſtimonium L. XVII. p. 1154. Μεταξὺ δὲ τοῦ Τανιτικοῦ καὶ τοῦ Πηλουσιακοῦ λίμναι, καὶ ἕλη μεγάλα καὶ συνεχῆ, κώμας πολλὰς ἔχοντα. καὶ αὐτὸ τὸ Πηλούσιον κύκλῳ περικείμενα ἔχει ἕλη, ἅτινες Βάραθρα καλοῦσι καὶ ΤΕΛΜΑΤΑ. ὠνόμασαι δὲ ἀπὸ τοῦ πηλοῦ καὶ τῶν ΤΕΛΜΑΤΩΝ. Euphorionis autem

& Meurſii Bibl. Attic. nec non ad Nicomachum p. 175. & Fabricii Biblioth. Graec. miror tamen toties Κοραννοῖς occurrere. an pluralis numerus de cauſa nobis ignota habuit locum, ut *in Menaechmis* Plauti & *Archilochis* Cratini?

ἐξευρήμαλι καινῷ | deſunt. [Συμπτύκτοις | συμμύκτοις] Δήμητρι τῇ Πυλαίῃ τῇ τοῦτον ἐκ Πελασγῶν. | τῇ τοῦτων ὁ ἐκ Πελασγῶν. Codex Vatic. Anthol. vitioſe οὐκ ἐπελασγῶν. mox „ ἐδήμαλο. Plagiarius ait. *olim* ἐδείματο *ſcriptum.* „ At non olim, ſed nunc in Flor. & apud Bentlejum. & in Membrana Vaticana. Ταῦθ' ὁ Ναυκρατίτης. Gujetus vult πάνθ'. τὸ ὅλον. de mala ſcanſione Lectorem fatigare non debuerat. ὅπερ προέταξεν ἐπισύνθετον, ὃ ἐκ δακτυλικοῦ. | deſunt in Cod. Flor. autem habet ἐπὶ συνθέτου. & ἡ ἰθυφαλλικοῦ. mox καὶ τὸ ἐξ ἰθυφαλλικῶν δύο κ.σ.π. Flor. & Cod.

P. 58. δεῦτε | δῆυτε. Παρθένον ἂν ἄερο | π. ἀνάερας. Μελίχεος δ' ἐπ' ἱμέρτῳ | μέλιχρος δ' ἐπιμερτῷ. de Pavonis propudioſo Μηλίχρος vidimus p. 368. Μελιχρὸς producitur Anacreonti Oda XXXVIII. Μελί... legiſſe Scholiaſten ipſe adgnoſcit p. 155. & ta... audet mutationem ineptam. ἐφ' ἱμέρτῳ ſcribendum etiam monuimus alicubi.

P. 59. καὶ προαίρησιν ἢ ἄλλως τῶν χρησαμένων ποιητῶν. Pav. *Aliae membranae* τῶν Χρησιμωτάτων. *cave mutes. vulgata bona.* „ Ego. Χρησιμωτάτων. *Flor. & Cod. Manuſcriptus. cave mutes. antiqua lectio bona eſt.* ſic jam abite, Lectores eruditi: quibus ego Pavusque ſcribimus. cauſam enim, cur haec illa praeſtet lectione, Graece docti videtis ſtatim. Quia tamen Graece docti nec mea & longe minus Pavonina ſcriptione opus habent: minus peritis cauſam, cur antiqua recentiori praeferenda ſit, addam. Χρησαμένων. *eos qui* πολυσχηματίστοις *metris uſi fuerunt.* Χρησιμωτάτων. *optimos, & qui a Grammaticis inter Claſſicos recepti*

cepti fuerunt, *notat Poëtas.* & horum metra tractat: non quorumvis de plebe verſificatorum monſtra. centies ita ſuperlativi contracte ſcribuntur. paſſim *poëtae auctores* Χρησιμώταλοι in ſcriptis occurrunt Grammaticorum. alterum illud quidem probum per ſe: non hic. ut apud Salluſt. de Diis C. III. ὅτι μὲν οὖν θεῖοι οἱ Μῦθοι, ἐκ τῶν χρησαμένων ἐςὶν εἰπεῖν.

ἔςι τάδε | prior vox abeſt.

P. 60. [Χεῤῥονησιώτῃ | Χεῤῥονησίτῃ] Pav. „*apud Stephanum* ἐυφορίων Θρακὶ *bis laudatur.* [ut annotavit Meurſius ad Chreſtomathiam Helladii p. 967. Tom. X. Theſ. Gronov. in ὀγκαῖα & ἄσβωλος] *fallor an idem Opuſculum eſt.* θρᾷξ [θρὰξ] & χεῤῥονησιώτης " haec ſuſpicio ipſo Pavone levior. nam Hephaeſtion dicit τῷ Χεῤῥονησιώτῃ. in citationibus non ſolent addere articulum. Quid! nonne pro meo jure & probabilius dicam forte hos verſus exſtitiſſe in ejus Διονύσῳ, cujus ter meminit Steph. Ἀκτή. Λύκαψος. & ὠρύχιον. quamvis verſiculus ſub voce ultima exſtans potius videatur Hexameter. ſed quis nobis dixerit toto poëmate metro eodem uſum Euphorionem.

τελεταὶ | τελεςαὶ δ' ἐξ | δὲ ἐξ.

κνεφαῖος | deeſt. τέλμα | λαῖτμα. hoc eſt natum ex gl. λαῖτμα θαλάσσης notiſſimum erat: non adeo τέλμα. nempe Euphorion reſpicit opinionem, qua Πηλούσιον ἀπὸ τοῦ πηλοῦ dictum volebant. Heſych. Τέλμα τόπος πηλώδης, ἔλαφος [ab ἕλος] πλὲξ, ἰλός. Τελμῖνος. μολύσμαλος πηλώδους. Τέλματα τὰ πηλῶδη καὶ τελευταῖα τοῦ ὕδατος. Τελμάτων, πηλῶν. & quod extra dubium hanc rem ponit, en Strabonis teſtimonium L. XVII. p. 1154. Μεταξὺ δὲ τοῦ Τανιτικοῦ καὶ τοῦ Πηλουσιακοῦ λίμναι, καὶ ἕλη μεγάλα καὶ συνεχῆ, κώμας πολλὰς ἔχοντα. καὶ αὐτὸ τὸ Πηλούσιον κύκλῳ περικείμενα ἔχει ἕλη, ἅτινες Βάραθρα καλοῦσι καὶ ΤΕΛΜΑΤΑ. ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τοῦ πηλοῦ καὶ τῶν ΤΕΛΜΑΤΩΝ. Euphorionis autem

ingenium erat non alienum ab his luſibus. Helladius loco modo laudato eum ait habere multas κακοζήλους λέξεις. hanc tamen locutionem inter has non retulerim. boni poëtae etiam in his ſibi indulſerunt. porro ait Strabo illa loca τέλματα & βάραθρα vocari. at in aliis Codd. Strabonis habetur βάθρα. βάραθρα reponit magnus Caſaubonus & ad L. XVI & XVII. p. 1076. & 1154. ex tribus locis Diodori: & ex altero Polybii. ubi βάραθρα διὰ τὸ ἀνυδροῦ vocari dicuntur. ſi βάραθρα vera lectio, ut nihil dubito, illa etiam Suidae reſtituenda, ubi τέλματα explicantur βάθρα. eodem modo apud Photium. & id vero ſimile: quia & τέλμα φρέαρ & βάραθρον χάσμα φρεατῶδες explicatur Suidae. Ariſtoph. Avib. vs. 1592. Ὄμβριον ὕδωρ ἂν εἴχετ' ἐν τοῖς τέλμασι. Schol. ἀντὶ τοῦ ἐν τοῖς φρέασι. κυρίως δὲ τὸ Πηλῶδες καὶ μὴ ἔχον ὕδωρ. Sed hujus rei arbitrium eſto penes doctiſſimum Weſſelingium: qui Diodoro ſalutares admovit manus, & ſi quid in Codd. ejus varietur, nos monere non gravabitur. rurſus certe apud eundem L. I. p. 26. [18] de his locis verba, πεδία τελματώδη, τὰ προσαγορευόμενα βάραθρα firmant lectionem Euphorionis & emendationem in Suida & Photio. Quin tamen Etym. M. βάθρα, in Codice meo quoque, agnoſcitur, & praeterea definitur τόπος πηλώδης ὕδωρ ἔχων. ubi negans particula inſerenda, ut ne Polybio & Schol. Ariſtophanis adverſetur. βάθρα poſſent reſpondere *vadis*, quae circa Peluſiacum litus ſunt: ſed de illis cogitari nolim. Pavonis autem conatus in voce βέβηλος eſt temerarius.

P. 60. τὰ τοιαῦτα] Articulus abeſt in Cod & Flor. Ἐν τοῖς Κορίννης] ἐν τοῖς Κορίννης γέροια εἰσομένα ταναγρίδεσσι λευκοπέπλους. μέγα δ' ἐμὴ μέγα ἡ πόλις λιγουροκωτίλης ἐνοπῆς. ὧδε καὶ [τόδε. καὶ πεντήκοντα ὁ ὑψίβιας. ſic Flor. at Cod. πεντήκοντ' οὐψίας, credo. Pavunculina excutiamus „ καλὰ γέρεια εἰσομένα] *pulcra praemia collocatura*

catura. ἀειρόμενα vel *εἰρόμενα potius eſt ab* ἔω *ſtatuo, colloco.* γέρρα *pro* γέρα *Idiotiſmus eſt ſatis notus.*" recte praefert ſpiritum aſperum. licet in multis locis ἀ-σασθαι ſcribatur. Theocr. XVII. 123.

Μητρὶ φίλᾳ καὶ πατρὶ θυώδεας εἴσατο ναούς.

ſed illum ſatis notum idiotiſmum porro explicitum oportebat. γέρρα etiam Cod. Urſini MStus. ego talem idiotiſmum me ignorare fateor: & licet contrarium, ſolito ſuo ignorantiae velo utens, adſeveret, ipſum Pavonem ignorare non dubito.

μέγα ἢ μὴ γέγαθε πόλις | *fallor an ſcribendum* μέγα δ' ἐμή." fallor an plagiarius hoc ſublegit Florentinae vel Urſino, qui ita ante CL. annos emendavit. quae porro de ſenſu horum verborum habet, ſtulta ſunt. ſtulta etiam conjectura ἐμῆς; „*denique ne ſimus igitur incauti aut male morati in his.*" addit hic φορτικῶς male moratiſſimus in his & omnibus Pedanta. „ *At quod Boeotica Dialectus deſideret* ἐμὰ *facile per ſe quis expedire poteſt*, ait. imo facile id fieri poteſt. ſed hoc infirmat emendationem. cum γέγαθεν juxta adſtet & ἐμὰν dixerit in alio carmine. ſed λιγυροκωτίλης & ἐνοπῆς mutanda etiam eſſent. quare non obſtare puto. vide autem Metrici ignorantiam cum edat cum Turnebo

˘ ˉ ˉ ˉ ˘ ˉ ˘ ˉ˘
Λιγυροκωτιλης ἐνοπης

& ſecundam in prima voce producat, ignarus Boeotorum dialecto dici θυγάτηρ. & tamen corripi ſyllabam. vide de hac re, & de hoc verſu Salmaſium ad Inſcript. p. 173. ſic mox pro γλυκὺ ſcribendum γλυκύ. ut recte in Florent. hinc forte varietas illa in ὑψιβίας. ubi fortean ὑψιβίας ſcriptum ab ipſa Corinna,

na. hinc ſuo jure Graeci *Poſtumus* potuerunt vertere Πόϛυμος, nec tamen producere ſyllabam. Sed tamen p. 159. e Schol. hoc didicit, quem nondum antea perceperat. nam hoc ad ipſum textum monitum oportebat. quod etiam ibi de Τανάγριδεσι factum oportuerat. Porro Criticum rogatum velim, quid de hoc verſiculo ſentiat: ſitne Corinnae an alius. Urſinus & Wolffius in Corinnae fragmentis non adgnoverunt. ego Corinnae putarim, quia ſequitur. ἔτι δὲ καὶ [addit Flor.] πλείοσιν αὕτη κέχρηται σχήμασι. Schol. una quoque explicat.

Προφανὴς γλυκοῦ δέ τις ἄδων l Flor. πρ. γλουκουδέ τις αἰδὼν πελέκεασι δονεῖται. recte Arnaldus πελέκεασιν. Noſter primo loco Προφανὴς nomen proprium facit „ *Prophanes vero aliquis Glyci cantans.*" egregia me hercule ſententia. imo ex γλυκὺ ſive Boeotice γλουκὺ, aliud nomen proprium ipſi quoque eſt Γλυκὸς Γλυκοῦ. novi Γλύκων & Γλύκη. ſed Γλυκὸς non novi inter propria nomina. γλουκὺ appellativum verius videtur. nec oggerat γλυκὺ ultimam corripere. nam eſto. unde novit hanc quantitatem hic reſpui? Deinde ſententia mutata Προφανὴς eidem eſt *publice.* at levia haec ſunt prae illis deliramentis, quae mox proponit. „ *Fors Corinna dederat* προφανὴς γλυκὺς δέ τις ἀγκὼν πελέκεσι δονεῖται." Audi ipſum „ *locus infamis propter luxuriam dicitur* γλυκὺς ἀγκὼν *vide Athenaeum* L. XII. C. 3. *Convivii.*" (vapide hunc titulum addit.) pro more minus candide agit, haec ita Lectori proponens, quaſi omnia eſſent liquidiſſima, quae ad hunc γλυκὺν ἀγκῶνα ſpectant. Nam paroemia illa γλυκὺς ἀγκὼν admodum varia & contraria ſententia ab auctoribus & Grammaticis accipitur. imo alii non ἀγκῶνα, ſed ἀγῶνα, imo ἀγνεῶνα agnoverunt. nec ſolum enim apud Athenaeum eo loco, ſed & C. IX. & apud Zenobium Cent. II. 92. (ubi Athenaeus

naeus L. XII. III. laudatur.) In Appendice Vatic. I. 55. in Platonis Phaedro Tom. III. p. 259. E. Heſych. & Suida. [vide Kuſter.] apud Euſtathium late ad Il. K. p. 791. fuſius ad Il. Π. p. 1082. Illum igitur, qui in Corinnae locum proverbialem hanc locutionem vult intrudere, paroemiae ſententiam ante omnia explicare, & huic loco aptam commonſtrare oportebat: non ita ſimpliciter, *erat locus infamis*, ſcribere. Quid! non credibile, Corinnam hujus meminiſſe. ſi enim Corinna hoc proverbio uſa fuiſſet, cur apud Platonem magis in Phaedro, vel erronee forte apud Platonem Comicum exſtare docuiſſent, quam apud poëtriam noſtram. Sane haec aegroti plane ſomnia. „*Talis*, ait, *voluptatum cloaca fuerat urbs illa, quam hic everſam legimus.* Altera Sodoma crederes. & haec tamen ſuſpicio *lenocinatur ipſi: nam ſimilis verae. id blanditiis ejus pellectus adfirmare non erubeſcit*, ſe ſuaque fatue deperiens Narciſſus. Urſinus habet ἐφ' ἵππῳ. illud. αἰδὼν mirum mihi accidit: ἀηδὼν hic locum non habebit! videant acutiores. mox plura.

P. 60. Ὦ καλλίϛη πόλι πασῶν, ὅσας Κλέων ἐφορᾷ.
Ὡς εὐδαίμων πρότερόν τ' ἦσθα, νῦν ἢ μᾶλλον ἔσῃ.

Ingenioſe Arnaldus ex Priſciano, qui hos verſus laudat, ὅσος Κλέων ἔφορος. Flor. tamen habet ἐφορᾷ. Vide autem ex hoc loco, Lector, quam ineptus ſit Pavo ad auctorem hunc edendum: qui vix bis vel ter conparavit loca Scholiaſtarum & Grammaticorum, qui ipſis Hephaeſtionis ſaepe verbis uſi fuerint. quoties id factum ex Arnaldi notis patuit & patebit porro. illud ἦσθα & ἔσῃ forte ſibi opponuntur, ut apud Sueton. Domitiano C. ultimo.

Nuper Tarpejo quae ſedit culmine cornix,
Eſt bene, *non potuit dicere, dixit*, erit.

P. 61.

P. 61. εὐπλίδειον. | εὐπλίδιον. Cod. & Flor. pro τοῦτο Cod. habet τὸ. ἐν ᾧ τροχαικὰς | ἐν ᾧ τὰς τροχαικὰς Cod. & Flor. χ᾽ ᾧ καταπύγων | χ᾽ ὦ κ. ἐξῆς | ῥητέον. Cod. & Flor. addunt.

P. 63. ἡφαιςίων | περὶ ποιημάτων. ſimpliciter in Cod. & Flor. τοῦ ἐπ᾽. | τοῦ abeſt a Flor. Cod. τὰ. habet. abeſt mox a Florent. καταχρηςικῶς ἐστί. [ἢ παῖς . . . . πικόντες | exemplum hoc ſeparatur a textu.] [ἀπὸ ςίχου | ὑ. ςίχον.] [σύςημα ἔχει | συςηματικόν ἐςι.] κατὰ σχέσιν μὲν ἐςιν | Cod. & Flor. καὶ κ. σχ. μ. ἢ τῆς αὐτῆς συζυγίας | deeſt in Flor. ἀρχῆς | ἀρχικῆς.

P. 64. ὁμολογουμένων συνέςηκε | ὁμολογούμενα συνέςη. [κατὰ συςήματα | κ. συςηματικά.] [σιμονίδειον | σιμωνίδιον] [πλάτει | πλάτα videtur] ἀλεῖος πάλα | α. πάλαι Flor. & MS. ἄλιος MS. & ἀερσίδημος. ἀπολελυμένων | υμένον. ambo. [τοῦ συςήματος | τοῦ σώματος χ.] καὶ καθ᾽ ἑτέραν | καθ᾽ ἑτέραν. ἕκαςα τῶν | ἕκαςον τ. τά δε κατὰ περικοπὴν | τ. δ. κ. παρακοπήν. τάδε κοινὰ κατὰ σχέσιν | in utroque deſunt. [μονοςροφικὰ | μονοςροφαί.] [ἐν τῇ π. προῳδικὰ | ε. τ. π. περιῳδικά.] ἐν μέσῃ μεσῳδικὰ | ἐν μέσῳ ᾠδικά. ſic Cod. quoque. περιῳδικά ἐςιν, ὅταν αἱ. | παραπῳδικά ἐςιν. ὅτε εἰ μὲν. mox καὶ αἱ ε. μέσῳ τ. π. ἀνόμοιαι | deſunt. [τὰ ἢ κατὰ, περικοπὴν | ταῖς ἢ κ. π.] παρακοπήν. Flor. τὰς περικοπὰς | τ. δ. παρακοπάς. ἐν ταῖς π. | ε. τ. παρακοπαῖς. τῇ περικοπῇ περιόδους | τῇ παρακοπῇ περιόχους. ὅσα τρεῖς | ὅσα τρία. τέτταρας | τέτταρα. ἀπὸ τοῦ τέλους | ἀ. τ. παραβάλλεται | παραβάλλεσθαι. παραβάλλονται MS. ἀπ᾽ ἀρχῆς | ἀπὸ τῆς ἀρχῆς | ambo. σχέσιν εἰσὶν. | σχ. ἐςὶν. [μὲν κατὰ σχέσιν | ἢ κ. σχ.] κατὰ περικοπὴν | κ. παρακοπήν. [ἢ κατα π. [ἢ χ. Cod.] καθ᾽ ἑτέραν μὲν ἰδεῶν | κ. ἑταίραν μὲν ἰδέαν.

rurſus

rurſus ἐπίεσεν. ut millies. ἰδέαν etiam Cod. [Δοκεῖν| ſequuntur hic Scholia. Ἰςέον ὅτι τὸ μὲν μέτρε. poſtea hic textus. τῦ αὐτῦ | περὶ σίχε, κώλε, κόμματ☉ καὶ συςήματ☉. ὅτι μεῖζον ποταμῶν | deſunt. & hoc arrodit noſter. ἐὰν ἐλλείπῃ | ἐὰν δέ τι ἐλλείπῃ. κατὰ σίχον | κατὰ σίχε.

P. 66. κατὰ σύςημα | κατὰ συςήματι. δυάδι ς.| δυάδι δισίχων. τῷ δύναθαι τῆ ποιητείαν † quid hoc ſibi ΤΗΣ vult? τῆ ποιητείαν. novum declinandi canona obſervate, pueri. hic magiſter ſcilicet adeundus, ſi Graecum novum diſcere cupitis. Sed eſt vitium typographicum. at talia ſe longe melioribus viris exprobravit ſcurra. ἡμῖν τί τὸ ἐςι σίχ☉ | ἡμῖν τι τὶς ἐςὶ σίχ☉. ἐυναίες | εὐνέυες ἀριθμὲς Ἔχειν ἴσον ὀλέθρῳ. hic paginam commaculat ex majore parte, ut contra Scaligerum ad Catulli Comam Berenices: Bentlejum ad Callim. Fragm. 118. imo omnes eruditos, ut jactat, oſtendat legendum non ἔχθειν, ſed ἔχειν. ἴσον eſſe ſubſtantivum, & ideo habere genitivum ὀλέθρω. omnia aeque ſtolide & barbare.

συςημα γεγραμμένων | συςήματα γεγραμμένα. ἃ δελέυων ἀνταποδοσ | ἃ δελέυοντ᾽ ἀποδώσ.

P. 67. θερατοὺς Α. π. | θεραπ. πάλαι ambo. ὑπὸ ποδὸς | ὑπὸ ποδῶν. ὀυκ ἐςιν ἐξ | ἐχ ἕξειν ἐξ. κακοτάτων | κακοτατ παῖδ᾽ Flor. Cod. quoque παῖδ᾽. mox τις ὤν. Flor. ἐπεὶ | ἐπειδή. Cod. mox νομίζωμεν & ἐπεὶ μοι δὶς Flor. περὶ μικτῶν . . συςηματικῶν | Pavus „ *banc diſtinctionem dele.* idem teſtes noſtri monent ambo. hominis artes noſti. [κατὰ μίκτων | μίκτων in Cod. videtur.] συςηματικῶν | συςημάτων. ἐπὶ τῦ | ἐπὶ τ. κακοτάτων | κακωτάτην Flor. in MSto videtur eſſe δειλὰ & κακοτάτω.

P. 68.

P. 68. ὢν τις τοῦ | τις ὢν τοῦ γοῦν. τὰ δὲ κοινὰ κ. χ. deſunt. ὅποσα | ὅσα. τα Σ. τὰ Α. | τοῦ Σαπφοῦς, γοῦν ἂν Flor. γοῦν etiam Cod. ἐπῳδικὰ δὲ | ἐ. μὲν οὖν. συςήμασιν | deeſt in utroque. γίνεται γὰρ | ultima vox deeſt. ἐπῳδικὴ | ἐπῳδή. πεντὰς | πεμπτὰς. μέσον | μέσου. [προῳδικὰ | προσῳδικά. γρ.] σ. διάφορα | in utroque deeſt. προεικοσπλῆν | παρακοσπλῆν & mox παρακοσπῆ. τοῦτον | τούτων. ἐπιγεγραμμένῳ | ἐπιγραφομένῳ.

P. 69. εἴδους | εἴδη. καὶ τὰ ἑξῆς | deſunt. τὴν νῦν ἔκδοσιν | τ. ἔνδοσιν. ἐςι μου | deeſt prior vox. εἰ δὴ τούτων εἶναι | hic ordo. ἐπιφώνημα | ἀναφώνημα. πλείονα | πλείω. πεμμήελόν τι | Flor. τετμηκέναι | abeſt. βραχυκαταληξίαν | βραχυκατάληξιν. ὁπόσα ἀπὸ | ὅσα ὅποσα ὑπό.

P. 70. οἷον | οἷα μ. Φ. γίνεσθαι. οἷα quoque Cod. ἐν ταῖς παρῴδοις | barbarum hoc non animadvertit ſoloeciſta noſter niſi p. 74. ubi recte apud Schol. ἐν ταῖς παρόδοις. Flor. partim bene ἐν τοῖς παρόδοις. καὶ καταάληξιν . . . ἀναπαιςικὰ | deſunt. οὐ μέντοι | οὐ μὴν. ἐπειδὴ καὶ | καὶ abeſt. ὑψοῖ δὴ | ὕψοι δέ. γαμβρὸς ἔρχεται ἴσος ἄρει | γαμβρὸς ἐ. ἴσως ἄρει. Fulv. Urſin. ὕψι δὴ & ἄρηι. ὕψι. μετέωρον. ἄνω. ὑψηλοῦ. apud Heſych Suid. & ſic apud poëtas ſaepius. Portus quoque ὑψιδή. ſic recte edidit Wolfius. ſic exſtat apud Demetrium Phalereum de Eloc. §. CXLVIII. quem ignoravit Pavus. qui pro auctoritate. ὑψοῖ idem quod ὕψου. An mendaci toties quis credat! porro Demetrius quoque recte habet ἄρηι. & praeterea εἰσέρχεται. mox Flor. πάτερ | περί. hoc in gratiam Pavi: ut Codd. legere diſcat: in quibus toties notas crepat, quae numquam niſi in phrenetico ejus cerebello exſtitere.

παρήειρ

περιήειρε | παρείηρε. ὡς Ἀνακρέοντι. | rogatum velim Burdonem noſtrum, unde iſte Dativus pendeat. adde περὶ ex utroque libro.

γένοιντο ἂν | γένοιντ᾽ ἄν. τινες | abeſt. τί μ. | τοι μ. ut millies.

ἢ πεπαγμένον | ἢ τὸ τ. in utroque. [τὰ δὲ | Cod. videtur τινὰ δὲ] καὶ ἐ. π. | abeſt prior vox. & ſic Pavo non conſulta Sphinge.

P. 71. καὶ τὸ β. | καὶ abeſt. ὁρᾷς | Urſinus p. 342. ait. ἐρᾷς vel ἐρᾷ *legerem*. Pavus hoc neglexit. & ſtulte ἢ vertit, ἔφη. At ἢ hic adfirmantis particula. μένῳ | μένῳ. Flor. & Urſin. p. 203. τηλικαῦται | τοιαῦται. ἐπεζεῦχθαι | ἐπιζεῦχθαι. π. ἀνομοιομερές | π. ἀνομοιομερῆ. vide p. 75. ubi τῆς δὲ περιβάσεως μερῶν ὄντων ἑπτά. Εἴδη ἑπτὰ | μέρη ἑ. ἐπειδὰν | ἐπειδὴ ἐλθόντες. ἀντιπρόσωπον | ἀντιπρόσωποι. recte. π. ὠνομάσθη | π. οὕτως ὠνομάζετο. γὰρ ὁ Ε. | articulus abeſt. καὶ εἶδός ἐστιν | duae ultimae voces abſunt. τῷ γένει | τῷ ὅλῳ. ἐπιμηκέστερον | ἐπιεικέστερον. τὰ κατὰ χ. | articulus abeſt.

P. 74. ἄλλως παρ᾽ ἄλλοις | ἄλλοις ἄλλως. ἥτε παράγραφος —. | non comma, ſed punctum in Flor. & ſic in Codd. Καὶ ἡ κορωνὶς ζ. καὶ ἡ ἔξω νενευκυῖα διπλῆ ⸖. καὶ ἔξω ὁ ἀς. ſic in Flor. στροφὴν τίθεται | hic ordo. ἀντιστροφὸν | ἀντιστροφήν. καὶ ἐπωδὸν. ἡ παράγραφος | κ. ἐ. ἡ. παράγραφος μὲν ἐπὶ τὸ [τοῦ] τέλους τῆς στροφῆς καὶ ἀντιστροφῆς κεῖται. ἐπωδῇ | ἐπωδῷ. Flor. & hic Pavus. τίθεται ὁ ἀστερίσκος | ſic. τετελειῶσθαι | τέλεστου. ἐ. μόνης | ἐ. μόνος. modo ὁ ante ἀστερίσκος abeſt. κατὰ δὲ τὴν ἀρ. | κ. δ. τὴν νῦν ἀ. μεταβολῇ | μεταβολῆς. ἤδε δ. | καὶ ἡ μὲν δ.

P. 75. πολλὴ | ἐστι πολλή. καὶ π. 'Α. | abeſt καὶ. ἐποίησαν | ἐποίησεν. Flor. hoc vidit, qui ſupra pendere in aëre non viderat τὸ 'Ανακρέοντι. nempe ibi negligenter conſuluerat Sphingem domeſticam. τοῖς ἑτέροις | τ. ἑ. ἡ δὲ διπλῆ σημαίνει τό. Τούτοις τοῖς προειρημένοις | Pavo. *Turnebus recte ediderat* τούτοις τοῖς σημείοις τ. πρ. *quod ab operis noſtris male mutatum.*" debuerat notaſſe. *Quas voces ego Pavus, correctoris munere fungens, pro ſupina mea incuria hic rurſus, ut ſaepe, ſupplere neglexi.* καταλείπεται | καταλείπηται. καὶ ἀντιστρόφου | καὶ τῆς ἀντιστροφῆς. ἡ. ἑ. ν. διπλῆ | >. ἡ στροφῆς | ἡ στροφῶν. εἰπόντων δὲ ὑμῶν ὅτι ἔσται | ἡμῶν recte Flor. ἐστι. recte Pav. & ante eum Flor. ἃ δὴ καὶ ἑ. | ἃ δὲ ἑ. καὶ τῆς παρ | abeſt καὶ. καὶ ἐπὶ τοῦ ἐπιρ. | καὶ τοῦ ἐπιῤῥηματίου ἂν μηδὲν ἀνταποδιδῶνται. εἰ δὲ εἴη τὰ ἀνακυκλούμενα τό, τε. ſic Flor. αὐτῷ in his omittit Flor. Pavo hoc quoque contrectavit mutavitque in αὐτοῖς. ὁπόσαις οὖν | ὅπως οὖν. κατὰ συνέχειαν | κ. διέχειαν. ἀντ. τ. στροφὰς | α. τ. σ. ἐφ' ἑκάστης οὖν στροφῆς τίθεται παράγραφος ἐν δ. τ. ἡ δ. μ. τ. τέλος | ἡ δὲ κατὰ τὸ τέλος. ἀντ' αὐτοῖς | ἀντ' τινὰ αὐτοῖς. πάλιν μὲν | abeſt ultima vocula.

Ulteriorem Lectionum in Scholiis diſcrepantiam hic adnotare non viſum eſt. Et ex adpoſitis hic manifeſtum ſatis cuique, quantum decoris & lucis & emendationis ex Florentino libro & manu exarato Codice ſolis, quid ſi & alios conſuluiſſet! Hephaeſtion accipere potuiſſet. animadverterim tamen hic obiter Scholiorum auctorem a Geſnero perhiberi *Philippum Abucaram.* an Theodorum Abucaram, qui ſeculo octavo floruit, ſanguine vel aetate contigerit, inquirendum noſtro Polyhiſtori relinquo: quem perſua-

ſuaſiſſimum habeo nunc primum id nominis auribus uſurpare. Nunc ipſas Notulas excutiamus.

SECTIO III.

PAvonides ſuo pro more, quem in poſterum in omnibus libellis tenuit, inſigni aliqua nota opellam hanc auſpicatur. non gravabor eam hic transſcribere. *Pag.* 2. *in contextu:* Τίρυνς) URBS SATIS CELEBRIS." dicat nunc aliquis, Pavonis notas nihil habere niſi ſterilem criſin: nihil habere philologici admixtum. Nam ſtatim jam beneficio hujus adnotamenti, per quam Minelliani, Lector Hephaeſtionis, qui procul dubio hoc nomen numquam audiverat, ſciet eſſe nomen URBIS; non nomen forte meretriculae. imo *urbis ſatis celebris*. quod credet fide Graeculi noſtri: vel ſi non credat, ſtatim cogitabit de Lexico aliquo Geographico, ut inde ulteriorem hujus *celebris urbis* notitiam hauriat. Et hic *doctis*; *non indoctis* ſe ſcribere gloriatur. Quid! nihilne hic adnotare poterat, quod ad rem faceret? ſcilicet obſervare licuiſſet, Hephaeſtioni ultimam ſyllabam in duas conſonantes deſinere NS; cum alioquin ſaepe inveniatur ſcriptum Τίρυνθς, unde Τίρυνθος. potuiſſet quoque addere, hic mentionem fieri de τείχει *jam amplius non ſufficiente*. quia muri Tirynthos erant firmiſſimi, utpote quos fabulabantur ab Cyclopibus exſtructos: unde per excellentiam Homerus Il. B. 559. vocat Τίρυνθά τε τειχιόεσαν. At ſequens eſt inſignior longe adnotatio.

Κἀκεῖνος ἐν σάλεσι κείμενος μάκαρα ἀνὴρ] σάλλεσι corrigit. metrum, ut paucis id tangam primo

mo loco; ait eſſe ex ἀσυναρτήτοις ex Iambico hephthemimeri & hephthemimeri Trochaico. — —|υ—|υ—|—||—υ|—υ|—υ|—|. dicit *porro ſimile* apud Hephaeſtionem exſtare: qui non *omnia* tamen *enumeravit* (nec *hoc*). Falſa narrat: ſimile non exſtat: & nuſquam exiſtens finxit delirans Pavo, & luſit lectorem ambiguo vocabulo *ſimilis*. eſt optimus Iambus. ſive σάλεοσιν ἥμενος, ſive σάλεοσι κείμενος legatur. [quod ipſum agnoſcit Pavo.] modo Ἀνὴρ initium ſit ſequentis verſus. Sed mira de ipſa voce σάλεοσι. σάλος, σάλυ ait *mutato genere* ſic protuliſſe σάλος σάλεος. unde σάλεα σάλη. quod *Anonymus poëtico more in plurali* adhibuit *pro ſingulari*. Nonne haec plane ſunt egregia? ut commenta ſtabiliat, opus nova genera & declinationes & numeros fingere nominum. nonne haec probant plus quam rudem in Lingua Graeca? ſed audiamus interpretationem: quae adhuc ſtultior. σάλος eſt definiente Dialectico noſtro, *locus in litore, ubi naves in Anchoris ſtare poſſunt.* audi meliora ex Stephano: unde ſua tamen furatus eſt Pavus. Σάλος, ου. ὁ. *Salum, ut interpretatur Bud. addens, a Livio accipi ſalum pro maris ora, in qua ſtant naves ad Anchoras, quae ad litus accedere non poſſunt.* [vide quam oppoſita: Pavoni eſt locus in litore: Budaeo eſt locus, unde ad litus accedi non poteſt.] *Suidas adfert hunc locum* Polybii L. I. C. 53. κατέλαβον *item hunc* ἐν τῷ σάλῳ συνίζανον." haec Stephanus. delirat igitur Pavus, qui σάλον *locum in litore* eſſe dicit paſſim Latinorum *ſalum* opponitur *litoribus. in ſalo tenere navim* eſt *procul a litore tenere.* Graecis σάλος eſt, ubi fit agitatio fluctuum. unde σαλεύειν nam re vera in ſtationibus circa litora magis jactantur naves, quam pleno mari. inde σαλεύεσθαι. jactari. Steph. ex Baſilio ὥσπερ οἱ θαλαττεύοντες ἐπὶ δύο σαλεύωσιν ἀγκυρῶν, ὁ κλύδωνος χαλα·

καταφρονοῦσιν. idem Stephan. ex Eurip. Hecuba vs. 28 docet ἀκτὴ & σάλος opponi.

> Κεῖμαι δ' ἐπ' ἀκταῖς, ἄλλοτ' ἐν πόντου σάλῳ
> Πολλοῖς διαύλοις κυμάτων φορούμενος.

& Sophocl. Philoctete 276.

> Τότ' ἄσμενοί μ' ὡς εἶδον ἐκ πολλοῦ σάλου
> Εὕδοντ' ἐπ' ἀκτῆς, ἐν κατηρεφεῖ πέτρῳ.

Exſibilandus hic novorum ſignificatuum Architectus: imo Magus, qui ex mari terram facere ſuſtineat, ne ſcilicet μάκαρς hic ἀνὴρ cogatur in fluctibus inſtar mergi vel Tritonis ſedere. quis umquam ineptiora ſcripſit? Sed addit id accipiendum, ut Suidae [a Steph. laudati] ἐν τῷ σάλῳ συνίζανον. artibus ſuis utitur. habes hic quidem συνιζάνειν ἐν σάλῳ, ſed ſtulte ex hoc loco, noſtrum illum illuſtrare vult. cum ipſius illius loci ſenſus ſit incertus: utpote fragmenti. quin audi potius hunc locum ex Suidae Edit. Porti. "Ἐν τῷ Σάλῳ συνίζανον, ἐποίουν αὐτῷ στερεώτερον. in ſalo *fluctuumque marinorum agitatione* confidebant. *Sed ancoris in mare jactis*, *navem* ipſi firmiorem *atque ſtabiliorem* reddiderunt." dic praeſtigiator, qui haec loca ullo modo ſibi ſunt ſimilia! ſi jam largiremur propudioſum illud σάλεσιν eſſe veram lectionem, ibi tamen de nave, hic de homine ſermo fieret. Non dubito autem, quin & ſecundus hic locus ſit ex Polybio, aeque ac primus Suidae ibi laudatus. Sed quomodo in noſtro verſiculo legendum ſit haereo. forte.

> Κἀκεῖνος ἐν σάλησιν ἥμενος μάκαρς
> Ἀνήρ.

σάλη. φροντὶς. quomodo & σάλος Suidae & Heſychio exponitur.

ponitur: multa habet H. Stephanus. Arcadius Grammaticus. Λόκη ἡ χλαμὺς [vide Heſych. λόκμη] κρόκη ἡ παράλιος ψηφίς. ἄσκη. ἡ ἄσκησις. ψοθόγκη. ἡ ἀκαθαρσία [Heſych. ψύθος. ψώρα. ἀκαθαρσία. ψῶρος. παιδεραστής. neſcio an haec faciant ad vocem ψοθόγκη] Βαιλκή. χώρα. Ἰωκή. ἡ δίωξις. Σίγλη. τὸ ἐνώπιον. Σάλη. φροντίς. Heſych. Σαλαγεῖ. ταράσσει, ἡ γὰρ φροντὶς σάλα λέγεται. Senſus autem talis ſed pendens forte fuerit. *Et ille* [nunc] *in curis ſedens beatus vir.* nec adfirmare velim tamen τῷ κείμενος eſſe praeferendam lectionem ἥμενος. nam optime κεῖσθαι ἐν σάλησι diceretur. ſed ſtultum eſſet aliquid velle adfirmare.

Aliud quid de hoc loco dicendum habeo. homo noſter Auctorem vocat Anonymum. ſed nomen licuiſſet cognoviſſe: ſi umquam operam navaſſet veteribus reliquiis colligendis. quod ſtudium profecto neceſſarium ei, qui in fragmentis Poëtarum verſari vult. Sciat ergo eſſe haec Alcmanis poëtae, fide Apollonii Dyſcoli. qui in §. περὶ τοῦ ἐκεῖνος hunc locum laudat. ubi dicit. αἱ διάλεκτοι ἀφαιροῦσι καὶ πλεονάζουσιν. ἑορτή. ὀρτή. τελέως. λέως. τρόμος. τέτρομος. ἐγώ, ἐγώνη. ἀλλὰ καὶ Ἀλκμᾶν, Ἀμάκαρς ἐκεῖνός φησιν. mox. Σπανίως διὰ τοῦ κ. καὶ κεῖνος ἐν σάλεσιν πολλοῖς ἥμενος. Ἀλκμᾶν. quae loca duo noſtrum unum videntur conſtituere. ſed vides ibi πολλοῖς addi. unde & de ambiguitate verſus conſtat, & id praeterea colligo noſtrum σάλησι non ſcriptum a poëta; quia πολλοῖς alius generis ſubſtantivum deſiderat. illud excogitent acutiores. mihi nunc nihil melius ſubito ſuccurrit, quam ut legamus

Κἀκεῖνος ἐν τάπησι πολλοῖς ἥμενος
Ἀμάκαρς ἀνήρ. *Et ille in tapetibus multis ſedens beatus vir.*

Id

Id enim opulenti & mollis. Stat. Theb. II. 93.

Fuderat Aſſyriis exſtructa tapetibus alto
Membra toro.

non uno ſed multis tapetibus alto cubabant toro. Stat. V. Theb. 208.

altaque in mole tapetum
Halantem ſomno creſcentia vina.

Perſius III. Sat. 104. de divite mortuo.

tandemque beatulus alto
Compoſitus lecto.

hinc apud Theocr. VII. 67.

Χὰ στιβὰς ἐσσεῖται πεπυκασμένα ἔς τ' ἐπὶ πᾶχυν.

& ſic capiendus Ariſtophanes in Eccleſ. 832.

Ὡς αἱ τράπεζαί γ' εἰσὶν ἐπινενασμέναι
Ἀγαθῶν ἁπάντων, καὶ παρεσκευασμέναι.
Κλῖναί τε σισυρῶν καὶ δαπίδων νενασμέναι.

& rurſus ἧμενος & κείμενος eodem redeunt. Vide autem omnino ad verba Schol. Hephaeſtionis p. 1. τὸ βραχυνόμενον M. Meibomium ad Ariſtidem Quintilianum p. 44. in Notis p. 272. ubi multa loca tangit & explicat Hephaeſtionis. quae ignoravit ἄμουσος noſter Metricus.

ὦ ξυμβουλεύειν] meliora vide apud Erud. Arnaldum.

P. 102. Quae dixi de verſiculo ἅλς ἐπάγη, egregie firmat Lucian. Ver. Hiſt. II. p. 667. Ἔπειτα βορέου σφοδροῦ πνεύσαντος μέγα κρύος ἐγένετο, καὶ ὑπ' αὐ-

τῦ πᾶν ἐπάγη τὸ πέλαγος . . . ἡμέρα ἢ πέμπτη ἀλέα τε λῶ, καὶ ὁ πάγος ἐλύετο. nec dubito de locis Arati. ita in Q. Calabro L. I. 354. ὅτ' αἰγοκερῆι συνέχεται ἠελίυ ἴς. ibi in Cod. legitur ἠελίυς ἴς & ſupra ἴς gl. Δύναμις.

P. 100. p. 2. ἢ ἐν τῇ ἑξῆς] vide haec vindicantem Eundem Arn.

ἢ τὴν ἑξῆς ἔχει ἀπὸ διπλῦ ἀρχομένην, οἷον ἕξω.] Pav. *an veteres igitur* ἕ-ξω. pro ἕχ-σω. *vix puto. Fallor, aut legendum.* ἕζω. *id ita pronuntiatum.*" dicat confidentia veſtra mihi, Pavo, unde ſciverit ἕ-ζω magis quam ἕ-ξω pronuntiatum! vide Arnaldum.

γλύφω.] Pav. *fortaſſe verum. prima tamen nondum mihi reperta longa.*" At, Pave, tui oblivıſceris, Υ anceps vocalis. producas audacter.

Λῖπος] Pav. Labbaei Gl. Λῖπος. *ingluvies.* λίπος. *pinguedo* corripit primam." etiam ego gloſſas ſcribam. *abdōmen. venter pinguior. Abdōmen. ventri deditus homo* penultimam corripit. At λίπος ſive propria ſive metaphorica notione ſemper brevis. alia vox in Hephaeſtione quaerenda. paulo ante Arnaldus non adprobat κίνδυνος, quia brevis aliquando invenitur, ſed longa eſt media ſyllaba ſaepe. &, ut puto, frequentius. Batrachom. vs. 9. ut in κινδυνεύειν. mox recte inprobat ξεναγός. quod non animadvertit Pavo ſecundam corripere. forte ξυνᾱγής ut ἀᾱγής.

P. 101. p. 3. σιλῶν *forte* σίφων." fuit ſcriptum ΣΙΔΩΝ. Δ in Λ abeunte ut millies.

Οἶςρος] *haec arcte cohaerent*] At optime Arnaldus ex Priſciano oſtendit legendum

Ἴςρος πιάντας παρθένας λοχεύεται.

vide fragm. Aeſchyli p. 859. in Edit. Priſciani Flor. habetur.

οἶςρος πιάντης, παρθένας λοχεύετι.

ſed

ſed facile I & OI mutantur. ſic p. 3. in Hephaeſtione habemus Οἴκυ pro ἴκυ. At in Cod. meo Priſciani antiquo habetur perſpicue Ἴστρος. cetera ſatis corrupta ſunt.

Ιστρος τοιαυας παρτηηοενας λοχέυεται.

vocem Παρθεν . . . extricare nequii. Scriba enim Graecae Orthographiae ignarus, & figuras & ſonos literarum confudit & corrupit. Baſileenſ. Ed. habet

Ἴστρος τοιάυτας παρθένυς μαιέυεται.

quae lectio nec ipſa ſpernenda. μαιέυεσθαι adhuc aptius de fluvio diceretur, quam λοχέυεται· quamvis eodem redit. nonne talia excutere debuerat ignavus Thraſonides!

P. 102. ἐξώληθείη] ſic etiam in ipſo textu gemino accentu fulget haec vox: an potius duae voces: quas hic inſcite conjungit nihil intelligens Grammatiſta!

ἐξώλη θείη. *perdita faciat.* in Flor. ἐξόλη. vitioſe. hinc tamen poterit inſtruere officinam ſuam barbarorum vocabulorum: quale ejus πατρόλης notavimus. p. 279. Vanni. Quin aliud ſuppeditabo, ſi deſiderat. Apud Helladium in Chreſtomathia p. 967. in Theſauro Gronoviano. Tomum indicare jam non vacat, * occurrit ἱεριόλη. quam bene Lexica docebunt ex Ariſtoph. Equit. vs. 508. & Veſpis vs. 1143. laudantia ἱερώλη. pro *vento noxio.* & pro *pernicie lanae.* at negavi ωλης occurrere *active.* non hic igitur latus praebui Pugili Critico? minime. nam de adjectiva terminatione ωλης mihi ibi ſermo. nam nec illud obſtat, quod ἐξώλης & πανώλης

* Tom. X. p. 967.

ώλης aliquando ſumatur pro *maxime noxio.* id enim eadem ratione fit, qua hominem *perditiſſimum* & *profligatiſſimum* vocamus, non ſibi ſolummodo ſed aliis noxium. Si Pavo poteſt oſtendere terminationem ωλης cum ſubſtantivo conjunctam & ſignificantem tum active, erraſſe me fatebor, veniamque errati petam ab aequo Lectore. nam ſi vocem πειώλης laudet e Lexicis, falletur. Suid. πειώλης ὁ πόρνος. *homo inpudicus*, *Cinaedus.* & ea ratione πατρώλης ſignificaret non *patrem perdens*, ſed *a patre perditus.* in ἐριώλη porro *pernicies lanae.* luſus eſt Comicus: quem Chreſtomathiae Auctor etiam in Euphorione condemnavit, & λέξιν κακόζηλον vocavit, qui τὴν χλαῖναν nominat ἐρεόλλιν [ἐριώλλιν] οἷον ὄλεθρον οὖσαν τῶν ἐρίων. at porro forte cavillabitur, quod ſit hic legendum in Hephaeſtione ἐξόλη θείη? nam Iambus in antepenultimo pede in Scazonte requiritur. Sed hoc non dicet, ſi memor verſiculi fuerit

Ἐπ' ἄκρον ἕλκων ὥσπερ ἀλλᾶντα ψύχων.

& horum Theocriteorum

Ὁ μουσοποιὸς ἐνθάδ' Ἱππώναξ κεῖται,
Εἰ μὲν πονηρός, μὴ ποτέρχευ τῷ τύμβῳ:
Εἰ δ' ἐστὶ κρήγυός τε καὶ παρὰ χρηστῶν,
Θαρσέων καθίζευ κἢν θέλῃς, ἀπόβριξον.

Arnaldus. „*locus intricatus & adhuc intricatior ejus, quam dat Cl. Pauw, expoſitio.*" Ejus ingenioſam διόρθωσιν amplector: niſi quatenus ἐξωληθείη. *pereat* vertere non audeam.

P. 102. 5. ἤως] ubique ex ignorantia mutari jubet in ἤγυν. at tu conſule Du Cangium in Gloſſario, ubi plura exempla occurrunt.

Οἷον ἵππας] *haec non ita exſtant apud Homerum.*]

nec

nec umquam exſtitere. Grammaticus de prima parte ſolicitus, qua indigebat, reliqua ſupplevit e memoria. quod ſcribentibus centies accidit. feliciter autem ſatis verſatur in Homericis verſibus indagandis ope utiliſſimi Indicis Siberiani. Si index in Aeſchylum exſtitiſſet, ſciviſſet illud 'Ιὼ Κάϊκε. ſed ignoraſſet tamen Alcmanis κἀκεῖνος ἐν σάλεσι.

P. 5. Πάτροκλέ μοι δειλῇ κεχαρισμένε. Il. Τ. 287. exſtat π. μ. δ. πλεῖστον κ. θυμῷ. ideo adnotat vapidus homo *aliter libri noſtri tralatitii.* in Flor. vidimus ipſum κεχαρισμένε deeſſe. & ſine ullo incommodo. nam vox πάτροκλε ſola ſufficit ad commonſtrandum quod volebat.

P. 103. 5. *Quia non ſcimus certo, quid de Aphonis, Hemiphonis, & Liquidis* praeciſe *ſenſerit Hephaeſtion.*" non ſenſerit diverſa ab Dionyſio Thrace in Gramm. apud J. A. Fabricium Bibl. Graec. Tom. VII. p. 27. & Ariſtide Quintiliano. quem vide L. I. p. 44. & utrumque ſtultum eſt, quod ponit. Hephaeſtionem non diſtinxiſſe inter ἄφωνα & ἡμίφωνα. *Mutas & ſemivocales:* vel non inter ὑγρὰ & ἡμίφωνα. *liquidas* & *ſemivocales.* ſed neſcivit nomen generis haerere ſaepe ſpeciei. ſic literae M. Σ. hic vocantur ſemivocales: quales re vera ſunt. & quales ſunt Λ. Ν. Ρ. Ζ. Ξ. Ψ. ſed illae rurſus diſtinguuntur in *liquidas* & *duplices.* ergo omnes liquidae ſunt ſemivocales, ſed non omnes ſemivocales liquidae, & liquidas ſine vitio ſemivocales adpellamus. ἡμίφωνα ὀκτώ, ait Dionyſius ζ. ξ. ψ. λ. μ. ν. ρ. ς. Hic autem Hephaeſtion docet, quomodo ſyllaba produci debeat, quando ſemivocalis, quae ſimul liquida eſt, praemittitur liquidae. & verba ὅταν ᾖ προηγούμενον ἡμίφωνον ᾖ. & verba προτάσσεται ᾖ ἡμίφωνον. idem notant & ſibi lucem addunt in vicem. exempla adducit. ὡς MN. ὡς ΣΜ & ὡς ΣΛ. nam Σ inter ſemivocales *ſed nec liquida, nec*

duplex

duplex, ut me docuit Voſſius. & ΣN. hi ſunt unici caſus, ubi ſemivocalis poteſt praecedere liquidae. & ſyllabae his ſemivocalibus praemiſſae longae ſunt. niſi quod mox excipiat ἤδη μὲν τοι ἡ διὰ τοῦ μν σύνταξις ἐποίησε που καὶ βραχεῖαν. ὕμνος. ita hic locus intelligendus. & nulla mutatione indiget. homo poſuit voces ἰσμὸς, ἀμάσλης, πάσνης corripi in prima. minime gentium. ſyllabae ſunt longiſſimae. unica MN compoſitio excipitur. Haec ſcripſeram, cum vidi Arnaldum hic bene quoque refutaſſe Pavonem, diſſimili aliquantum modo. ſed nobis facile convenerit. dicit praeterea, de quo non cogitaveram, primam in ἐσλὸς pro ἐσθλὸς corripi: de quo nec ipſe Hephaeſtion cogitarat. nam alioquin non ſolum MN adduxiſſet, ut idem animadvertit. Mox Arnaldus docet, male τὸ μὲν M τοῦ N mutari a Pavone in Γ τοῦ N. nam prius ſe habet optime. vide quoque M. Meibomium ad Ariſtidem Quintilianum p. 274.

ἀμάσλης] mutat in Μάσλης pro Μάσθλης. vide Heſychium & Polluc. L. VII. 93. Arnaldus putat nomen proprium & non immutandum: cui ego adſtipulor. nota autem Pavonem literam Σ vocare MUTAM. cum ſit *ſemivocalis*. ſcilicet hinc illae lacrimae. ſcias, Pueraſter, Σ literam eſſe ἡμίφωνον non ἄφωνον, *ſemivocalem*, non *mutam*. & hic ille eſt, qui non tumultuarie ſe gloriatur Graeca didiciſſe. qui ipſa elementa Graeca Latinaque neſcit. exoret aliquem infimae claſſis praeceptorem, ut ſibi prima initia Etymologiae Voſſianae exponat: vereor tamen ne fruſtra omnis inſtitutio futura ſit, tam ſiliceum habet cerebrum.

P. 103. p. 6. ἴφη ξένος] *addunt ex Priſciano.* " qui, Pave? homines nihili. imo illuſtres viri Ez. Spanhemius & R. Bentlejus ad Callimachum p. 277. & 311. hic de Lana caprina, ut ſolet, diſceptat homo. ait autem, *Priſcianus variat.* unde hoc novit? contulitne Codd.

Codd. Priſciani? an cum bis laudetur ille locus apud Priſcianum aliter in primo libro, quam in ſecundo laudatur? certe in Putſchiana Editione utroque loco eaedem literae. In Cod. meo in primo loco cauda: in ſecundo totus verſus deeſt. Pergit. „*Sed incerta eſt lectio & variat Priſcianus. fors ſcriptum olim* Τὼς μὲν ὁ Μνησάρχειος ἔφη ξένος, ΩΛΕΣΕΝ ΑΙΝΩΣ. *fors* ſic ſcriptum, ait. at quid praemii feram, ſi commonſtratum dederim, ſic non *fors*, ſed certo ante fere duo ſecula fuiſſe ſcriptum: & ita furem in manifeſto furto deprehendam! en Priſciani lectionem primo loco, qualis habetur in Florentina Edit. MDLIIII. p. 9. B.

Τῶς μὲν ὅμνησ' ἀρχεῖος ἔφη ξένος ΟΛΛΥΣΕΝ ΑΙΝΩΣ.

Putaverat ſcilicet callidus, ut ſibi videtur, plagiarius, neminem Editione iſta uſurum: uti neque ſperaverat de Hephaeſtionis Florentina, unde tot rapinas egit. At non vidit. nam ὄλλυσεν editio illa, ipſe habet ὤλεσεν. ſed quid ſi illud ipſum tibi oſtendam! inſpice Edit. Baſil. 1568. ibi utroque loco invenies, ΩΛΕΣΕΝ ΑΙΝΩΣ. Quid ais, Lector, Furtane Pavonis adhuc dubia tibi ſunt? Ego autem vulgatam in utroque loco praetulerim: quam etiam agnoſcit ipſa Florentina ſecundo loco. rogatum autem volo Pavonem, quomodo Hephaeſtion in ſyllabis ἐπιλήσμοσι μνημονικοῖσι ſciverit μν non produxiſſe τὸ ΣΙ. & quomodo Priſcianus ſciverit in τῶς μὲν ὁ Μνησάρχειος ſyllabam ὁ non eſſe productam ab MN? hoc ego eos ajo omnino non ſcire potuiſſe: nam ſecundum Proſodicum noſtrum inſulſum hic *Cretico* ſive *Amphimacro* locus eſſe poteſt. Quid, ais, Pave? ſed quid interrogo ſtipitem. At tu, Lector, qui jam plus quam ſatis convictus es de univerſali, ut ita loquar, Pavonis inſcitia & ſtoliditate, facile vel hinc mihi adſentieris, omnia

omnia iſta loca, ubi Creticos inducere Pavus voluit, fuiſſe ab ipſo peſſime corrupta.

P. 104. Ἐν τοῖς χείρωσι πεποίηκε] Arnaldum vide.

Σκῆψιν μὲν χείρωνες] & hic in Graeciſmum peccari a Graeculo idem vir eruditus oſtendit. Pavus autem ait. *dubitare viros doctos hactenus, utrum* χείρωνες an χείρονες *ſcribendum.*" Sed vir doctus Jungerm. ad Polluc. X. 186. χείρωνες omnino jam olim praetulit. mendacio ergo ſe jactat Pavo.

P. 105. πλείω χρόνον. μείω χρόνον corrigit. *quia illa non intelligit.* nam ignorantia Pavonina juſtiſſima mutationis cauſa ſcilicet.

ἡμίφωνον] quae de his, omnia ſunt παραπεπλησμένα. Nam has literas Θ Φ Χ fuiſſe relatas inter *ſemivocales* aſſerit: quod tum credemus, cum probarit. ſunt enim *mutae* non minus quam Τ. Π. Κ. ut recte oſtendit Voſſius de Arte Grammat. I. IV. vide Arnald. p. 102. Dionyſ. Thracem loco p. 507. laudato. & Theod. Gazam in initio Gramm. Graecae. Nec mihi placet cum Novatoribus veteres terminos movere: quia ſic omnia potius magis intricabuntur, quam explicabuntur.

ὡς ἐν τῷ] Pavus. ſcribe ὡς ἐν τοῖς." non obtempero, Magiſter. interpono ἢ cum Flor. inter duo exempla. vide te ipſum p. 107.

P. 106. Ἐπειδὴ | δ᾽ εἰς νῆ | ας τε καὶ | Ἑλλής | ποντον ἵ | κοντο.

Il. ψ. vs. 2. dimenſi fuerunt, quaſi συνεκφώνησις, de qua loquitur Hephaeſtion hic, eſſe poſſet in ἐπειδὴ. ſed id erratum ridiculum. dimetiendus verſus enim eſſet.

Ἐπει | δὴ δ᾽ εἰς | νῆας τε καὶ | Ἑλλήσ | ποντον ἵ | κοντο.

& Synecphoneſis fingenda in νῆας. quod facile fecerit Pavo.

Pavo: qui vocales longas corripi ubique docet ante aliam vocalem. Quid autem ille. „ *iſte verſus ſcriptus in quibusdam libris fuit.*

Ἐπειὴ ἑὰς νῆάς τε καὶ ἑλλήσποντον ἱκόντο.

hos nactus Hephaeſtion." Inpudens Morio; putasne eruditos adeo εὐηθεῖς, ut his figmentis vel minimum deferant? primum fingis libros: tum fingis eos lectos ab Hephaeſtione. addis porro, & ſic re vera ἑὰς νη *erit* SPONDAEUS *cum una brevi & una longa in capite.*" Dii boni, quale monſtrum Spondiacum! addit. *nihil nunc aptius aut convenientius. ad calcem libelli correctum eſt* ἐπειδὴ νῆάς τε *quam* inſulſe, *nunc ipſi caecutientes vident.*" Imo, Polypheme, omnes & ſinguli vident & mirantur in te belluinum ſtuporem. re vera ita verſus debet emendari: & nullum πάθος in eo, niſi ut ſit ἀκέφαλος. quem jam olim agnovit Athenaeus L. XIV. C. VIII. ut obſervavit Clarckius: qui ſimiles hoſce laudat inter alios,

Ἐπειδὴ τόνδ' ἄνδρα Θεοὶ δαμάσσασθαι ἔδωκαν.
Ἐπειδὴ τὸ πρῶτον ἐγείνατο παῖδ' ἀρετεινήν.

Ego autem puto hunc verſum ab antiquo quodam Pavonida hic male inſertum. Florent. non agnoſcit. nec vocem πάλιν & ſufficit exemplum πλείων ὄπι. nam ibi ἡ βραχεῖα καὶ μακρὰ εἰς μίαν μακρὰν compinguntur. ſi ab Hephaeſtione eſt, cum Arnaldo ſcribendum potius.

Ἐπει|δὴ δ' εἰς | νέας τε καὶ | ἑλλήσποντον ἵκοντο.

quam

quam ſententiam probat Cuculus nulla facta Arnaldi mentione ad Q. Calabrum L. V. 356.

Ἢ ὅγ' ἐνιπρήσῃ πυρὶ νῆας καὶ πάντας ὀλέσσῃ.

Dausqu. Συνιζήσει *ſcribo.* νέας. Pavo. *adſentior Dausquejo: νέας καὶ Spondaeus eſt. Ita Poëtae plus ſemel. vide Hephaeſtionem in Enchiridio.*" Vide quaeſo, Lector, & evolve jam Hephaeſtionem: nusquam invenies doceri νέας καὶ eſſe Spondeum. imo vide Eruditiſſimum Arnaldum ad Enchiridion. ſic ſolet Sycophanta. Saepe autem ita peccatur. ut in Anthol. L. I. p. 80.

Πυῤῥὸς ὁ μυκτηρίτης, ὀλίγη νηῒ λεπτὰ ματεύων.

ibi reſcribe νεί. niſi malis συνεκφώνησιν admittere vel νηΐ hic pati, quod ἥρωι accidit Il. H. vs. 453. vel quod vocibus Θρηΐκων & νηρηΐδων contingere docuimus p. 375. Animadvertit praeterea Arnaldus Pavum dediſſe in prima ſede verſus Bacchium ἐπεὶ ἤ. υ — — nam ſcias dactylica Pavonina eſſe tolerantiſſima, & omne genus pedum admittere. Sed forte dixerit eſſe Anapaeſtum: nam corripi ἐπεὶ ἤ: ut obloquatur ſaltem.

Καὶ μὴν οἱ λύκιοι.] vidimus p. 394.

Ἰαμβείῳ] vide p. 362. G. J. Voſſius de Art. Grammat. I. XV. „ *Apud Latinos, tum eaedem ſunt mutae, nempe* B, C, D, G, P, T: *tum tres, quibus* Graecos *ſuperant Latini F, Jod, Vau.*" Sed forte ille Voſſius fuit Graece rudior, quia non quotannis Graeci auctoris, ut noſter Librimejus, abortum fecit.

P. 9. H Διαγνωκὼς εὐδαις οὐ μὰν πάρος ἦσθα Κορίννα. Quamvis liber Arnaldi in omnium manibus ſuo merito

rito ſit, partem ejus notae hic tranſcribere non gravabor. *Vir doctus verſum corruptum eſſe ſentiens, eum emendare conatus eſt. legit autem*

Η Διανέχοισ᾽ εὕδεις οὐ μὰν πάρος ἦσθα Κόριννα.

ſed haec emendatio ei prorſus infeliciter ceſſit: primum enim Η *hic non eſt* ἡ quae, *ut credidit. ſed* ἦ ſane. *alias Corinna, Dorica utens Dialecto, ſcripſiſſet* ἆ. *dein illud* Διανέχοισ᾽ *Graecum non eſt, neque in Graeca lingua ſimile eſt compoſitum. praeterea Scholiaſten non ita legiſſe inde patet &c.* ipſe Ereditiſſ. Arnaldus conjicit Διηνεκᾶς. *fruſtra.* ipſum Διακένως alio ſenſu alibi occurrit.

P. 107. p. 10. Ἐν τῇ Ἰλιάδι] non opus additione τοῦ Ἰωνικῇ. nec mutatione τοῦ καὶ in νν. nam ipſe Scholiaſtes modo voculam addidit, ut suppleret διποδίαν. At dubito, an ulli emendandum perſuadebit βραχείων pro βραχειῶν. Illud Joanni Scholaſtico relinquent.

ἐςί τε τρισύλλαβος] tricatur. ἐςὶ τετρασύλλαβος ſimpliciter legendum.

P. 108. Τετρασύλλαβοι δὲ, οἱ τούτων τρίπλασιονες.] *Illud* τρίπλασιονες *ortum ex prava correctione, quae manu facta in libro meo. tu lege ut Turnebus ediderat per bene.* τετρασύλλαβοι, οἱ τούτων διπλασίονες . . . *proportio eſt certa: quam peſſime ſuſtulit naſutus.*" In iſto igitur correcto libro nihil aliud erat correctum: ſcilicet reliqua bona forte ſua fecit. ſed hic rurſus ille accentus in prima ſyllaba τρίπλασίονες me male habet. an ita etiam ille Naſutus correxerat? an forte librum in corrigendo ſecutus fuit, ubi in iſta ſyllaba videtur eſſe accentus? ego enim utor editione quadam Florentina, ubi ſemper & in hoc loco ſic ſcribitur δίπλασίονες. lineola directa, accentui non valde diſſi-

 mili,

mili, ſupra primum Ἰῶτα poſita. Eruditis hoc ruminandum adpono. Obſervavimus jam non ſemel tam fortuitos accentus.

εἰλήφασιν τὴν ὀνομασίαν, οἱ πόδες ἀπὸ ῥυθμοῦ ἢ συνθέσεων, ἢ πόλεων χρησαμένων] vide ſcientificam notam Pavonis. „ *ut Caricus, Rhodius. ſic tamen* πόλεων *durius eſt: ſed in Scholiis ſumus, quorum indolem noſti.*“ ipſi πόλις pro civitate *durum eſt*. At ipſe Demoſthenes, ſi de metris ſcripſiſſet, aptiori voce uti nequiiſſet. quid an Ἴωνες non πόλις? An Μολοσσοὶ non πόλις? An Κρῆτες non conſtituebant πόλιν? Si neſcis inſpice Caſaubonum ad Strabonem L. VIII. 546. & Deliaca in Miſcell. Vol. VII. T. I. p. 112. Rhodius autem & Caricus illi pedes Hephaeſtioni laudantur hac pagina. pedes Ionici, Cretici, Moloſſi proletarii nimis. an maluit ἀπὸ τῶν ἐθνῶν? at id eodem redit.

παλίαμβος] p. 81. in Flor. male πρίαμβος. ſic & apud Ariſtidem Quintilianum male in Codd. vide Meibomium loco mihi notiſſimo. [p. 274]

P. 108. 12. Οἷον ὡς ἐπὶ δακτυλικοῦ] οἷον ὡς *ponuntur hic ἐν παραλλήλῳ, aut alterutrum delendum* ait Vir Graece doctus. ſcilicet οἷον ὡς ignoravit apud alios occurrere. Plocherus in Dramate vs. 114. Edit. Morell. p. 6.

Ὦνερ βέβηλε, μυσαρὲ, καταφρονέστατε,
Λαχάνοις τρέφεσθαι ἄξιε χλοηφόροις,
Ὡς οἷα κάπρος ἐκ δρυμῶνος ἀγρίου.

Χαίροισα νύμφη, χαιρέτω δ᾽ ὁ γαμβρὸς] recte haec Sapphus eſſe ſuſpicatur J. Chriſtian. Wolfius p. 50. recte Arnaldus χαίροις σὺ νύμφα. *Apage vero ſordes Pavoninas, quae odorem excitant tetrum.*

P. 108. 13. Εἰμ᾽ ὥστ᾽ ἀπὸ πυασάλω λυεῖσα] *quid* πυασάλω *ſignificat, ignorat* Pavo: & ideo probabiliter con-

cónjicit etiam *ipſis Graecis ignotum.* Pavus enim vel Graecos Graeca docuerit. ergo legit ἀπὸ παστάλω. dein λυεῖσα *in Aor. ſecundo non placet ipſi vel placere poteſt.* inſerta litera λυθεῖσα legit. *a paxillo ſoluta.*“ mihi vero ſimile fit legendum eſſe ἀπὸ πυοσάχω. πύσσαχος Heſychio & aliis explicatur. ξύλον καμπύλον τοῖς μόσχοις περὶ τὰς μυκτῆρας τιθέμενον ὃ κωλύει θηλάζειν. utinam tale quid roſtro Pavonino adplicaretur, ne poſſet κηκάζειν. λυθῆναι ἀπὸ πυοσάχω optime dicitur. Quid porro! an λυεῖσα mutabimus in λυθεῖσα, quia non poteſt placere huic Grammaticaſtro. minime. λυεὶς ut ῥυεὶς bene Graecum eſt. ſic ſolent ſemidocti Scholaſtici, ubi quid a vulgatiſſimis diverſum occurrit, id ſtatim mutare.

P. 14. ὑπερκατάληκτον] omnia iſta optime refellit Arnaldus.

P. 114. Παντὸς μέτρου ἀδιάφορός ἐστιν ἡ τελευταία συλλαβή. ὥστε δύνασθαι εἶναι αὐτὴν καὶ βραχεῖαν καὶ μακράν] hic canon patitur exceptionem in Anapaeſtis. nam neceſſario requiritur in ultimo pede verus Anapaeſtus, ◡◡-. exceptis caſibus: de quibus Bentlejus. vide pag. Vanni 470. hinc in τετραμέτρῳ Ἀριστοφανείῳ, de quo agit Hephaeſtion p. 27. cum priores tres Anapaeſti ſolvantur in Proceleuſmaticum.

◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | ◡◡◡◡ | ultimus pes καθαρὸς καὶ μὴ λελυμένος, *purus & non ſolutus* Anapaeſtus neceſſario eſt ◡◡-.

Τὶς ὄρεα | βαθύκομα | τάδ᾽ ἐπέδυ | το βροτῶν.

ubi non ſuffecerit ex. gr. βροτός vel quatuor breves, ſive ſolutus Anapaeſtus ◡◡◡◡.

P. 109. 14. φόως γε] vide p. 67. Vanni.

P. 110. 14. Δωρόθε | γινώσ | κεις τοῦ | νομα τοῦ | το κλύων] *in his dimetiendis eadem fuit ſuaviculorum dexteritas. lege*

Δωρόθε | γινώσ | κεις | τοὔνομα | τοῦτο κλύ | ων·

Imo admirabilis eſt vanitas & ignorantia ſuaviculi noſtri Criticuli: qui neſcivit duplicem dimenſionem Pentametri a Magiſtris veteribus eſſe traditam.

P. 110. 15. Οὐ γὰρ ἄλλο προβούλευμα] Bentlej. ad Callimachi Fragm. XCII. docet οὐ γὰρ ἀλλὰ reſtituendum eſſe, & vertendum *etenim*. id ἀνηλογικὸς noſter neſcit *quo jure fiat*. cum optimo fiat jure. καὶ οὗτος ὅμοιος] recte delet Arnaldus. abeſt à Florentina.

P. 16. Δέξαι] En μικρολόγου Noſtri notam capitalem. *Turnebus* Δεξαι. *quod ad finem libelli correctum.*" Vidiſtine hominem ineptiorem: accentum non audet corrigere niſi bis admonito lectore. At ſcias tamen, Pave, Urſinum jam dudum ſic edidiſſe: qui proin partem potiorem tantae gloriae ſibi vindicarit. At qui tam ineptis minutiis ſemper inhaeres, Pave, ne mirare tuam a me hic illic in accentibus inſcitiam argui. ſi id agere liberet, circa hoſce ſolos in contextu ſolius Hephaeſtionis ducentena facile invenerit quis vitia. ne loquar de aliis libris Pavoninis, & praecipue notulis, in quibus fere plura vocabula Graeca male hac in parte picta, quam bene occurrunt. Hoc turpiſſimum in homine, qui nullis diſtractus occupationibus pigri otii ſaltem particulam correctioni libellorum ſuorum impendere deberet.

P. 16. καὶ ὅτε ἐκεῖνο . . . ὅτε καὶ εὐπρεπές ἐστιν] vide Arnaldum.

P. 17. οὐ γὰρ ἀλλ'] ad Fragm. XCII. jam laudavit Suidam Bentlejus: cui ſuffuratus illam notulam de οὐ γὰρ ἀλλὰ *etenim*. vidimus modo.

Εἰς ἄκρον ἕλκων ὥσπερ ἀλλᾶντα ψυχῶν.] *Comicum hic quid dictum putat.* corrigit

Εἰς ἄκρον ἕλκων ὥσπερ ἀλλᾶντα ψυχήν.

In altum trahens tanquam botulum * animam ſuam.

At

* Een Worſt of Beuling.

At noſter Joannes Botulus cum talibus jocis non populum Atticum, ſed Boeotos ex Boeotia delectet. Atqui jam merito ſalſeque hic riſit Arnaldus bellam hanc *animae* cum *botulo* comparationem. quem vide.

διὰ τὸ τελέσημον] vidimus Pavonem ſecundum Editionem Florentinam τετρασήμου conjeciſſe. Sed Waſius in Senario C. I. p. 5. quoque jam ſcripſerat : *malim* τετρασήμου. ſi nunquam legit utiliſſimum hunc librum, antequam de metris ſcriberet, ſocordia ſua dignum fecit. ſi legit, plagium commiſit turpe. Nihil ſane Lector tam incurioſo editori debet, qui dudum occupata ab aliis, ut ſua & nova adponere paſſim adſueverit. Quod ad rem, ego Cl. Arnaldo fere acceſſerim, qui putat ideo non adhiberi paſſim Anapaeſtos ab Iambographis & Tragicis, quia habent *tres ſyllabas*. aliquantum tamen obſtat, quod ideo & deberent evitare *Tribrachyn*. Veriorem autem cauſam arbitror, quia Anapaeſtica amant διαλελυμένους *ſolutos* pedes. Anapaeſti ſingulis quippe vocibus fere conſtant. at id Iambicum non requirit, & ligatos potius pedes deſiderat. Videtur ergo Hephaeſtion illud διὰ τὸ τελέσημον vel τετρασήμου vel τετρασύλλαβον potuiſſe omittere.

Τραγῳδιοποιοί [ἀναπαίστοις] ὐ συνεχῶς κέχρηνται] recte ait ὐ συνεχῶς. utuntur enim aliquando, praecipue in Nominibus propriis. Vide Clarkium ad Homeri Il. B. 811. qui tamen omnino negat eo loco adhibitum Anapaeſtum. & ideo credit Ἀντιγόνη, Ἀντίγνη, Ἀνδρομάχη, Ἀνδρόμχη, Νεοπτόλεμος, Νύπτλεμος pronuntiatum. quod forſan Britannis, omnes ſyllabas raptim deproperare ſolitis, facilius perſuaſerit, quam aliis nationibus : quae ſolent ſyllabas diſtinctius & lentius efferre ſingulas. nec facile credent multi Graecos Romanosque ad iſtum volubilitatis in pronuntiando gradum proceſſiſſe.

P. 111. 18. Quae hac in pagina leguntur ſunt plane nugacia. ride autem hominem ἐξάσημω, ἐπτάσημων ſcribentem. an accentus hic indicat ſyllabae quantitatem? *nam eatenus accentuum non improbus eſt uſus.* dictante Archididaſcalo noſtro ad Anacreontem p. 6.

P. 112. 18. Haud ſtricte verum eſſe in Trochaico non eſſe locum Iambo, quamvis id adſeveret Pavunculus, luculenter oſtendit Arnaldus. qui bene quoque Hephaeſtionis verba ordinat.

P. 112. 19. ἐρξίν] *quid hoc? an nomen proprium? hoc verum forte. alias adpellativum ſit.* ἐρξείης coercitor, *ut notum.*" putidum commentum; quia Herodotus, quem Lexica laudant, Δαρεῖος interpretatur ἐρξείης, ideo hic illud vocabuli locum habebit, & quidem media correpta. Sed talia ille non curat, ineptias modo effutiat. eſt nomen proprium, quod tibi indicare poterit E. M. Ἐρξίας. Ὄνομα κύριον. παρὰ τὸ ῥέζειν &c.

Μητρολίμῳ δεῦτε με] *Schol.* p. 89. *conſervavit veram lectionem.* μὴ προτίμα δῆτ', ἐμὲ χρὴ τῷ σκότῳ δικάζεσθαι. *ſententia eſt aperta.*" non modo in Schol. ſed in variis Lectt. haec Lectio praefertur. id tacuit maligne. de aperto ſenſu nihil dicam. nam caecus in ipſis tenebris caligine non offenditur. dicam ſolummodo apud Schol. in Flor. exſtare μὴ προλίμῳ.

P. 112. p. 19. Ἑρμᾶς] Bentlej. ad Callimach. Fragm. CXVII.

Ἀμειψίαν.] rurſus hic habemus notam ejusdem generis cum illa p. 16. Δεξαι, δέξαι.

Πτωχὸν ὄντ' ἐφ' ἡμῖν] Schol. habet πτωχὸν ὄνθ' ἐν ἡμῶν. id quoque in Variis Lectionibus. quas nominare non dignatus Pavo Flor. ὄντα.

P. 113. p. 20. Εὐελπίδου τὸ] τῷ vel τοῦ τὸ ineptus Pavus: qui adpoſitionem non vidit: & ſtulte admonet, τὸ Ληκύθιον ἀπώλεσεν eſſe inventum Comici, non Tragici: quaſi aliquis de eo dubitaſſet.

ἐκ

ἐκ τῶ ἐμπεπλεγμένων] hic Scholiaſten Hephaeſt. & Pindari ita emendat, ut nihil certius. ſed audi Arnaldum breviter. „*vulgata verborum diſtinctio optima. emendatio Metrici Pindari, minime ingenioſa.* θρῆνων *pro* θρυαλλίδων *legit. at locum, in quo* θρύον *idem cum* θρυαλλὶς *apud nullum oſtendere poſſe confido. & ſic plane corruit ejus, quam adeo certam eſſe jactat, emendatio: cujus ſententiam, etſi* θρύον *poneretur pro* θρυαλλὶς, *non capio. Bentleji Emendationem, licet ea Pavoni ipſis* θρήνοις *digna videatur, certiſſimam autumo, plorare juſſis ejus* θρύοις." haec & plura ibi veriſſime Arnaldus.

Αγκυθίαν] inepte Pavus obloquitur Bentlejo, qui λεκύθειον vel λεκυθείαν emendat veriſſime ad Fragm. Callim. CCCXIX. ita paſſim iſta adjectiva formantur: & paſſim quoque corrupte ſcribuntur. ex. gr. Ἀρχιλόχειος Κλεομάχειος Ἀριστομάχειος Σιμμίειος Τερπάνδρειος & centena alia. Sic in Ariſtoxeno p. 80. Ἐπιγόνιος pro Ἐπιγόνειος. notavit Meibomius. audi Κομπολακύθου Noſtri vocem. *Vim vocis non ſatis perſpexiſſe videtur Vir doctus* [Bentlejus] *de qua nos plura aliquando ad ipſum Comicum.* tu haec, glorioſe nugicrepa, de Bentlejo? tu Comicum edes?

P. 20. ὑπερβῆναι] hinc ad p. 22. plane digna Pavonino acumine. in primis cum dicat, *pedes non inducere* ἀπερμελείαν, *ſed tempora.*" quod quale ſit, ego neſcio.

P. 115. p. 22. Ἀρχίλοχος κέχρηται ἐν ἐπῳδῇ] hunc locum Arnaldus illuſtrat & emendat ex Sch. Ariſtophanis ad Nubes vs. 274. quem turpiter ignoravit Pavo.

P. 22. Μῶσ' ἄγε Καλλιόπα θύγατερ Διὸς
Ἄρχ' ἐρατῶν ἐπέων. ἐπὶ δ' ἵμερον
Ὕμνον καὶ χαρίεντα τίθει χορόν.

ita hic locus legendus, & ita legitur apud Fulvium

 Ur-

Urſinum. recte quoque ſic explicuit Arnaldus ἱφίμερον ὕμνον conjungens. quod ignorans Pavo ſtolidiſſimis ſuſpicionibus ingeniolum proſtituit ſuum. inter ceteras una eſt valde ridicula: quam jam tetigit Arnaldus." *Scis quid optimum videtur mihi? dicam. pro* ἵμερον *ſcribendum ſuſpicor* ἱμερῦ. *verbum pro voce.* (nota *verbum* non eſſe *vocem*) *ab* ἵμερος *fit* ἱμερόομαι ἱμερῦμαι. *ut notum eſt ex Hippocrate & Galeno in Gloſſis. id verbum minus tritum adſuit hic.* (dubitare nefas) *ſic omnia ſunt expedita. ſuavem vero te praebeas hymno. haec puer decennis jam intelligat*" inſulſe Pave: ubi inveniſti ſignificare *ſuavem te redde.* Scapula ex Galeni Gloſſis, unde tu eas laudas, recte docet ſignificare, *rem habere cum viro.* nonne vides te lenonem agere, dum Calliopen invitas, ut cum hymnis & toto choro ſaltantium conſueſcat. jam ſalſe hominem pupugit Arnaldus. Porro Scaliger ad Varron. p. 112. cum his optime comparat Horatiana illa.

> *Deſcende coelo, & dic age tibia*
> *Regina longum Calliope melos,*
> *Seu voce mavis acuta,*
> *Seu fidibus citharave Phoebi.*

ita Alcman. *Muſa age Calliope, Jovis filia, incipe amabiles ſermones. deſiderabilem vero hymnum & gratum conſtitue chorum.* τιθέναι ὕμνον, ᾠδὴν. unde ὑμνοθέτης. ἀοιδοθέτης. vide Vannum p. 153. Κέλαδον καὶ ἀϋτὴν τιθέναι. Il. I. 543.

P. 115 p. 23. Καλέσαι] en verboſum hominem. *Vitium manifeſtum. lege* καλέσαι. *Iambus in loco poſtremo ſubſiſtere non poteſt. Nomen* Menonis *celeberrimum eſt ex Xenophonte & Suida.* (imo e Platone, cujus exſtat dialogus Μένων) *alius tamen quivis intelligi poteſt*

poteſt hic." imo debet. nihil enim peſſimo homini cum χαρίεντι hoc commune. debuiſſes etiam ſcripſiſſe e Suida & Xenophonte. nam homo tibi prius e Suida innotuit, quam e Xenophonte: qui laudatur a Suida. quamvis dudum cognitum tibi fuiſſe arbitror peſſimum hunc hominem: ita ad ejus mores examuſſim videris tuos compoſuiſſe. Inſpiciatur, operae pretium eſt, locus, Pavonem graphice depictum in plerisque dabit.

P. 117. 24. Ἔρως δὴ αὖτε μ᾽ ὁ λυσιμελὴς δονεῖ,
Γλυκύπικρον ἀμάχανον ὄρπετον.
Ἄτθις, σοὶ δ᾽ ἐμέθεν μὲν ἀπήχθετο.
Φροντὶς δ᾽ ἐῶ, ἐπὶ δ᾽ Ἀνδρομέδαν ποτί.

Amor autem me artuum diſſolutor verſat
Dulciamara avis inexpugnabilis.
Atthis te autem aliquando mei taedebat,
Et cura in Andromedam verſa erat.

Ita verſum poſt Stephanum dedit Wolfius, qui optimo jure cum F. Urſino, H. Stephano, Jac. Nicolaio, J. Rutgerſio, C. Barthio, Cl. Salmaſio, J. Daviſio id Sapphoni adſeruit. At his tantis nominibus miſerabilis homuncio non adſurgit, & erubeſcente puto ipſa papyro, ſine ullo pudore auſus eſt ſcribere. *Et haec Sapphus eſſe putant; quo jure non dicam, ubi Hephaeſtion ſilet.* O chalybeum os. ſi ſilet Hephaeſtion, alii loquuntur. res ipſa loquitur. Nonne Maximus Tyrius Diſſert. VIII. p. 95. Ed. Dav. ait vocari a Sapphone τὸν ἔρωτα γλυκύπικρον. Nonne Atthis paſſim celebratur inter eas, *quas non ſine crimine amavit* Sappho. Ovid. XV. Heroid. 18.

Non oculis grata eſt Atthis, ut ante, meis.

ubi Celeb. Burmannus advocat Terentianum de Metris p. 91.

> *Aeolicum ex illo genuit doctiſſima Sappho,*
> *Cordi quando fuiſſe ſibi canit* Atthida.

Nonne Maximus Tyrius eodem loco ait, τῦτο τῇ Λεσβίᾳ Γύριννα καὶ Ἀτθὶς καὶ Ἀνακτορία? Nonne Suidas in Σαπφώ. ἑταῖραι δὲ αὐτῆς τρεῖς Ἀτθὶς, Τελεσίππα, Μεγάρα? Nonne ipſum carmen *Aeolium* ad Sapphonem animum advertit? Nonne Ἀνδρομέδα hic memorata id indicat? de quo ipſe Hephaeſtion p. 47. οἷον παρὰ Σαπφοῖ.

> Ἔχει μὲν Ἀνδρομέδα καλὰν ἀμοιβάν.
> Σαπφοῖ τί τὰν πολύολβον Ἀφροδίταν.

Haec teſtimonia hominem ſani cerebri non ſinent dubitare, quin hoc fragmentum ſit ad Sappho referendum Sed cur illud adeo Sapphoni attribuendum neget, ſcis Lector? ut putidiſſimo, & obſcoeniſſimo commento, quod unquam vidi, locum faceret. Meminiſti ut filia Sapphus *Cleis* mutata fuerit in *Claviculam.* hic jam amica Sapphus *Atthis* longe mirabiliorem ſubit metamorphoſin. Nam Ἀτθὶς *habet hic ſignificationem ſecretiorem*, *&* PARS QUA ERAT MULIER SAPPHUS *ita* χαριέντως *dicta eſt. Allegoriae in his ſaepe plures. perſpicaciores videant.*“ Cedatis, cedatis, quotquot eſtis Allegorici veteres, novi: haec una Pavonina Allegoria veſtras omnes quantumvis ineptas Allegorias multis paraſangis ſtultitia praevertit. venuſtiſſimae Allegoriae igitur ſcrutemur ſenſum. *Atthis eſt pars qua* SAPPHUS *mulier.* tota ſententia igitur erit: *Pars Sapphica illa tibi erat propter me inviſa.* Euge, euge, belliſſima belli hominis allegoria.

Per-

Pergit. *re vera, ſi in* Ἀτθὶς *Allegoria eſſet, venuſte etiam legi poſſet* Ἄτλις. *Nam ſic Sapphica nequitia in his eſſet major. ſed hoc incertum.* Quod commentum quale ſit, ego ne quidem conjectura adſequi valeo. ſed nequitiarum Magiſter Pavo, bene in Schola Cupidinis exercitatus, ideoque non hac de cauſa inter feras numerandus, quamvis ipſum alioquin ferini mores ab humano genere excludant, ille magiſter, dico, nequitiarum nobis explicet magis perſpicue, quid obſcoeni & inpudici ſe judice per vocem Ἄτλις χαριέντως ſignificetur. *maſcula* Sapphus, quae illi forte ἡμιάῤῥην, ut Ἄτλις ἡμίθηλυς fuerit. Sed id ille nos unus docere poteſt. Unus quoque nos docere poteſt, ubi poëtriam ſic adpellatam repererit, Sapphus, *Sapphi*, *Sappho.* * Eat puerafter, eat & infimi ſubſellii adeat ludimagiſtrum, ut Latinas ipſi declinationes monſtret. Nonne cum egregio heroë mihi res eſt, Lector! quo ſuperato aeternos meruerim triumphos! imo piget quod ſtupidiſſimum animal umquam ſermone dignatus fuerim. Sed ingratum laborem devorabimus, quia ab utilitate literarum non alienum ducimus.

"Ὄρπετον] *vox Porto ſuſpecta, cui arrideret magis* ἔρνεον. *ſic mallem ego* ἑρπετόν. *ſed optimum eſt* ὄρπετον & *nihil mutandum: videbimus alias.*" At dixit jam Salmaſius ad Simmiae Alas p. 192. & 193. „Sic Amorem ὄρπετον *Sappho vocat, ob eam ſcilicet cauſam, quod ales fingitur. Nam* ἑρπετὰ *in Simmia non reptilia, ut vulgaris eſt hujus vocis notio, ſed* volucres *ſignificat tantum de ſolis enim avibus loqui, palam eſt, ex verbis quae ſequuntur.* ὅσ' ἕρπε δι' αἴθρας χάευς τε. Vide Caſaubon. ad Athenaeum I. 22. Quod autem te *ſic malle* ais ἑρπετὸν. id maluit etiam Rutgerſ. L. IV. Var. Lectt. VI.

Ignoraſti

* *Clar. J. Chriſtian. Wolfius in Sapphicis p. 45. edidit, errorem putidum comiter corrigens,* Sappho.

Ignoraſti quoque Barthium L. I. Adv. C. 9. Ὀρνίθιον praeferre. qui cur tibi hic non vapulavit, ut in Ariſtaeneto, miror. ſive potius non miror. nam ejus libros numquam legiſti: & locus ex Adverſariis non adſcriptus erat ad marginem Hephaeſtionis: uti illa loca, quae in Ariſtaeneto ſugillas, in ora libri adſcripta inveniſti: ſed de ea re mox.

ἐπὶ δ' ἀνδρομέδαν] conjicit γ'. vel τ'. & ſtultius σ' pro σοι. *nam σ' ante ſyllabam longam eſt σοι apud Poëtas aliquando.*" Voculae σοὶ, μοὶ, rariſſime occurrunt apoſtrophon paſſae. Certe ex emendatione talia nemini placebunt. totus locus autem ſic legendus videtur

Ἀτθὶς, σοὶ δ' ἐμέθεν μὲν ἀπήχθετο
Φροντὶς δηρόν. Ἐπὶ δ' Ἀνδρομέδαν ποτί.

O Atthis, tibi mea quidem inviſa erat
Cura (amor) dudum. Ad Andromedam olim . . .

δηρὸν in fine periodi non obſtat. haud ſemel ita apud Homerum.

Λογαοιδικά] quoniam de iis tacet, conſule M. Meibomium ad Ariſtidem p. 276. ubi plurima verſa invenies.

P. 25. τὸ Ἀναπαιστικὸν] Arnaldus Scholiaſten Ariſtoph. monſtrat ex Hephaeſtione emendandum. id Pavum latuit. numquam enim legit illum Schol. niſi ſaltuatim, ſi eo ipſum citationes depellerent. Nec ipſum Comicum unquam legit, alioquin hac ipſa pagina noviſſet verſum ὅτ' ἐγὼ τὰ δίκαια in Ariſtoph. Nubibus eſſe nongenteſimum quinquageſimum nonum, ut recte animadvertit Arnaldus. imo ſi Schol. legiſſet in Pluto vs. 487. Hephaeſtionem laudatum, & locum difficillimum, de quo mox multa garrit, exhibitum inve-

inveniſſet. Sed nihil ille legit, vel lectum in uſum repoſuit.

Ἐν λόγῳ κ̀ Λοſγῖνος] Mihi cum Caſaub. ad Athenaeum L. III. C 24. p. 704. & VIII. 4 p. 587. videtur Λοſγῖνος ſpurium. ſed pro eo λογίναι (quod pro λογίναι. ut πάλαι pro πάλαι) reſtituendum fide Codd. Athenaei Sive duplex fabulae titulus ſive potius titulus unus. ut γᾶ καὶ θάλασσα alius dramatis titulus. nam hic habetur κ̀ non ἢ. Sic λόγος κ̀ λογίνα. quid λογίνα notet, cum Caſaubono neſcio. alia fingere non libet. porro vide Arnaldum: qui plures craſſos errores hominis hic indicat. & de Dramate hoc Meurſium ad Chreſtomathiam Helladii p 974. Theſ. Gronov. T. X. & Suid. in ἐπίχαρμος. ubi ἐπιχάρμειος λόγος. ſed qui huc non fecerit. Λογία, ait Pavo. „*An ipſum illud quod in novo Foedere ſignificat. abſit, abſit.*" Ut haec intelligas, inſpice Heſychio ſubjectam notam in voce Λόγιαι. neſcio quid Pavoni placuerit: modo video λογιοί, λογιὸν, λόγιος, λόγιοι. Λογιοὶ balbutienti ſunt *diſerti*. Proſam autem omnino cum Arnaldo οἱ τὰς Ἰάμβους &c. arbitratus fuerim: quamvis Canterus quoque in verſus diſtribuerat.

P. 25. Τὶς ἀλαζόνειαν] miraberis qua ἀλαζονεία & ἀδολεσχία duo proſodica ſigna immutat.

P. 26. Οὐρανίον] cum aliis diſtinguit poſt αὖραι. Illi alii ſunt Flor. liber & Variae Lectiones.

P. 26. Σιγᾶν νῦν ἅπας ἔχε, σιγᾶν.
Καὶ πάντα λέγον τάχα πίνοσῃ.
Ἡμῖν, δ' Ἰθάκη πατρίς ἐστι.
Πλέομεν δ' ἅμ' Ὀδυσσεῖ θείῳ.

His verſiculis Pavo nihil notularum addidit: niſi quod δ' deleat ante Ἰθάκη. procul dubio nihil erat adnotandum.

tandum. Imo plurima. nempe ſtupidiſſime νῦν ἄναγε nobis venditat pro Anapaeſto: cum ſit Creticus -υ-. νυν encliticum ſubjiciendum. deinde peſſime Ὀδυσσεῖ ſcribit pro Ὀδυσεῖ. ut exſtat apud Schol. Ariſtoph. Plut. 598. apud quem pro λόγον habetur μόγον. crede huic homini Ariſtophanem lectum. haec autem optime omnia adduxit Arnaldus.

P. 27. ἄειδεν] putidiſſime obloquitur Bentlejo hic & mox. & majuſculam literam ſuam jactat.

P. 28. συνάφομεν] mutatio caſuum nullo modo neceſſaria. eodem redit, quomodo legamus. mox fruſtra τῦτο pro ταῦτα & σίχον pro σίχος ſcriptum fingit. cetera quoque nugacia & erronea. nam παρέχετο pendet ab ἀριστοφάνειον μέτρον. Abundantia ſermonis, quae in τὸ μέτρον non apud Scholiaſtas ſolos, ſed omnes occurrit.

122. p. 31. ἀπόμυλλον] ineptum, quod hic notat. pueri vident.

P. 32. Χορίαμβος] Syntaxin non intelligit, & quae tota hac & ſequenti pagina habet, tortuoſo Pavonis cerebello condigniſſima. ad φίλικος dicit *in membranis* & Φιλίσκος. hoc e Var. Lect. ne putes ipſum Cod. vidiſſe.

δοχμαικὸν] recte M. Meibomius ad Ariſtidem Quintilianum p. 39. 266. obſervat ſemper ſcribendum δοχμιακὸν non δοχμαικόν. ἥλιος. ἡλιακός. Ἴλιος. Ἰλιακός. quod non decebat fugiſſe Proſodicum noſtrum. & ſic apud Etym. M. etiam in Cod. meo.

Κύπελλος θάλος] rurſus plura vitia hic admiſit Pavo, quia ignoravit haec & ſuperiora exſtare apud Schol. Ariſtoph. Nub. 563. vide Arnald.

Τί κε θεῖμεν. Pavus delirat. Haec incerta. mox καττερείκεσθε Inſulſum.

P. 125. 34. ἐξέπιον κάδδον] haec ſomnia non refutabimus. ipſe illa refutat ad Anacreonta p. 261. ubi tamen

tamen *plura alias* promittit. ſcilicet tantum argumentum duobus hauſtibus nequit exhauriri. exſpectabimus igitur alias nugas.

Γλυκεῖα] vide Wolfium in Sapphicis p. 230. Voſſ. ad Catull. 345. Yvonem Villiomarum in locos controv. R. Titii L. V. 5. p. 105. Ed. Commel. Victor. IX. Var. Lect XVIII. ubi ille Titius jure accuſatur ejusdem criminis, quod Pavo millies committit; ut loca, unde profecerit, non laudet.

P. 35. Κρονίδα βασιλῆος γλύος Αἶαν] Quis negabit Pavonem Graece ſcire. en Partes accuratiſſimas. Κρονίδας *eſt Jupiter*, *Croni filius*. βασιλεύς. *Jupiter per excellentiam.* & Αἶαν *eſt caſus vocandi.* Ita re vera Hephaeſtionem jam pueri legere potuerint. verum talibus Minellianis notis carere poſſunt Lectores Hephaeſtionis.

P. 35. ἀντισπαστικὰς Ἰαμβικὰς] haec & quae mox ſequenti pagina habentur ſunt Pavoninae tricae.

P. 127 37. *alii vocem contrahentes errabant lepide.*] Miri ſane lepores in hoc errore contrahendi Ἀχιλλέα in Ἀχιλλῆ. ſic ἐν τισί, *in quibusdam exemplaribus* tamen exaratum, ut Sch. annotat. Vis tibi Lector, aliquid longe lepidius? dicam. videmus hic recte Pavoni hanc συναίρεσιν τοῦ Ἀχιλλέα vocari *contractionem.* Sed pagina quarta συστολὴν etiam longae ſyllabae vocat *contractionem*, cum deberet *correptionem* vocare. vide Arnald. p. 99. Animadv.

Ἀδ' Ἄρτεμις] quae hinc ad p. 37. ſcribit: ſunt omnia inutilia. & Schol. id tribus verbis docuit melius, quam longo ſermone verboſus nugator. qui in ſimpulo plerumque fluctus excitare amat. Non dignatus rurſus inſpicere Urſinum & jure refutare, qui hic legit non ſolum in fragm. Poëtr. p. 296. ſed & in Virgilio cum Gr. collato p. 275. ἅδ' Ἀρέθοισ' ὦ κόραι. nam errat. Ἄρτεμις recte ſe habet. nam ab hoc amore Dianam fuiſſe dictam Ἀλφειαίαν doctiſſ. J. Chriſtian.

Wolfius

Wolfius docet ex Pauſan. L. VI. Eliac. II. C. 22. p. 511. ad poëtrias p. 63. Porro hominem rogatum velim cur Latine *Ephthemimeres* ſcribat: Graece autem Ἑφθημιμερὴς. Certe Voſſius & alii adſpirationem non neglexerunt.

Τριβωλέτερ] Pavo τρίψων ἔτερ. ſic per me legat. vel quovis alio modo. diſcat tamen primam in τρίβω produci apud Homerum, Heſiodum, alios: licet apud Comicos & Tragicos plerumque corripiatur. hoc adponatur vitiis proſodiacis. Nicand. Alex. 349.

Τρῖβε, καὶ ἐκθέρμαινε πιτῷ εἰψυγμένα γυῖα.

P. 129. 37.

Εὐμορφοτέρα Μνασιδίκα τᾶς ἀπαλᾶς Γυρήνω
Ἀσαροτέρας; οὐδ᾽ ἄμμα πώρανα σέθεν τυχοῖσαν.

Egregie hic rurſus Noſter gerit rem. Γυρήνω primum ipſi eſt nomen puellae, & contendit igitur Γυρηνοῦς ſcribendum. deinde aliquid *ipſi ſe obfert longe melius & etiam blandius*. apud Schol. p. 76. ſcribitur ſcilicet Γυρίνω. hoc verum. ſed vide jam Lector, negligentiam Pavonis: nam ſic quoque habet non ſolummodo Flor. ſed quod plus, Longini Fragmenta Hudſon. ita exhibent, ut obſervat Arnaldus. unde conſtat, nondum ei innotuiſſe haec fragmenta, cum verſaretur in pag. hac 37. nam cur hoc teſtimonium non advocaſſet longe locupletiſſimum. imo neſciviſſe inde patet, quod apud Longinum non plane Γυρίνω, ſed Γυρίννω exſtet. certe variationis mentio facienda fuiſſet. quin vel ad p. 76. nihil tale memorat homo inconſultiſſimus. haec autem amica Sapphus a Maximo Tyrio Dial. VIII. uti animadverterunt viri eruditi, vocatur Γύριννα. quod nolim in Ἤριννα mutare cum

cum N. Heinſio ad Ovid. Epiſt. XV. 17. Sed audiamus Pavunculanas porro nugas. γυρῖνοι ſunt *οἱ μικροὶ βάτραχοι.* hoc nomen datum puellae. *Ranula, quid ais? non adpoſitiſſimum hoc & blandum! de eo hercule dubitat nemo?*" Scilicet γυρῖνοι non ranae rubetae, Lector, ſed *ranulae* dicuntur eſſe *rotundae ſpeciei, adhuc ſine pedibus:* unde Theoni vocantur ἄπλαστα γεννήματα. unde quoque proverbium in ſtolidiſſimos, εἰς φρόνησιν οὐδὲν βελτίων βατράχου γυρίνου. vide Is. Voſſ. ad Melam. I. IX. nonne igitur *blanda* & venuſta meretriculae adpellatio! Si quando, o Pavo, Hollandiam inviſere dignatus fueris, illa tibi multas tales amiculas, blandulas, lubenter adducet; in viridibus ripis cantitantes: quibuſcum ludere, quantum velis, poſſis. & ſunt te dignae,

namque hae quoque turpes
Litibus exercent linguas, pulſoque pudore
Quamvis ſint ſub aquis ſub aquis maledicere tentant.

Porro puto ſcribendum vel Γυρίνας vel Γυρινοῦς vel Γυρινῶς. ut Αἰδῶς, αἰχῶς habuimus. Nam quae ſtultitia eſt fingere puellae nomen fuiſſe γυρῖνος, unde γυρίνη & Dorice γυρίνα! nam γυρῖνος maſculini generis. Aelian. de Animal. L. I. C. 58. certe hanc difficultatem removere debuiſſet Pavo. In fine rurſus Hercules μυίαγρος debellat notam Proſodiacam.

At ſequens verſiculus non minus mirabilia promit. αἰσταρολίεργος, οὐδ' ἅμα πώεργνα σέθεν τυχοῖσαν. Inde ille fingit

Faſtidium ſubegit tempeſtive te aſſecutam.
ἄσαι τὸ ἰραςοῦ δάμασ' ὡραῖα σέθεν τυχοῖσαν.

Vides autem, Lector, me duo vocabula non ver-

tiſſe. nam illa etiam non vertit Pavo. at dicit cohaerere cum Γυρίνω verba ποῖ' ἐργςῦ. non videtur tamen auſus fuiſſe adgredi verſionem. neſcio quid inde faciam. ἐργςὴς. *amator.* an quia haec *Gyrinus* eſt amica Sapphus θήλυν *Maſculae*, forte poteſt gaudere maſculino hoc ſocio? an erit adjectivum & ὁ ἡ ἐραςὸς olim dictum fuit? *Eraſtus* nomen ſatis notum in fabulis Romanenſibus. Imo Scapula meus habet ἐραςὸς ἐραςλὸς. ita ergo fuerit. *Maſculina cauda* [aliis dicitur, terminatio] in hac voce nemini diſplicere poteſt. ὠραῖα adject. plurali numero & genere neutro facile vices adverbii ſuſtinuerit. ſed inſpiciamus illud ὤρα paulo propius. ὤρη. Aeolice & Doriee ὤρα. optime. at prima in ὤρα corripitur, & ſic in Ionico a majori locum non habuerit. Sappho.

Μή μ' ἄσαισι, μηδ' ἀνίησι δάμνα.

At ita tamen Schol. ad hunc verſiculum reſpiciens, de quo inepte dubitat Pavo. p. 38. Ἀσαροτέρας. δευτέρου παίωνος. συςέλλουσι γὰρ οἱ αἰολεῖς τὸ ὦ, ὡς ἐν τῷ Μή με ἄσαις ἀμηδονίαισι. at ἀσαροτέρας eſt lectio piſce ſanior. ſcribitur enim ita, ut metro conſulatur & dialecto, pro ἀσηροτέρας. ἀσηρὸς *faſtidioſus.* ut ab ἄτη ἀτηρός: ἀνία ἀνιαρός. Schol. autem invenit ἀσαροτέρας & ideo de Paeone ſecundo cogitavit. ſaepe autem amantes de faſtidioſis puellis queruntur.

At praeterea hic plura ignoravit rurſus. Urſinus enim ſic hos verſus edidit.

Εὐμορφοτέρα Μναΐδος, καὶ τὰς ἀπαλᾶς Πυρίνω
Ἀσαροτέρα. σοῦδ' ἄμ' ἐπ' ὠρανα σέθεν τυχοῖσα.

Qui ex Scholio haec praemittit in notis p. 289. Μά-

λα

λαι δὴ κεκορημένος σόργος κεφαλὴν ἀμορφότερος Μναΐδος καὶ τᾶς ἀπαλᾶς Πυρίνω. & praeterea Μνᾶις καὶ Πυρίνω ὀνόματα κύρια. An editori Hephaeſtionis haec ita intacta praetermittenda fuerant? Urſinus huc advocat quoque ὠεράνα. χελιδών. ἡ ἐν τῇ ὥρᾳ; hoc eſt τῷ εἴαρι φαινομένη. idem ergo cum ὡραῖα? Arnaldi ἀσαρηθέρα nativa ſimplicitate ſe commendat. & niſi ἀσαροθέρα ſatis probabiliter eſſet ſanum, illud non diſpliceret.

P. 39. ὠράνα Χελιδὼν] ipſi potius videtur ὠραῖα. quia id metro convenit. Sed unde ſcit alterum diſconvenire? ὠραῖα tamen antea etiam placuit Rev. Joanni Alberti ad Acta Apoſtol. p. 226. cui haec ſuſpicio igitur debetur. de Heſychii Ὠεράνα Pavus *alio loco*. At hic erat locus de eo agendi. Heſych. explicat χελιδόνων ὀροφή. ego autem omnino gloſſam ad hunc locum Sapphus facere arbitrarer. Quid autem ſignificat? an illud quod Heſychius? Pavo aliquando centum Grammaticis obſtrepit: an mihi ſemel Heſychio adverſari licebit inpune? crediderim, & ſic credendi anſam praebuit emendatio ab Arnaldo p. 135. propoſita, crediderim legendum ὦ 'ραννὰ χελίδων. *O amabilis hirundo.* Et Epitritus ſecundus -υ-- hic occupavit locum Ionici a minore. vide Hephaeſtionem. ἐρανὸς pro ἐραννός paſſim occurrit. vide p. 56.

P. 132. p. 40. τοῦτο μὲν τοι. rurſus neglexit Schol. Ariſtoph. ad Ran. vs. 326. bis peccans: cum & Hephaeſtio ex illo, & ex Hephaeſtione Schol. emendari poſſit. vide Arnaldum.

P. 133. 40. σαῦλαι] vide Schol. Arnaldum: & Vannum p. 366. ut ſuum σαῦλαι defendat, Pavus advocet ex Priſciano p. 563. & aliis Aeolicum κοῖλον pro κοῖλον. quod tamen ubi docuerit habere ſecundam brevem, nihil adhuc certi de σαῦλαι nobis dixerit. ſed ex loco Priſciani nihil certi elucuerit. nam κοῖλον comparat ille cum Latinorum *Troja*. Τροῖα. quod pa-

rum intelligo: nam procul dubio Latini non pronunciarunt Tecta plane triſyllabice, ſed ſono inter Ἰῶτα verum & Jod diſyllabice, ut patet ex verſibus.

P. 134. 41.] Οἱ δὲ Γάλλοι διαβάλλονται ὡς θήλειαν νόσον ἔχοντες. διὸ καὶ σώματα, φόρον ἐτέλουν Ῥωμαίοις εἰς τοῦτο. οἱ τοιοῦτοι δὲ ἱερεῖς εἰσι Δήμητρος.] duo hic animadvertit pro ſua doctrinula Philologus noſter! In prius membrum, quo dicuntur *corpora vectigal pependiſſe Romanis*, notat: „*Neſcio an hoc alibi ſcriptum.*“ At ſi id neſcis, neſcis rem notiſſimam, & plane te probas, ut in lingua Romana, quod paſſim jam patuit, ſic in moribus Romanis imperitum & rudem. Quid ſit ἡ θήλεια νόσος, non ignoraveris. Si ignoras, te docebit Tollius ad Longinum C. XXVIII. p. 162. Jam Eunuchos, exoletos, cynaedos, inter quos hi Galli, aeque ac meretrices vectigal pependiſſe docet Lampridius Alexandro Severo C. XXIV. *Lenonum vectigal, & meretricum & exoletorum in ſacrum aerarium inferri vetuit.* Gallos autem inter molles & exoletos eſſe, non ipſe negaverit Pavo. Vid. Ovid. IV. Faſt. 244. ita Meretrix Anthol. L. IV. p. 353. deſcribitur

Ἡ δὲ φέρουσα πόρους ἀπὸ σώματος, ἑσμὸν ἐραστῶν
Ἕξει ἐπὶ προθύροις, ἐνθάδε λυομένη.

quare ego puto in Schol. legendum διὸ καὶ σωμάτων φόρον ἐτέλουν, nempe οἱ Γάλλοι, quamquam ſi praefracte quis velit tueri editam lectionem, potuerit.

Secunda animadverſio eſt non minus erudita, in ſecundum membrum, quo Galli dicuntur *Cereris ſacerdotes.* „Κυβέλης *dixiſſet potius: nam illam colebant Galli: ſed Grammaticus fuit recentior.*“ Gallos eſſe Matris Magnae ſacerdotes pueri norunt. at pueraſter noſter ignorat Cererem & Matrem Magnam eſſe

eſſe eamdem Deam. At id inter alios eum docere potuiſſet Servius ad I Georg. vs. 163. *Matris Eleuſinae. qualia oſtendit Ceres apud Eleuſina? aut certe qualibus Mater Deum colitur. Nam* IPSA *eſt etiam* CERES. Quid aliud Δημήτηρ quam Γῆ μήτηρ. *Tellus. Ops. Rhea. Ceres?* vide G. J. Voſſium de Idol. Gent. L. II. C. LIV. p. 224. & pluribus nuper adſtruxit Matthaeus Aegyptius in docta commentatione ad Senatusconſultum de Bacchanalibus p. 62. Ex his autem ego non recentiorem, ſed potius ſatis vetuſtumGrammaticum colligerem. dicit enim εἰσὶ non ἦσαν. Videsautem cauſam, Lector, cur rancidiſſimis & putidis ſuis notulis nuſquam aliquid Philologicum admiſceat: ſcilicet, ſi id conaretur, ſingulis in ſententiis ſtupidam inſcitiam palam divulgaret: jam tacendo nuditatem tegere enititur: quae ſic tamen turpiter adparet.

P. 1136. 42. ἐν ταῖς προτέραις θεσμοφοριαζούσαις] Hemſterhuſ. ad Polluc. X. 152. *Priores* θεσμοφοριάζουσαι *inveniuntur apud Hephaeſtionem: ipſe vero locus, quem ibi ponit Hephaeſtio, cum in ipſis Theſmophoriazuſis, quantum memini non reperiatur, jubet emendari* δευτέραις *pro* προτέραις." In eandem ſententiam, ſolidis rationibus uſi, iverunt quoque Caſaub. ad Athenaeum & Kuſterus ad Theſmophoriazuſas jam mera contradicendi libidine putidiſſimus Grammaticaſter, quae ſupereſt Comoedia, ſecundas Theſmophoriazuſas eſſe ait: & audet Gellium L. XV. C. XX. in eam ſententiam corrumpere, ubi plane locus hodie exſtans in omnibus libris ex Προτέραις laudatur. Nova argumenta adtulit Erud. Arnaldus. Mirabor, an homini ſatis impudentiae futurum ſit, ut etiamnum his liquidiſſimis argumentis obſtrepat! ſed quid Κυνοκέφαλος non audeat, qui nuper rurſus tot calumniis, non minus puerilibus quam mendacibus, elegantiſſimum Theophraſti *de Moribus* libellum profanare

ſanare ſuſtinuerit! nam iſte liber haec recenſenti in manus traditur. ſcilicet hic ille eſt hypocrita Pavus, *qui ſe ita ſemper literas excoluiſſe* ipſe putide gloriatur, *ut animi ſaltem correctionem inde retulerit.* O bellum ſpecimen correcti animi Pavonini. Sed permittamus truculentum hominem nunc furiis ſuis: & auctorum bonorum cauſam porro agere pergamus. mox Sycophanta inprobus βουδόρῳ νόμῳ poenas dabit! ride autem ineptum jactatorem, qui ter in dimidiata hac pagina haec Lectori occinat: *plura forte ſuo loco: ſed de his accuratius aliquando. Plura alias.* & rurſus p. 138. *nos metri proportionem fortaſſe latius aliquando explicabimus.*

P. 139. 44. τὸ α, ἀντὶ μακρᾶς] homo corrigit ſana. Nam Syntaxin eſſe nullam ait, cum optima ſit, & ipſe omnem aboleat: quippe λαμβανομένης reſpicit vocem μακρᾶς. ille autem ignoranter admodum corrigit τῆς α & eo refert λαμβανομένης, cum ἀντὶ μακρᾶς intercedat. Ejusdem farinae paſſim ceterae ejus correctiunculae in Scholiis; quae ad rem metricam.

Ἀλκαίων] Fabric. in Bibl. Graec. VII. p. 19. jam Ἀλκαῖος praetulit. cujus Index Auctorum, auctior, calci Hephaeſtionis adponendus fuiſſet.

P. 141. p. 46. Ἐπινικὸν] rurſus ignoravit duo loca Schol. Pindari περὶ τῶν κώλων ad Olymp. I. 10. ἐρήμας δι' αἰθέρος & 46. δεδαιδαλμένοι ψεύδεσι ποικίλοις. quae Meibomius laudat, & una Hephaeſtionem ad Ariſtidem Quintilianum p. 280.

Θαλασσοκρατεῖν *ipſi proletarii habent in ore*] Herodotus, Thucydides famelico huic Criticaſtro ſunt proletarii ſcriptores!

P. 143. 49. ἀνάπαιστον] haec confutat Arnaldus & Hephaeſtionem emendat.

50. ἐν τοῖς Ἀρχιλόχοις] En notulam Pavonis: *Nota Dramatis titulum.*" dic, cur hoc facerem! poſt Can-

Canterum, Meurſium, Fabricium & quem non? mox rurſus habes: *videbimus alias*, quae formula, credo, plus millies in ejus aridis notulis occurrit.

P. 52. 53. 54 & 55. quae ad has paginas notantur minutiſſimae ſunt λεπτολογίαι: & partim tamen falſae.

P. 59. Πολυσχηματίστα] locus hic totus vertitur a M. Meibomio ad Ariſtidem p. 280. ita p. 281. locus παραβάσεις. qui p. 71. exſtat. item locus ex p. 64. quae monſtrant, ignorantiae ſuae velum quaeſiviſſe, cum naturam libelli verſionem reſpuere praetexuit Pavus. debuiſſet oſtendiſſe has verſiones propter τὸ ἀδύνατον eſſe vitioſas. ſed totum Ariſtidem & Meibomium hic ἄμουσος Muſicus ignoravit.

P. 156. 60. Οὐ βέβηλοις (ſic αἱ τελεταὶ τοῦ νέου Διονύσου.] vertenda ſunt. „ *Initia junioris Bacchi non patent profanis.*" vertit *juniorem*. re vera cum tres praecipue Bacchi celebrarentur, ille Jovis & Semeles filius erat *Junior*. dubito tamen, an ita vertendum. & non potius *novus*. de ea re *forte nos alio loco*. interea vide de hoc Epitheto etiam regibus dato Ez. Spanhemium T. I. de Praeſtant. Numiſm. p. 421. 436. & Deliaca mea p. 51. Quin hic forte Νέος Διόνυσος etiam alia ratione dici poſſet videri. de qua notione agit elegantiſſimus Broukhuſius ad Tibullum L. II. 1. 1.

Et tu, Bacche tener, jucundae conſitor uvae,
Tu quoque devotos, Bacche, relinque lacus.

P. 157. 60. Δούρατος ὥς ἐφ' ἵππῳ] *haec obſcura ſunt & difficilia: an forte legendum.* Δούρατος ὥς τ' ἐφ' ἵπποι κατὰ μὲν βρεμόμενοι. *ordo verborum ſit.* ὥς τ' ἵπποι ἐπὶ δούρατος μὲν καταβρεμόμενοι. *quae verti poſſunt. ut equi quidem in haſtam cum fremitu irruentes.* ἐπὶ *cum caſu patrio ſaepe motum indicat; hunc autem explicat*

plicat βρεμόμενοι *&* καταβρεμόμενοι *rite acceptum.*" nidulus rurſum ineptiarum. nota primum illud ἐφ' a caſu ſuo ἵππῳ vel ἵππῳ avulſum. deinde novam τῷ καταβρεμοῦσθαι adfingi notionem, *cum fremitu irruere*. dein non quidem negari poteſt ἐπὶ cum Genitivo ſignificare ſaepe *motum ad locum*, de qua conſtructione egit vir doctus Vol. IV. T. I. p. 2. Miſcell. Sed ita conſtrui, cum *impetum* notat, monſtratum oportuerat. tum longe efficacius Accuſativus additur. in hoc verſiculo rurſus homo non vidit, at vidit Jo. Chriſtian. Wolfius in Poëtriis p 45. agi de ἵππῳ δουρατέῳ *equo Trojano*, quo incluſi Danai hic dicunt, ut legendum eſt, ut puto,

Δουρατέῳ τ' ἐφ' ἵππῳ κατ' μὲν βρεμόμενοι
Πόλιν δ' ἐπράθομεν.

Durateoque in equo quidem frementes, (ſedebamus)
Urbem vero expugnavimus.

Δουράτεος ἵππος Homero & aliis ſaepe celebratur. τ' autem nunc abundare videtur ſed ſuperiora & amiſſa conjunctionem neceſſariam fecerint. μὲν quoque nunc ineptius videtur. ſed in integro loco forte aliter vel corruptum eſt. hac autem ſpecioſiſſima Wolfii ſuſpicione admiſſa, reliqua quoque alia facile adparebunt. nam pro deſperato habito tertio verſiculo, quartus reſpexerit Laocoontos factum. de quo Virgilius

Sic fatus validis ingentem viribus haſtam
In latus inque feri curvam compagibus alvum
Contorſit. Stetit illa tremens, uteroque recuſſo
Inſonuere cavae gemitumque dedere cavernae.

nec obſtat illic *haſtam* memorari, hic πέλεκυν. nam in

in talibus ſaepe variant poëtae. & in hac ipſa re Petron. C. 89. canit:

> *Iterum tamen confirmat invalidam manum,*
> *Altaque* bipenni *latera pertentat. fremit*
> *Captiva pubes intus, &, dum murmurat,*
> *Roborea moles ſpirat alieno metu.*

haec tamen modo ſuſpicionis loco proponimus: quae, niſi fallor, non deterior abſurdis figmentis Pavi fuerit.

P. 158. 61. ϑπωνικόν.] *nos plura de his alias.*" At ad quem auctorem metra aptius tractentur, quam ad hunc. vide M. Meibomium p. 280. ad Ariſtidem.

P. 159. 61. ἀποκλὰς *eſt tempus minus uſitatum* ἐξ ἀποκλᾶν. *ςὰς & ἀποςὰς ei gemella. id bonus Grammaticus ignoravit, ideoque* pro ἀποκλὰς *ſcripſit* ἀπόκλασμα . . . . . . *ſi* ἀπόκλασμα *voluiſſet poëta in gratiam verſus ſcripſiſſet* ἀπόκλασμ' *vel ante* οἴνε *collocaſſet* M. *ſed hoc nec illud ab eo factum.*" At, inepte, ἀποκλὰς tuum eſt barbarum, ut ipſe es. & ultimum certo factum a poëta. *fruſtulum* hic *inepte* ἀπόκλασμα. alioquin ſenſus ſibi nullo conſtat modo. & quid probabilius, quam ut illa litera M ſenſim neglecta fuerit. bella rurſus comparatio, ut ςὰς ab ἵςημι, ſic fictitium κλὰς a κλάω.

P. 159. 62. παραβέβασαι] *legendum* παραβέβηκαι. *a* παραβαίνομαι. *a* παραβαίνομαι *non poteſt fieri* παραβέβασαι. *res eſt nota pueris.*" Sed niſi ipſe pueri inſtar ſaperet, vidiſſet legendum παραβεβίασαι. a παραβιάζομαι. *detortum fuit. violenter adhibitum fuit.* παραβεβίβασαι alii forte ſcribendum duxerint. vellem autem ſequentia mihi verba explicuiſſet: quae me non intelligere fateor.

P. 159. 62. βραχυκαλάληκλοι] ſi vere velis verba

ſine ſenſu, quae eleganti vocabulo Galli vocant *Galimatias*, haec legas ad p. 161 fere finem.

P. 162. 64. Audi modeſtiam Pavunculinam. „ *de bis periodicis & Paſinodicis omnes hactenus male, quantum ego ſcio. ego tibi explanabo primus.*" At Agyrtae haec ſolemnis eſt & inanis jactantia. quae tradit enim vitioſa & aura leviora. nugis non immoramur. porro in fine pro ὅθα κατὰ θέσιν emendat ὅτα κατὰ χέσιν. ſed ſic dudum emendavit M. Meibomius ad Ariſtidem p. 282. plane ſcribendum κατὰ χέσιν. Quid dicemus? qua actione reum agemus: utrum ignorantiae an plagii accuſabimus Utrum nunquam veteres Muſices ſcriptores vidit Pavo vel legit: an vidit & legit, & haec non animadvertit. an animadvertit, & tacite ſibi indicavit. in meliorem partem haec interpretemur, & modo ignorantiae maculam inuramus. Nam re vera neſciviſſe credo, tales auctores unquam exſtitiſſe; nedum editos fuiſſe.

P. 164. 65. καὶ ἄλλα παίγνια] more ſuo tricatur. illud καὶ ἄλλα παίγνια in genere dictum. non de παιγνίοις ſolis Simmiae.

P. 165. p. 65. *haec obiter nunc: plura ſuo loco.*] ubi? an in hoc libello, an parat κακόμυνσος noſter opus Proſodicum? vide de hac re Ariſtid. Quintilian. p. 49.

σύςημα δέ ἐςι] vide Arnaldum.

κατὰ χέσιν] tres varias Lectiones promit Arnaldus ex Scholl. Sophoclis & Euripidis, quae Pavoni latuerunt.

P. 166. Οὐ πλατεῖ νικῶν. ς. α. τ. Caeſurae vel liquidae vi produci ait. fruſtra de liquida. Il. β 115. Οὕτω πȣ Διῒ μέλλει ὑπερμενέϊ φίλον εἶναι. niſi φ Pavoni *liquida* ſit. liquida tantum caſu ſequitur. ut Heſiod. Scut. Herc. vs. 455. ἐν σάκεϊ μεγάλῳ. φ nihil poteſt.

P. 68.

P. 68. ἐπωδικὰ] longe certiora ex Schol. Euripidis & Sophoclis inveniuntur apud Arnaldum.

P. 69. ἀνομοιόστροφα] rurſus Ariſtophanis & Sophoclis & Euripidis veteres interpretes ſimilia habere ignoravit. videantur ſaepius laudatae Animadverſiones G. Arnaldi. cujus induſtriae & acumini plus Hephaeſtio debet quam Pavoni.

P. 168. 70. ἄρθεις δ' ἦντ' ἀπὸ Λευκάδος πέτρης] quia, ſecundum canona a ſe fictum, verſus *nimis longus eſt pro proodico*, ideo audacter πέτρης ejicit. At nec Flor. nec Cod. huic temeritati favent. vide iterum p. 155. mulum eodem luto haerentem.

P. 71. καὶ τῷ μέλει ἀντίστροφον] corrigit καὶ τὸ μέλος ἀντίστροφον. at p. 176. ad p. 75. ubi habetur ita in ipſo contextu, ſic tandem monet *a ſe hic correctum*. hic diſſimulat, ut ita per tres paginas gloria fruatur ſuae emendatiunculae: ſi quidem talis. an credemus, ut ſaepe vidimus, illum tum nondum animadvertiſſe, quae ſequebantur in auctore ſuo? idem facit ad p. 11 & 79. in εὐπρέπεια.

P. 170. Νεμέα] vide cruentam pugnam Pavunculi cum ἰῶτα ſubſcripto Typothetarum errore. vix D. Quichotus ita acriter cum molis decertarit. reliqua ad hanc paginam Scholaſticum hircum olent.

P. 174. Μενάνδρου] vide Fragm. Menandri J. Clerici p. 110. Pavo promittit *plura alias de ea re.*

P. 174. 74 editur in ipſo textu p. 70. ἐν τῷ παρῳδοις. barbare. id nondum noverat vitioſum, illam paginam recenſens: jam in Sch. recte inveniens ἐν τῷ παρόδοις, hoc in loco, ſane alieniſſimo, id monet.

P. 176. ἡ παράγραφος.] vertit, *paragraphus eſt*, qui *diſtinguit*. Maſculinum genus in hac voce inpenſius placuit.

P. 176. 76. *Sic etiam Prolegomena iſta Longini*] hac pagina primum advocat auctoritatem hujus fragmenti:

menti: at jam p. 37. & aliis locis aeque e re ſua fuerat, illam advocare. unde jure ſtatuemus, hominem tam inconſulta temeritate editionem hujus Enchiridii ſuſcepiſſe, ut ne quidem Fabricii Bibl. Graecam, unde notitiam fragmenti haurire potuiſſet, inſpexerit, re vera mutuari neceſſe habuiſſet. ſed quis, licet ſatis inſtructa Bibliotheca utatur, amicorum opibus non interdum indiget! Verum tam abſurdis moribus μισάνθρωπος hic utitur, ut quod quisque ſine reprehenſione facit, facere dedignetur: quod nemo niſi honeſtate laeſa licere cenſet, id perpetrare laudi ſibi ceſſurum arbitretur.

P. 76. Ὀρνίθων πτερίσματα] *A* πτερίζω, πτέρισμα. *pro* πτερίζειν *alii* πτερύσσειν & πτερύσσεσθαι. *Sciunt Graece docti.* " Vide Sycophantae artes, quibus incauto lectori illudit. nam ita de his vocabulis loquitur, quaſi πτερύσσειν eſſet minus uſitatum: πτερίζειν eſſet vulgo receptum. at illud πτερίζειν eſt barbarum. & proinde etiam inde deductum πτέρισμα. verum a πτέρυξ πτερύσσω. at πτέρις, longe aliud ſonans, non progenerat verbum. ſcilicet *hoc docti ſciunt.* Tu lege, πτερύσματα.

P. 77. ἀεὶ ἔθεν] Schol. annotat, ultimam in ἀεὶ produci, quia accentus acutus eſt in ἔθεν. quod plane Pavoninis ſimile eſt commentum. vide cauſam late a nobis traditam p. 395. Vanni. Barneſ. autem male edidit ἀπαὶ. eo ſpectat Pavoninum illud *per bene* paulo ante.

P. 78. καὶ ἔξεστι τούτοις τοῖς δέκα τρόποις κεχρῆσθαι] illud τούτοις non referendum eſſe ad τὸ τρόποις, *ſed per ſe ſubſiſtere & poetas deſignare liberioris ſpiritus*, pauperrimi ſpiritus Syntacticus comminiſcitur.

P. 178. 79. *utinam bonus addidiſſet exemplum, quo diphthongus ante ρ corripitur, ut ante vocalem. ſed de his forte plura aliquando.* rurſus ignorantiae effugium. hoc loco de ea re aptiſſime agi poterat. ſed nihil pot-

cſt

eſt hac de re dici, niſi Scholiaſten errare. diphthongus nunquam correpta fuit ante ῥ. Sed vocalis aliquando producitur ante ῥ. vide Schol. p. 93. (qua pagina putidum Sphalma Turnebianae Edit. retinuit Ἡλιοδέρῳ pro Ἡλιοδώρῳ.) ἤδη δέ τινες καὶ τοῦ Βορέης τὴν βο καὶ ρε, συλλαβὴν, ἐπεχείρησαν διὰ συνιζήσεως εἰς μίαν μακρὰν συνάπτειν, λέγοντες ὡς μετὰ τὴν ρο, συλλαβὴν τοῦ ρ, ἐπιφερομένου, ὅπερ ὡς φωνῆεν καταλογίζεται. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ δασύνεται ἐν πάσῃ ἀρχῇ λέξεως) οὐδὲν ἔσται ἐμπόδιον κοινὴν γενέσθαι συλλαβήν. haec ſatis recte hoc loco. ubi *βραχὺ φωνῆεν brevis vocalis* fit communis: id eſt poteſt eſſe *longa* vel *brevis*, ſequente litera P. quamvis male id ei tribuitur, quia quaſi *vocalis* eſt: nam hoc ridiculum. nam ſic ex. gr. ſi libuiſſet Graecis, φ potuiſſent exprimere per π'. literam θ per τ'. uti re vera aliquando ΠΗ. ΤΗ ſcriptum invenitur. & ſic pro adſpirata litera P potuiſſent e contrario adhibere aliam notam: ſed ideo nihil magis illae literae vocalibus adſimulandae fuiſſent. quare commentum illud eſt Grammaticorum ineptorum, nam etiam olim Pavonidae fuerunt. miror autem Grammaticum non addidiſſe etiam literam P ψιλοῦσθαι ut paſſim fit, ubi geminatur. & Aeoles olim in multis vocabulis in initio ſolebant ψιλοῦν. Vetus Grammaticus. ἐπὶ μὲν τοῦ ῥώμη καὶ ῥέω τίθεται ἡ δασεῖα. ἐπὶ δὲ τοῦ ῥάρος, τὸ βρέφος κατὰ τοὺς Αἰολεῖς ἡ ψιλή. Porro de voce βορέης Clarkius ad Homer. Il. Ι. vs. 5. ait. *Porphyrio* (Quaeſt. Hom. 5.) *ſcriptum eſt βόῤῥης, quomodo pronunciabatur*: illud veriſſimum eſſe patet, quod etiam in proſa Strabo & alii βοῤῥᾶς ſcribant.

Hinc pro εὐπρέπειαν malebam p. 11r] vide a p. 70. ποσοῦνται τοίνυν οὕτως] *fiunt, conficiuntur ita. a πόσος verbum deductum: ſic ποιοῦνται non indigemus.* "at quis ποιοῦνται requiſivit? tua ignorantia te de iſta voce cogitare

gitare fecit ſola. neſciebas ποσῶν eſſe bonum vocabulum nempe tum nondum legeras Theophraſtum apud quem ποσῶν bis occurrit Character. XVIII & XXIII. non autem poſſum, quin ſpecimen incredibilis rurſus maledicentiae hic ſiſtam, qua in vivos & mortuos more ſolito in iſto commictili libello, ſi ejus notas ſpectes, debacchatur. en quomodo ſacrilegam linguam in magnum illum Caſaubonum ſolvere audeat ad Charact. XV. deteriora forte aliis locis habet: ſed occaſione hujus vocis in hunc incido: nec reliquas ejus nugas adhuc perlegi. Casaubonus *audacter & inepte legit. nam quid πόσου in iſto commento. ſic ineptum eſt πόσυ. Quare vir Eruditus* non felicior *fuit in his quam in* aliis plerisque *& lepide etiam erravit in πόσυ vertens, in rationes referre. nam id plane commentitium eſt, & verbum ſignificare non poteſt. aliorum conjecturas non moror.*“ Nimirum, Caſaubonus mortuus eſt, cogitavit bellua immanis, & quantum novit *nominis ſui vindicem non reliquit.* At fallitur; quamplurimos, quippe omnes doctos & probos, famae ſuae vindices reliquit, qui paedagogi ferocientis inpudentiam & maledicentiam nunquam exſecrari & ulciſci publice & privatim deſinent.

P. 180. 81. ὄρσο] *ὄρωρα nunc ἐνεργητικῶς, nunc παθητικῶς accipitur, ita & ὄρσο ſimiliter plane accipi poteſt.*“ ridiculum & falſum. de conjectura nihil dico: quia a ſe titubante factam bis confitetur. credimus & ſaepius, quam ipſe ſcit, titubare miſere ejus cerebellum.

Ἐν τῇ αὐτῇ γαμετῇ Νῆρι] *Nomen haud dubie corruptum eſt. Μεζανείρα vel Μεγαντείρα ab aliis dicitur. vide Mythologos.* En ſpecimen rurſus vel ignorantiae vel neſcio cujus malignitatis. nam N. Heinſius ad Ovid. IV. Faſt. vs. 539. ubi de hac femina docte multis diſſerit, Μεζανείρη reſtituit. nonne decebat hunc

hunc virum, ſane non ignobilem, hujus emendationis auctorem laudare? in Flor. etiam vitioſa lectio obtinet. e qua tamen editione etiam nonnulla emendare liceret in hiſce ſequentibus Scholiis: ſed quae, uti notas Pavoninas, quae ſequuntur, tangere nolo; Grammaticarum ineptiarum plus quam ſatur. Et abunde quoque commonſtratum dedimus, hominem peſſime meritum fuiſſe & de Hephaeſtione, & de ejus Scholiis. Sane Hephaeſtion a docto & recti judicii viro iterum edi merebatur: quod fore brevi non deſperamus. Sed ad alios ejus abortus diſſecandos accedamus.

CAPUT XI.

Excerpta quaedam cenſurarum in Horapollinem.

HAeſimus ſatis nimiumque diu in Hephaeſtione: ſed oſtendere hoc documento voluimus, quanta inſcitia & ſtupore ejus Commentarii ſint referti, ſi penitius excutiantur. nec tamen nos omnia vidimus: alii alia reprehendenda invenerint. Brevius quae ad Horapollinem ſpectant, perſtringemus: imo modo pauca ſpeciminis loco adponemus, non quod in iis non ampla ſeges vitiorum craſſiſſimorum poſſit colligi: imo jam collecta ſit: ſed quia nos taedet illis tam diu immorari, & modulo libelli conſulendum eſt.

Edidit igitur Horapollinem, uti Hephaeſtionem, non conſultis ullis MStis. cum tamen plurimi ſuperſunt. Sic in Bibliotheca D. Marci exſtat hic liber una cum Dialogis aliquot Platonis in Charta. Eodem genere commentandi utitur: mira conjectat: nuſquam aliquid fere probat. quos compilat, paſſim acerbe perſtringit viros doctiſſimos. ut non immerito in

in Actis Lipſienſibus Anni MDCCXXVII. p. 505. ſcriptum ſit: *Saepe etiam notatis Criticorum ex. gr. Salmaſii, Bocharti, Hoeſchelii erroribus, idque aſperius, tam crebro iis objiciente Cl. Editore* ineptias, *ut qui dixerit* ſexcentis *id factum eſſe locis, ei non ſit metuendum, ut reus agatur* hyperboles.

Magno autem Lectoris incommodo ignavus neque librorum numerum, neque capitum in fronte paginarum notavit in notulis ſuis. Merceri quoque notas ad paginas: Hoeſchelii, Cauſini, ſuas ad Capita ordinat.

P. 278. ἔτος τὸ ἐνιςάμενον] *annum ineuntem & inceptum.* Interpres non bene. *Inſtantem annum.* ſciunt Graece docti." *Annum inſtantem, eſſe annum,* quem vocant, *praeſentem, currentem,* ſciunt Latine docti. Faber meus haec habet. *praeſens* & *quaſi urgens.* Quint. V. C. 10. *praeteritum, inſtans, futurum.* Nep. 2. 1. *de inſtantibus, ut ait Thucydides, veriſſime judicabat, & de futuris callidiſſime conjiciebat.* hoc & plura ſimilia ignoravit Latinae Linguae rudis Pavo. Nam quis credat hominem unquam bonos ſcriptores verſaſſe: apud quem barbara vel barbaris proxima vocabula omnes paginas deſaedant. *de novo. reprobare. abludere. ablandiri. quadrare. mutuare* pro *mutuari. ſeducere* pro *decipere. caeſpitare. praeciſe. ſubſtantialis. principaliter. libens lubensque. conjectari.* & quae plura hujus farinae. quis credat Linguae Latinae vel neceſſariam operam navaſſe, qui ad Horapoll. p. 291. neſcit apud Latinos *per* poni aliquando pro *poſt.* qui ad Quintum Calabrum III. 584. interpretem perſtringit: quia κυανέοισι πέπλοις, vertit *caeruleis peplis: nam is color maris & minime lugubris. quare niger āter ibi mavult.* at *caeruleus* niger. Virg. III. 64.

Caeruleis maeſtae vittis, atraque cupreſſo.

Serv.

Serv. *nigris.* & millies. qui L. VIII. 189. ἔπαιζον κνημῖδας inepte verti *vulnerabant* ait: & *pulſabant* verti jubet. & una II. P. 31. inepte reponi jubet *pulſavit* pro *vulneravit*, cum dudum ibi Barneſius & alii *ferit*, habeat, & vulnerari paſſim *arbores*, *naves* apud Livium & alios dici, ipſa Lexica doceant? qui ad Ariſtaenetum L. II. Ep. I. ταῦτα μὲν δὴ εὖ ἔρξας comparat cum formula Latinorum *hoc age*. & centena alia. quis haec legens, non agnoverit ſummo jure me ſcripſiſſe p. 201. Vanni, *hominem aliquanto pejus Latina ſcire quam Graeca.* ſane in commentariis Criticis etiam optimorum, Joſ. J. Scaligeri, Pierii Valeriani, N. Heinſii, ne de Daniele loquar, hic illic quaedam vocabula adhibita offendimus, a Latinitate puriſſima remotiora. ſed niſi iniqui & inſulſi paedagogi talia in his magnorum virorum ſcriptis exagitabunt. nec talia etiam in magiſtello noſtro carperemus, niſi Scholaſtici arietis petulantia incomparabilis meruiſſet, ut etiam hac in parte oſtenderetur ſumma ejus inſcitia.

Ἔκκορι κορὶ κορώνη λέγουσι ἀγνοοῦντες] Junius L. I. Obſerv. 1. legit. ἐκκόρει κόρη κορώνην. o virgo everre cornicem atque elimina. Cauſſinus eodem modo legit, ſed optime interpretatur. *exſatura, o puella, cornicem.* utque hanc ſuam ſententiam probaret ex Athenaei libro VIII. C. XV. Phoenicis Colophonii adduxerat verſus, quibus Metragyrtae, κορωνισταὶ dicti, ſtipem mendicare ſolebant, non ſibi, ſed quaſi τῇ κορώνῃ, *Cornici.* uti alii erant in aliis locis, qui χελιδονισταὶ vocabantur, quia mendicabant τῇ χελιδόνι. *hirundini.* e verſibus iſtis huc faciebat in primis,

Καὶ τῇ Κορώνῃ παρθένος φέρει σῦκα &c.
Cornici virgo adfert ficus.

Et felix & fecundum ominabantur ſic hi Coroniſtae

ſtae conjugium. jam audi duriſſimi oris hominem. „ *Locus haud dubie eſt corruptus, quem diu emendare debuiſſent viri eruditi, ne adeo inſulſa viderentur calculo ſuo probaſſe. faciamus quod decet.* ὀκκορὶ, κορὶ, κορώνην *Graecum eſt & voces exhibet, quas ipſi pueri in Graecia intelligebant.*“ At nonne hoc dixerunt aperte Junius & Cauſſinus & alii ad Jul. Pollucis L. IX. C. VII. §. 125. quem hic callide diſſimulat? ubi Kuhnius paullo abit a ſententia virorum iſtorum doctorum & κορὶ κορώνην dictum vult, ut χελὶ χελιδὼν in cantu Chelidoniſtarum. & ſane eodem loco hos cantus & hos Agyrtas recenſet Athenaeus. quid igitur Thraſonida: *non illi viri fuerant*, an tu ſolus vir es. Sed quid ipſe de his ſtatuit! Indolem ſuam ſecutus in obſcoenum ſenſum detorquet, & legit una litera mutata. ἐκκόρει κόρε κορώνην. *devirgina puer cornicem.* ubi primum animadverte ex κορι facillime aliorum κόρη fieri: non κόρε. dein ſcias ἐκκορεῖν hoc ſenſu non exſtare: licet inpudenti mendacio adſeveret, pro κορέυειν & διακορέυειν *multos dixiſſe* ἐκκορεύειν. vide ipſum ad Theophr. Charact. p. 184. & his commentis *nihil ſuavius, nihil apertius* fatuus ſuarum nugarum admirator pronuntiat. pergit. „ *in primis ſi Aeliani locum notiſſimum jungas.*“ ingenuus commentator dixiſſet: ſi jungas Aelianum ab Hoeſchelio laudatum: & librum & caput addidiſſet. Sed ille locus Aeliani nihil infringit Cauſſini conjecturam. dein aggreditur ultima Horapollinis λέγυσι ἀγνοῦντες & mutat in λέγυσι εὐνοῦντες. at id nihil neceſſe. Nam Horapollo dicit Graecos ignoraſſe, cur Cornicis hic mentio fieret; nempe quia ſymbolum concordiae. ut recte Cauſſinus. pergit jactator. *Addamus alterum ei ſimilem locum apud Pindari Commentatorem.*“ at iſtum locum addidit Hoeſchelius. exſtat vero Pyth. III. vs. 33. quem dicit quoque Hoeſchelius eſſe corruptum

ruptum, & redegit quoque in Iambos: uti quoque Cauſſinus. Noſter, quaſi id iſti non vidiſſent, pronuntiant ſtolide *puros* putos Iambos nec tamen una litera a Cauſſini conſtitutione differunt Pavonina. ad illum Aeſchyli locum etiam Stanlejus emendarat ἐνκορεῖ κόρη κορώνην. porro incerta, quae de voce ἀκορεῖν pro *ſtrenue devirginare*. & mox adcuſat Cauſſinum, quod ea adduxit ex Phoenice, quae nihil ad rem. quod ex allatis falſum eſſe unicuique patet. quos autem ipſe adducit verſus, re vera nihil ad rem faciunt eos autem, ut valde inepte jactat, poſt Caſaubonum *inſigni conjectura facit ſynceriſſimos*. Sane conjectura eſt inſignis ob ſtultitiam ſuam. nam ex ὦναξ facit νεᾶνις, & cauſatur compendiariam ſcripturam ὦ νᾶνις vel ὦ ναῖτ. compendium quale in ſolo cerebro Pavonino exſtat, ut multa ejus generis. in primis velim ſcire, quo ſpectet illud εἰδώς. an ad vocem νύμφη & dicatur ὁ ἡ εἰδώς? an cauſabitur, licet praecedat ὦ ἀγαθοί, tamen hic non inconcinne ſingularem numerum obtinere. deinde vellem haec ſcabioſa vertiſſet. nam non intelligo fateor. ultima & peſſima horum re vera eſt Pavonina explicatio.

P. 285. ὀγδόη] *requiritur* εἰκοστῆ. „imo ſic Mercerus.

P. 287. Πρὸς βορέαν ἄνεμον.] *ita per bene Cod.* ἄνελκον *Aldi inepto ineptius. ſed en forte in libris quibusdam ſcriptum.* γυνὴ τὴν φύσιν ἑαυτῆς ἀνοίξασα πρὸς βορέαν, ἀνέλκυσα ὑπὸ τούτου ὀχεύεται. *naturam ſuam pandens Boreae, ab eo attrahens comprimitur? ſane* ἀνέλκυσα *non illepide adumbraret conceptionis mirificae blanditias & modum.* „homo in hoc genere nihil ignorat; quin inter vultures olim Tireſiae perſonas geſſiſſe videtur. ita de ſexus ſequioris inter has volucres voluptate dextre diſſerit ac judicat.

P. 290. loca hic adducta apud Hoeſchelium & ceteros Interpretes.

P. 292. *Alias legendum ſit* ἀποτελέσθη vel *ἀπετελέσθη.*" ad infantilia peccata Cap. IV. p. 63. aggregetur.

P. 300. ῥω̄ pro ῥυπῶ *ſcribebant veteres*] ſtultos morocomiis includebant veteres.

P. 303. *pro* ὀρφήθρας *compendiarie exaratum erat* κρασπεδύπα *&* πεδύπαν, *ſi literae copulentur, a* τρίχα *non multum* abludit *&* *facile* ſeducere *potuit ignaros.*] Mirus me hercule Poëta es, Pave, ad iſta literarum compendia. locum autem relinquo ſubtilitati Pavonianae, qui ἱερᾶς *de Cynocephali* PENE *ineptiſſimum pronuntiat, qui ipſe caudam habet proprie dictam.* Audi autem haec, neſcio Hieroglyphica an magica. *Homo cauda caret: & ideo pars illa, quae caudam refert, quamquam pro* CAUDA *minime ſit, ita dicitur non invenuſte. nihil tertius.* " euge, euge! nihil indubitabilius. haec pueris virginibusque cantes, caſte Muſarum ſacerdos a Lampſaco. porro in Aldino cum ſit διαφθείραντες forte διαφερίξαντες ſcriptum fuiſſe, conjicio. τρίπα autem & τρύπα licet ſint deterioris aetatis, Philippus tamen iis uti potuit. quamvis *eam barbariem Philippo potuiſſe abblandiri*, barbarus neget Pavo.

P. 304. In Codice Morelliano erat 'τὸ ὕδωρ μωμᾶ] audi porro. *fors Lector diligens ad* τὸ ὕδωρ *adſcripſerat in margine vocem* Μῶμα. *qua indicabat vocabulum illud ſpernendam & inducendum eſſe ibi. illud* ὕδωρ *ſperne & ride.* μωμεύειν. μωμέειν, μωμάειν *in uſu promiſcuo fuerunt olim. & hoc ſatis probabile eſt profecto.*" Scilicet *olim*, tempore ſcriptae hujus gloſſae, quae, ut mox adparebit, ante tria fere millia annorum ſcripta fuit, non μωμᾶσθαι & μωμεῖσθαι, ſed μωμᾶν & μωμεῖν dicebant Graeci. Hanc autem Gloſſam tam antiquo

antiquo tempore exaratam cenſeo, quia *antiquiſſimi & ſimpliciores Graeci activa pro mediis uſurpabant & ita loquebantur.* προσποιεῖν. προσμελεῖν. ἐπιμελεῖν. παραιτεῖν. ἴπλειν. *antequam propter ſyllabarum numerum* (ſane aliquod myſterium in numero hoc) *pro eo ſumſerunt* προσποιεῖσθαι, ἐπιμελεῖσθαι. παραιτεῖσθαι. μωμεῖσθαι. ἴπλεσθαι credebam tamen temporibus Scholiaſtarum communium ſcriptum fuiſſe communi dialecto & lingua, non illa antiqua, illa Deorum & Pavonina. hoc ineptiſſimum commentum comminiſci ſuſtinuit inpudens iſte Sycophanta Pavus, ut Clerici erratum, in Theophraſto C. 5. pro θαυμάσας corrigentis 'ΑΣΠΑΣΑΣ. coloraret; addere praeterea auſus, apud Heſychium legi 'Ασπάζομαι. ἀσπάζω. quaſi vero Clericus ita corrigens, ad auctoritatem Heſychii reſpexiſſet, & non ex incogitantia aut feſtinatione iſtud vitium commiſiſſet. Quin ſi Heſychium in animo habuiſſet, gravius etiam tum peccaturum fuiſſe ajo virum eruditum; ut qui non peccatum ex incuria commiſiſſet, ſed ſanae rationi & κρίσει vulnus inflixiſſet. cum plane in hominem judicandi facultate utentem cadere non magis poſſit, apud Theophraſtum legere ἀσπάσας, quia apud Heſychium ἀσπάζω, quam apud Ciceronem legere *arbitrabant*, quia apud Pacuvium vel Plautum oſcum tale vocabulum occurrat. quod autem addit *ob numerum ſyllabarum* poſteriores Graecos uſos fuiſſe *Mediis:* id plane vapido homine dignum. nam cur Latini antiqui plura verba activae formae olim, quam poſtea habuerunt! in quibus certe numerus ſyllabarum in multis temporibus idem. alia cauſa danda, ſi cauſa dari certa poteſt. ſed haec linquo. Specta autem ſervile Pavonis ingenium, qui ut amico ſuo etiam graviter erranti patrocinetur, in ipſam veritatem inſurgere non veritus ſit. Sed iſtud non hoc loco ſolum fecit: talibus praevaricationibus & falla-

 ciis

ciis totus iſte libellus Menandreus in Bentlejum refertiſſimus: in quo non ingenui more Clericum defendit, ſed calumniatoris more Bentlejum paſſim falſo criminatur; ſed abjectiſſimus adulator ſeſe & miſerabilem ſuam eruditionem ita addixerat Clerico, ut doctiſſimum Britannum indignis & in bajulo non ferendis conviciis per totum libellum proſcindere non veritus fuerit. quale facinus in eodem hoc Theophraſti libello iterum ſcurrarum hic depudoratiſſimus committere non dubitavit.

P. 313. Λεοντομόρφους] *idem illud notatum Plutarcho in Sympoſiac. L. IV. Quaeſt. 5.* " Ego, qui tam certo ſciebam, quam me vivere, nullum locum a Pavone advocari, quem propria lectio ipſi ſuggeſſit, aliquantulum haeſi, unde hunc haberet. nam neque Mercerus, neque Hoeſchelius illum exhibebat. & Cauſſinum ad hoc caput nihil adnotaſſe quoque perſuaſerat Pavonina Editio. recurri ad Cauſſini authenticam: ibi duas magnas notas video. ſed nec illic ulla hujus loci mentio. at forte fortuna oculos deflecto ad laudatum ibi p. 190. Apollinarem Sidonium L. II. Ep. 2. jam de certa captura non dubitabam. & ſtatim

Incidit in caſſes praeda petita meos.

Nam Savaro, quem & aliis locis compilavit, [p. 314. Vanni] ibi p. 114. exhibet, de hac re agens, *Plutarchum L. IV. Symp. C. 5.* Et ego ita jam adſuetus ſum huic venationi, ut ulla fera raro me evadat. latibulo tamen ſatis devio haec ſe condiderat nam dedita opera omiſerat Cauſſini adnotamenta. Sed videamus, an tamen bene meretur de furtivo loco. Κρῆναι δὲ καὶ καταχάσματα τῶν λεοντείων ἐξίασι κρουνούς. *Scribe meo periculo* ait κρῆναι δὲ καὶ καταχάσματα τῶν λεόντων &c." inepte. lege. κρῆναι δὲ κατὰ χασμάτων τῶν λεοντείων ἐξίασι κρουνούς.

fontes

fontes vero per rictus leontinos emittunt latices. καὶ & κτ͂ ſe millies loco detruſerunt. aliquando vocabulum alterum periit. hic abundat καὶ. in veteri autem Codice ſic legitur, niſi quod una voce καταχασμάτων exhibeatur. ait *ſolemni errore* ex λεόντων *factum* λεοντείων. Spectate mihi hunc Artis Criticae artificem novum. imo, ſolemni errore λεοντείων mirum quod non abierit in λεόντων. porro ipſe probat χάσμασι λεοντείοις in altero loco Plutarchi, qui exſtat p. 366. de Iſid. & Oſir. apud Hoeſchel. vide G. Cuperum Harpocr. p. 49.

P. 317. ὕφαιμον ὀφθαλμὸν] Pavoni non *arridet oculus iſte ſubcruentus.* amoveatur itaque. ſcribendum ſuſpicatur igitur. γλῶσσαν ζωγραφεῖν, καὶ ὑπ[illegible] τὸν ὀφθαλμόν. *infra linguam pingebant oculum.*" At quis, ne de cetera ſtribiligine, loquar, quis umquam ὑπαὶ in proſa offendit. deliravit homo, dum haec ſcriberet, ita vivam valeamque. & tamen addit: *Quid quaeſo convenientius?* ligetur, ligetur. duae ſequentes notulae etiam ineptiſſimae.

P. 325. Προστιθέασι τῷ κυνὶ καὶ βασιλικὴν στολὴν παρακειμένην σχῆμα γυμνόν.] *Haud dubie legendum* βασιλικὴν στολὴν παρακειμένην σχήματι γυμνόν." Haud dubie furtum committit Pavo. nam ſic Mercerus. Nam non ſemel expilare interpretem adjunctum huic ipſi editioni auſus eſt.

P. 326. *Ubi Salmaſius inperite ſcribit*] in Plin. p. 856. ubi invenies Iſidori loca, quibus hic officinam inſtruxit Pavo. ad quae longe meliora J. G. Graevius apud Iſidorum. Ex *Saſarium* Pavo facit novum vocabulum *ſacrificarium.* *talia* ὅσα κόνις *in Gloſſis*, de quibus alibi ſe acturum *ſaturantius* Pedanta noſter promittit. Credo equidem: nam ſatietas inſipidorum ferculorum nos dudum cepit.

P. 329. Ὄρυγα] quae hic non fuerint mala, apud

Mercerum & alios, & praecipue apud Salmaſium Plin. non modo p. 336. quam laudat. ſed etiam p. 157. repereris.

P. 339. Κυκνόφαν] quae habet, ſublegit Bocharto Parte ſecunda Hieroz. C. 23. p. 287. Cauſſino p. 257. & Du Cangio in Gloſſario.

P. 342. εἰς τὸ κατώζαλον] quae primo loco differit: ſunt arena ſine calce. ut pleraque. quod mox autem proponit κακώτερον. *fateor hoc lepidiſſimum eſt hominis commentum, & ipſi pueri in hac literarum luce ridebunt forte* (p. 353).

P. 348. ἡμέρας ἰσημερινὰς] *lege minima mutatione.* ἰσημοίρας μῆνας." at barbariſmum intolerabilem committit, neſciens dici ὁ, ἡ ἰσήμοιρος!

P. 352. *Dein, id denotare etiam poteſt* τὸν κύκλον ἡδὺν *omnibusque acceptum; quia & mares & feminae* τῷ σπέρματι *delectantur . . . haec certe non diſplicent mibi. imo diſplicent. Nam ut nunc animadverto, ſtatim* σπέρμα ἀνθρώπου *pro ſymbolo haberi non potuit vi ſua. quo modo vel adumbratum! quomodo id diſtinctum ab aliis ſeminibus aut liquoribus! & ipſum ſemen ſymbolo denotandum erat.*" phy rancoris!

P. 350. αὐτόκυφον fictum a Grammaticaſtro nomen.

P. 354. pro πολύποδες olim compendiarie ſcribebant ποδες.

P. 359. Σφὴξ ἀεροπετὴς ἤτοι αἷμα Κροκοδείλου βλαπτικὸν, ἢ φόνον σημαίνει *haec inepta. nam quid veſpa volans ad ſanguinem Crocodili & caedem? nugae, nugae ſcribendum. . . .* βλαπτικὸν ἢ φόνον." nota elegantem locutionem. βλαπτικὸν σημαίνειν pro βλάβην σημαίνειν. pergit *non diſpliceret. niſi ſanguini Crocodilino obſtaret, quod ſemini humano obſtitiſſe vidimus.* αἷμα Κροκοδείλου βλαπτικὸν *etiam non convenit, quia inter remedia eſt.*" haec egregia ſunt: ſed magis ſequentia. Nam pro

αἷμα

αἷμα hic contendit eſſe reponendum Λαῖμα. operae pretium cognoſcere, quae tribus locis conſignata ſunt de hac voce λαῖμα. vix credideris unum eundemque Criticaſtrum effudiſſe. Audiamus primo loco amicum Kuſteri, quem hic modeſte ſane & reverenter, ait, *male abſque dubio atque nullo jure*, Δ' αἷμα pro λαῖμα repoſuiſſe apud Ariſtophanem in Avibus (vs. 1562) ille amicus ergo Kuſteri: quem Pavonidae minime inimicum quidam putarint, ad Suidam voce Λαῖμα. *uno verbo* dicit, *locum eſſe corruptum: legendum* πρὸς τὸ Δ' αἷμα (plane Pavoninae ſtribiliginis Δ hoc loco poſitum) *nam in magica* ψυχαγωγίᾳ *quam irridet Ariſtophanes in hac* Strophe & Antiſtrophe, *ut ſatis* notum *eſt. animae defunctorum ad ſanguinem victimarum libandum conſurgunt. mutatio* ξ Δ∂. *in* Λλ *facilis & vulgata. aeſtuant Scholiaſtae nec* hilum *proficiunt, quoniam haec non animadvertebant: &* novam *inde* vocem Suidas confecit, *dum illos* compilaret.“ In Menandreis, ubi alia perſona opus erat, ſic proloquitur. ubi p. 23. ex Comoedia Menandri excutitur verſiculus,

Καὶ λαῖμα βακχεύει λαβὼν τὰ χρήματα.

Et guttur bacchatur, quod pecunias ſumpſit.

ibi Bentlejus Λαιμᾶ. *proterve*, emendat ex Heſychio. Sane multo commodius. facile perſpicis Pavonidae jam placiturum Λαῖμα contra Bentlejum & in hoc loco Menandri & proinde in loco Ariſtophanis. „ *At, inquies, quid tibi videtur de voce ambigua & difficili? in paucis accipe* (uno verbo dicam) τὸ λαῖμα, ὁ λαιμός. *iſta vox proprie notat gulam, elegantiſſima metaphora ita dictus homo vorax guloſus.*“ ergo in Menandro *ambiguam* & *difficilem vocem*, jam in

in Horapolline eſſe reponendam *ipſi videtur ipſo certo certius. Et ſtrenue ingenui viri partes ſibi videtur inplere*, cum tam incerta pro certis lectori venditare audeat. adeo autem incerta eſt notio vocis hujus, ut Suidas interpretetur per τὸ αἷμα ipſum. ut egregias res geſſerit homuncio miſerabilis, qui pro probo *αἷμα ſanguis* repoſuerit rejectitium Λαῖμα *ſanguis*. ſed haec adeo ſtolida & putida, ut ſi iſta ſola ſcripſiſſet, ab omnibus exſibilari mereretur, quoties aliquid in literis iterum tentare auderet. iſta igitur, imo quidquid umquam ſcripſit vel ſcripturus eſt unquam, merito ableganda, quod hic de aliis ait, *ad ipſas Crocodili fauces*. Et papyro, credo, iſta monſtra avide veſcuntur licet non ſit Niliaca. quare, ſi umquam iterum Crocodili vivi in noſtras regiones deportentur, ſuadeo, ut papyracei illi acervi Pavonini, ſub quibus paſſim librariorum miſerorum horrea gemunt, in ipſorum comportentur vivarium: ſic adſueta & nativa eſca facilius & diutius ſuſtinebuntur. Quod ſi averſentur ob innatum Pavoninis ſcriptis faetorem, eſuriant dum comedant, aut fame crepent. certe haec eſca & optima & minime caro conſtabit. Malit enim librarius Pavoninas Editiones in cibum vendere Crocodilorum, quam vel blattis & tineis eſcam relinquere, vel nullo pretio

Deferre in vicum vendentem tus & odores
Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis.

P. 374. 47. Ariſtotelis locum apud Hoeſchel. cum libro & capite repereris.

P. 378. 59. An forte ἴχιν ex ἶχ̄ν pro ἴχιδναν *decurtatum eſt. talia ὅσα κόνις in libris noſtris* „quorum? anne in tuis, famelice Criticaſter: quemadmodum nuper ridicule mehercule, ut nihil ſupra, Codicum

dicum MSS. ſyllabum ex Edit. Pet. Needhami praefixiſti Theophraſto, quaſi vel unum Codicem aut per te vel alios conſuluiſſes: cum tamen non pauci ſuperſint.

P. 379. ϑηβαλῦσα. *os ori injiciens.* rurſus Graecum Pavunculinum.

P. 385. eo inpudentiae procedit, ut fidem Geſneri (de Quadr. p. 556.) ſuſpectam habeat. *Mihi, ut brevis ſim, id omne videtur ſomnium Geſneri: Nam ubi exſtabant Codices illi tum Horapollinis tum Aeliani, qui ὄφιν habebant.*"apud Bochartum habes Oppiani locum, quem hic tentat. *Naſus* in verſione. inde iſta emendatio ſive vera ſive falſa. veram putarem: niſi ab mendaciorum hoc Architecto deſperarem aliquid veri poſſe proficiſci.

P. 401. rationem dat, quare τίκτειν & τίκτεσθαι, ut centies occurrit, dicitur active: *nam quae parit, eo ipſo re vera patitur.*" ergo Odyſſ. O. vs. 249.

Μάντιος αὖ τίκτετο Πολυφείδεά τε Κλεῖτόν τε.

Mantius peperit (τίκτετο) *Polyphedeum & Clitum.*

nempe pater Mantius, dum genuit liberos, re vera *patiebatur*, quod timebat Buffalmaccus ille apud Boccatium. lepiduli norunt. Et ea ratione omnia verba activa erunt protinus paſſiva. Sane Pavo Philoſophicum habet ingenium.

P. 402. *de Lamia ſpectro nos alias loco ſuo*] ad E. M. p. 555. ſi poteſt typographum adeo fatuum reperire, qui talem librum inaniis Pavoninis turgeſcentem recudere velit. Spes blanda ſuboritur, repulſam laturum homuncionem. Haec Vannus jam ſatis antea cognitum, longe cognitiſſimum etiam Bibliopolis reddet: quos ſupplicare jam dudum eſuriens

Cri-

Criticaſter neceſſe habuit, ut nugas ſuas coëmant. nec libellos Pavoninos in poſterum noſtris cenſuris vendibiliores reddere decrevimus: at in antiqua nocte iterum ignorabiles ſitu & ſquallore muceſcere ſinemus.

P. 402. C. 112. Faſtigia huic diatribae de Horapolline inponet emendatio ſane elegans & ſcientifica Pavonis, quam prompſit ad Philen de Anim. Propr. p. 315. ἄυτη (paſtinaca) καταχεθεῖσα, ῥίπτει τὴν ἐν τῇ οὐρᾷ ἄκανθαν. Dupondius literator hic, non intelligens, quid ſit ῥίπτειν τὴν ἄκανθαν. nempe non *abjicere*, ſed *projicere*, *jacere*, *immittere*. ut ipſe hic adducit βελη ῥίπτειν. *tela mittere*. ῥίψαι ἀγκύρας. *ejicere ancoras*, quae poſtea retrahuntur; poſtquam ſtolidiſſime multa ratiocinatus eſt, qui fieri poſſit, ut *paſtinaca ſuum radium abjicere poſſit*, *cum caudae ſatis firmiter inhaereat*, inficetiſſime corrigit, τύπτει τῇ ἐν τῇ οὐρᾷ ἀκάνθᾳ: vel adhuc pejus ἴπτει. cum dicatur ἴπτομαι. idque ipſum verbum ſit poëticum. nam eum provoco, ut ἴπτω apud auctorem claſſicum oſtendat: quod ſi non poſſit, ut non poterit, & hic in Phile edidit ſpecimen mentis plane alienatae.

Notulam illam p. 403. *de paſſeribus bene viris* rogo legas, relegaſque, & compares cum illa quam ſapientiſſimus Horapollo habet L. I. C. 8. de femina Accipitre. unde Philoſophus noſter videtur colorem duxiſſe. Vides autem, Lector amice, nos leviter admodum κιναχύραν noſtram hic concuſſiſſe: & tamen palearum qualis acervus factus eſt! Superſunt, mihi crede, longe plura, quam tetigimus: quae vel vidimus ipſi, ſed modulo libri conſulentes omiſimus ſcientes, vel quae alii poſt nos poterunt videre acutius cernentes.

CAPUT

CAPUT XII.

Graculus inter Pavones.

Ex ipſo Capitis Indice praeſagit tibi animus, Lector, nos propoſitum mutaſſe: & ſyllogen plagiorum Pavoninorum tibi exhibitum iri. ita nunc placuit, ut fur literarius ſic turpius & manifeſtius in tot & tam apertis criminibus ſimul deprehendatur. Sane non pauca indicia, imo legitimae probationes jam in ſuperioribus in medium allata fuerunt: ſed non evidentiora quidem, ſed ſpiſſiora dabimus nunc ex Anacreonte, Calabro & Aristaeneto. Simul autem hic illic, ſed parce, alios defectus in horum auctorum editionibus attingemus; nam in ſingulis frivolas inanias Pavoninae ἀκεϱσίας excutiendi & oſtendendi, non me animus ſed tempus deficit.

EX ANACREONTE.

Ita ſe geſſit Criticus noſter in Lyrico hoc edendo, ut vir elegantis ingenii Joſ. Trappius, acres & juſtiſſimas in Pavoninam ἔκδοσιν cenſuras his Martialis verſiculis ſummo jure concluſerit:

Turpe eſt difficiles habere Nugas,
Et ſtultus lator eſt ineptiarum.

& Actorum Lipſienſ. Auctores Anni MDCCXXXII. p. 205. ita finierint recenſionem, *Sed remittimus Lectores ad opus*, Capiti operum Mathanasiano *facile praeferendum.* Et re vera magis ridiculus in Poëtam ullum Commentarius numquam prodiit. Nec mirum: nam qui homo tam inficetae, tam ruſticae,

ſticae indolis, tam nullius judicii ſe omnium politiorum ludibrio proſtituere non potuerit in interpretandis hiſce antiquae venuſtatis decantatiſſimis deliciis? quid mirum eas nihil feciſſe ad tam durum palatum? aliud enim ſyllabas arrodere: librariorum hic illic in Grammatico aberrationes corrigere, idque ſatis infeliciter: aliud Poëtae talis interpretem agere. homo ſane aeque aptus ad Veneres Anacreonticas capiendas, nedum aliis exponendas, atque aliquis caſarum e luto & ſtramine paganus Architectus, ſi ſubito Romam delatus eſſet, ſaperet ad Aedis Divi Petri admirabilem ſtructuram ſpectatoribus enarrandam. Sed hac de re non agimus hic: quaedam hujusgeneris legi poſſunt, ſi lubet, in Cenſura laudati Trappii: in Actis Lipſienſibus: in Diario Gallico (*Journal des Sçavans*) Menſis Octobris MDCCXXXV. & in Ephemeridibus nomine *Bibliotheque Raiſonnée* Amſtelaedami prodi ſolitis, An. MDCCXXXII. in quibus libris putidiſſimae ejus criſes multo ſale perfricantur. † Sed quod ad reliquas partes: quid ſtultius

† Non poſſum, quin duo triave loca excerpam ex Biblioth. iſta. pag. 102. *L'Analyſe que nous allons donner de ce nouvel Anacreon ſera une bonne preuve, qui ne ſe repent pas de ſon ancienne methode, quoiqu'elle lui a attiré des* Critiques *mortifiantes* ('Εξέτασις mea nondum tamen prodierat), *& que malgre tout ce qu'on en peut dire, il ne changera jamais. On trouve d'abord une Epitre dedicatoire a* M. le Clerc. *les uns diront qu'elle eſt pleine des ſentiments eſtimables: quelques autres ſeront aſſès malins pour pretendre qu'elle ne doit etre regardée, que comme une boutade de mauvaiſe humeur & un exces de* MISANTROPIE. (cum iſtis malignis facio) *P. 126. Les Notes de Mr. Pauw reduites a un tiers, & depouillees de l'air de confiance, qui y domine.* Idem ait Trappius. *Notae noſtrae illius lucubrationum partem quartam vix aequant. Auſim tamen, Lector, ſpondere tibi, hic eſſe multum in parvo: anne illic parvum in multo? id a me dictum nolo.* Idem. *Vellem Vir doctus de literis humanioribus,*

ſtultius ejus Hypotheſi de menſura verſuum Anacreonticorum! ſi illa enim admittatur: ipſum Demoſthenem verſibus Anacreonticis ſcripſiſſe evincam Sed nec illud jam agemus. Nihil quoque rurſus attulit ad illuſtrandum auctorem, quam ineptam & conſutam ex aliorum pannis criſin. Crepat quidem Margines Scaligeranas; ſed illas numquam vidit. jactat quidem Collationem Vaticanam: ſed illam omnem debet Barneſio. ipſe ne quidem apographum habuit. imo ridicule admodum ſe hic in centum locis dedit. nam in plerisque controverſis locis duplex eſt lectio: quarum una eſt ipſius contextus: altera vel interlinearis, ut vocant, vel ad oram rejecta. jam has nusquam diſtinxit Barneſius:, nec Pavo potuit, *re vera caecus ducem caecum ſecutus*, & in tenebris micans. adeo ut quidquid circa Cod. Vatic. & hic & ille tradat, incertae fidei plane ſit. praeterquam quod multae lectiones variae, nec parvi momenti, omiſſae ab eo, qui in gratiam Barneſii contulit: qui forte quoque neglexit Barneſium admonere de duplice paſſim lectione. vide Miſcellanea Vol. II. T. I. p. 7. & p. 364. & quidem, ut hoc addam, in Oda XVII. omnia confuſiſſima, mutila, & plane a fide Codicis aliena exhibet. Sed de latrociniis Pavonis agendum erat. En pauca ſpecimina ex Anacreonte.

Od. X. 5. Barnes. τὸ τευχθὲν] *Vatican.* MS. τυχθὲν. *Et H. Steph. inter varias Lectiones agnoſcit, utroque enim modo ſcribitur.* τέτυγμαι & τέτευγμαι. *at poſteriorem magis regularem probo ad Hom. Od.* α. vs. 18.

Pavo.

bus, ſive politis, differens, plus humanitatis ſaltem minus aſperitatis (dicam an IRACUNDIAE ET FURORIS) *Criticis ſuis animadverſionibus immiſcuiſſet. An quicunque ab eo diſſident, ſunt idcirco inepti, inſulſi, balbutientes, blaterantes? his enim eos, aliisque ejusdem monetae, elogiis paſſim exornat.*

Pavo. Liber Vaticanus τὸ τυχθὲν, quam διττογραφίαν in ſuis etiam invenit Steph. utrumque dicitur, ut nemo neſcit.

Od. XVIII. 10. Maittairius R. *nil mutat, ſed cenſet ſubaudiri verbum ſubſtantivum* μύςις νάματος ἴσω ἡ κύπρις. F. accentu mutato μύςις νάματος ἡ Κύπρις.

Pavo. Aliud mihi ſuboluit, ſimul ac locum attigi, quod longe acutius, longeque exaſciatius *conjectabar* ſcilicet μύςις νάματος ἡ Κύπρις. quod ne nunc diſplicet & Abbati Foſſeo etiam in mentem veniſſe poſtea didici." Nemo credet Pavoni toties mendaci. ut hoc obiter addam: *In libro Vaticano*, ait, *ſcriptum*. Ὑμεναίοις κρατοῦσα. hoc falſiſſimum. ſcribitur κροτοῦσα. ſic ſuperiori oda Vat. habet κατ' αὐτοῦ. quod neglectum. habet Πληϊάδων & Βοώτου. habet βαθύνας. quod quoque omiſſum.

Od. XIX. 2. Πίνει δ' δένδρε' αὐτὴν] Barnes. Vat. MS. πίνει δένδρεα δ' αὐτὴν. *Ut ſit carmen* Pherecratium, *quod libenter* Iambis *immiſceri ſolet, ut oſtendimus*.

Pavo. In libro Vaticano exaratum erat &c. recte, ſi pro verſu Anacreontico, verſum *Pherecratium* habere velis."

Od. XXI, 11. Maittairius R. *invenit aliam lectionem*, σκεδάζω *pro* σκιάζω.

Pavo. ut brevis ſim, ſcribendum opinor plane,

Τὸ δ' καῦμα τῶν ἐρώτων
Κραδίῃ τινὶ σκεδάζω.

neque aliter, ut nuper opportune didici (ex Maittairio) locum conſtituit Abbas Regnerius. quod ego lubens ſane moneo, ne quemquam laude ſua defraudaſſe videar.

(o quo-

Digitized by Google

(o quoties hoc facit!) Rurſus addit in fine. *In Cod. Vat.* σκεπάσω paulo depravatius ſcriptum erat pro σκεπάζω" imo in Vatic. bene ſcriptum eſt σκεπάζω in contextu, ſed inter verſus a manu antiqua Σ inpoſitum literae ζ.

Od. XXII. 8. Barnes. Baxt. τοιῦτο. *Vatic. firmat. notandum* τοιῦτον & τοσῦτον *aeque dici atque* τοιῦτο & τοσῦτο.

Pavo. Liber Vatic. Τοιῦτο. pueri ſciunt, utrumque dici.

Od. XXIII. 2. Varias ſententias virorum doctorum compilat & impugnat: atque ita proponit difficultates, quaſi ipſe illas primus moveret, cum ne una excepta ab aliis ſint propoſitae & refutatae: nec de ſuo verbulum addit, niſi aliquot convitia in Anacreontem: quem *Miſellum & balbutire* ait. & ſic plurimae ejus notae in Anacreontem nihil ſunt, praeterquam tortuoſa alienarum ſententiarum compilatio & refutatio: plerumque falſa & injurioſa: quibus nihil eruditi de fundo Pavonino admiſcetur.

Od. XXVIII. 15. p. 111. Pavo. *dubio procul inſerta particula legendum.* Βλεφάρων Δ' ἴσον κελαινήν." Sic Stephan.

Od. XXXIII. 18. Barnes. ἐκπιῆσαι. *Salmaſius voce nulla: nam* πιέζω, πιέσαι & πιέσαι, *non* πιῆσαι *facit.*

Pavo. Jam quid Salmaſii ἐκπιῆσαι? idne melius? abſit, abſit. nam primo Graecum non eſt, quia ἐκπιάω, unde venire deberet ἐκπιῆσαι, non dicunt Graeci" quanto ſimplicius, quanto brevius & melius idem docet Barneſius!

Od. XXXIV. 5. Τάμὰ φίλτρα διώξῃς. Barnes. διώκω. *proprie ſignificat*, Infeſto animo perſequor: *atque proinde* abigo: expello. *etiam* Herodoto *in exilium mitto. Quare* Fabro *ignoſcendum* &c.

Pavo nihil dicit longa nota. Miror hominem non conſuluiſſe erudítiſſ. Arnald. ad hunc ipſum locum p. 37. videatur quoque Erud. Abreſchius in Miſcellan. Vol. V. T. III. p. 92. quorum copiam confer cum inopia Pavonina; is adducit enim duo loca vocis διώκειν ex Aeliano de Animalibus, quae nihil ad rem. nam in illis vulgaris ſignificatio obtinet *§ perſequi.* ſed debuerat adduxiſſe locum, ubi διώκειν de re inanimata dicitur. vide Oppian. II. Hal. 219. τῷ τις ἀεργείαν δυςεϱπέα τῆλε διώκοι. διώσῃς Fabri ideo non probandum, quia iſta notione διώσασθαι dicitur.

Od. XXXVIII. 7. Ὁ μὲν θέλων μάχεσθαι.
Πάρεστι γὰρ, μαχέσθω.

Barnes. *Sic ex Ariſtoph. Schol Hephaeſt. Photio emendavimus. vide H. Steph. & Fabr. in hunc locum. nec non Longepierre.*

Pavo, „nihil manifeſtius eſt: Hoc tamen vitium ſententiae nemo animadvertit hactenus: omnes *de metro* fuerunt *unice* ſoliciti, ipſeque Stephanus ſic ſcripſit.“ Anna Fabri dicit? *Et ce* sens *eſt fort beau, quoiqu'en diſe Henri Eſtienne.* vidiſtine plagiarium durioris roſtri?

Od. XXXIX. 21. Pavo. *abſque dubio legendum eſt*, ὑποκύπ-οισι χυπέλλοις. „Sic Barneſ. quem cur non laudat! vide quoque Annam Fabri.

Od. XLIX, 2. Maittairius Bax. ἔναυλον *alternum tibiae tam dextrae quam ſiniſtrae cantum exponit.* vide Barneſ.

Pavo. ſunt tibiae diverſa ſonantes. tibiae dextrae & ſiniſtrae

Od. L. eadem Barneſ. ad Inſcript.

Od. LI. 3. Ἀνέχευε κῦμα δίσκῳ
Ἐπὶ νώτοις τῆς θαλάσσης.

Hos

Hos duos verſiculos editores vulgo jungunt. ita inſulſe profecto & inficete &c. *apage, apage ineptias, quae ab ipſo hoc ineptulo* [Anacreonte] *non potuerunt proficiſci.*,, At Dacerius ita jam diſtinxit ipſo fatente p. 195. Quis autem paedagogi hujus, Iratis Apolline & Muſis nati, non indignetur ſtolidam petulantiam, qua huic elegantiſſimae Odae audet praefigere: *Odarium futile & ineptum*! Nunc pro omni ἀντιχειρὸς libet adponere liberiorem imitationem hujus Odae olim a nobis tentatam, in quam rogamus chalybeam ſuam ὑπέρχειρον exerceat Critico-Logicaſter noſter: qui poëtas Syllogiſmos, Aphoriſmos, & Demonſtrationes Apodicticas ſcribere mox jubebit. ſed natus eſt, non factus, ſtultus ad amuſſim quadratus.

In diſcum natantem Venerem exhibentem.

EN aliquis parvo, viſu mirabile, diſco
Caerulei finxit maxima regna Dei;
Caelavitque vago labentes undique fluctus
Agmine per vaſti ſpumea terga freti.
Unda levi zephyro poſſit deſtricta videri,
Formaque ſollicito, quae ſolet eſſe, mari eſt.
His tamen & majus divino pectore cepit,
Quod non Lemniacus carpere poſſit, opus.
Quippe Deam medio poſuit Cythereïda ponto:
Unde hominum genus eſt, & genus unde Deûm.
Utque ſub arbitrium Phrygii paſtoris itura,
Hic quoque conſpicitur veſtibus orba Venus.
Tota patent oculis Divae pulcerrima membra,
Quaeque videre nefas, aequore ſola latent.
Lumine ridenti ſuadere videtur amorem;
Et Paphia dignum ſpirat ab ore decus.

Quin etiam faciles, ut credas vivere, motus
Artifici membris indidit ille manu:
Et fecit tremulas artus percurrere venas,
Ut poſſis oculo quamque notare tuo.
Illa ſuper pelago candentia brachia jactans
Navigat, & vitreas pectore findit aquas.
Qualiter, Hippotades cum ventos carcere clauſit,
Tranquillo viridis fluctuat alga ſalo.
Qualiter Alcyonum brumali ſidere nidus
Labitur aequoreae glauca per arva Deae.
Sponte ſua credas innanti cedere fluctus,
Ne laedant tenerum pondera corpus aquae.
Gurgite caeruleo roſeis tenus alta papillis
Exſtat, & a ſalſis ſublevat ora vadis.
At mollis medio translucet Cypria ſulco,
Marmore candidior, candidiorque nive.
Ut ſi quis longis vitium ne ducat ab annis,
Signa renidenti claudat eburna vitro:
Utque ſuas inter violas argentea fulgent
Lilia, virgineis munera grata comis.
Illam purpurei circumfunduntur Amores:
Sed tergum pharetris, & face dextra caret.
Et tamen ex ipſo poſſis cognoſcere vultu,
Qui ſint: frons fictae pignora mentis habet.
Delphines placido ſoliti ſaltare profundo,
Praebuerunt parvis dorſa premenda Deis.
Proveniunt imo mirantes gurgite piſces;
Qua carpit liquidas pulcra Erycina vias.
Pars agili niſu ſe tollere geſtit in auras,
Pars circum in ſpeciem ludere laeta chori.

Od.

Od. LIII 11. Pavo. *Locus ita legendus & diſtinguendus eſt.*

Τόδε καὶ μέλημα μύθοις,
Χαρίεν φυτόν τι Μουσῶν
Γλυκὺ καὶ πιεῦντι (1) πειρᾶν　　(1) vulgo ποιεῦντα.
Ἐν ἀκανθίναις ἀταρποῖς.
Γλυκὺ δ' αὖ λαβόντι (2) θάλπειν　　(2) vulgo λαβόντα.
Μαλακαῖσι χερσὶ κούφαις·
Προσάγον (3) τ' Ἔρωτας ἄνθος.　　(3) vulgo προσάγοντ'.

harum trium emendationum primam & ſecundam tacite ſublegit Baxtero. tertiam autem Longo Petro (Longuepierre) ſubduxit. vide Maittairium: quem non ſine cauſa diſſimulavit olim, nunc tandem agnovit, forte audito, quod ejus hae artes a me etiam detegendae eſſent.

Od. LVI. 16. Pavo. *Locus difficilis & corruptus, quem ego miſſis aliorum commentis, paucis tibi expediam. legendum eſt,*

Φέρων μέθαν μοι (1) φροντίδων　　(1) vulgo δι' οἱ.
Θέλων μὲν ὡς μεθήμων (2)　　(2) vulgo μεθ' ἡμῶν.
Λύρης γένωμαι λαροῦ.

μέθαν φροντίδων. curarum ebrietatem, curarum molem.
„ Tam haec quam illa emendatio debetur Dacierio. Anna Fabri. *Voici comme Monſieur Dacier lit ce Paſſage.*

Φέρων μέθαν μοι φροντίδων
* * * * * * *
Ἑλὼν μὲν ὡς μεθήμων
Λύρης γένωμαι δαρόν.

Mihi afferens ebrietatem curarum.

Quae ipſe mutavit, non tango jam: latrocinia inveſtigo.

Vs. 23. *& hunc nexum ante nos etiam animadvertit Dacierius.* „ Imo, Pave, niſi ille animadvertiſſet, tu nihil vidiſſes. rurſus aliena ſibi vindicat homo lividus & glorioſus.

Vs. 50. PAVO. *Haud dubie legendum* ὦ θεοὺς ἐνίκα. „ Sic Portus, Faber & quis non? an illorum auctoritati Pavonina majeſtas pondus addere debebat?

Vs. 59. PAVO. *legendum eſt, aut*

> Σὺ γὰρ δόλου, σύ τοι φθόνου
> Ἔρωτ᾽ ἔθηκας ἀνδράσι.

aut

> Σὺ γὰρ δόλω, σύ τοι φθόνω
> Ἔρωτ᾽ ἔθηκας ἀνδράσι.

Si nempe in his Doriſmi ratio habenda ſit tam exacte." Omne hoc ad verbum ſubfuratus eſt Dacierio & Maittairio. DACIER. *mallet legere,* δόλω & φθόνω, *Dorice* ω *pro* ου, *ita ut Genitivi illi regantur ab* ἔρωτος: *cum haec Oda ſit partim Ionica, partim Dorica.* MAITTAIR. *Concedam autem facile Doriſmum ab Anacreonte ſuis ſaepe carminibus inſeri; non tamen ea Dorum idiomata ipſis adeo propria, ut ab Ionicis ſcriptoribus vix umquam uſurpentur. qualis eſt* ω *pro* ου. *quod in Homero nondum legi.* jam nega plagiariorum anteſignanum eſſe Pavonem.

Vs 69. PAVO. Πολυχανδέα, πολλὰ χωροῦσαν. *Heſych. Theocr.* XIII. 46. πολυχανδέα κρωσσόν. *Nonnus Dionyſ.* 15. 19. πολυχανδέος ἀνδρεῶνος „ ride pullo hirundinino nudiorem Criticum. haec enim duo loca ſublegit Scapulae, Barneſio & Maittairio in Indice. qui addit Auſ. Epiſt. ad Paul. XII. 41. eſt

autem

autem vox ubique obvia: unde colligas nihil eum legiſſe vel obſervaſſe. vide Orpheum vs. 578. Κύπελλον πολυχανδὲς. Nonn. XXVI. 305. & aliis locis. Nicand. Theriac. 951. Oppian. V. Halieut. 331. Q. Calab. I. 524. III. 728. IX. 389. XII. 260 XIII. 138.

Fragm. XXI. p. 273. PAVO. *ut Eruditi ſciunt, Alcman* αἴτας *dixit* τὰς ἐπιεράτας κόρας." Scilicet ſciunt hoc ex Stephani Lexico. tuum fuerat addere ſaltem, unde hoc ille, ſi quidem poſſes. me jam poſſe nego.

Fragm. XXIX. *Turnebus verſus ſeparavit, eumque ſecuti ſumus in editione noſtra.*" Turnebum forte hoc feciſſe credas in Adverſariis. non. ita in Turnebiana Hephaeſtionis editione. quam certe Barneſius, qui plane ita edidit, in ſua editione ſecutus fuit. ita quoque edidit Maittairius. quos ergo ſecutum dixeris noſtrum Thraſonidem, hos an Turnebum?

Fragm. LV. Κόκκυξ ὄρνεον δειλότατον. *quod* poſuimus, *apud Lyricum exſtare potuit: an praeciſe exſtiterit, neſcio.* „ ſcilicet Barneſ. ſimpliciter Κόκκυξ edidit. At Maittairium ſic *poſuiſſe* diſſimulat βιβλιάγιος noſter.

Fragm. LX. ἱεράμιν & ἰσίβη. debet Caſaubono, qui tamen ἱεράμιν male pro *libidine* accepit, uti recte animadvertit Maittairius docens, in ἱεράμιν aliquod ſubſtantivum deeſſe. τερίνων autem cum Caſaub. omnino legendum. quid igitur occinit rauca volucris? nam ex Τερίνα Athenaeus non poterat ſcire, utrum ad θυμὸν an ad αὐλὸν referendum eſſet hoc vocabulum.

Fragm. LXV. p. 294. Κυπάρισσος] Locus ex Geoponicis nec non e Theocrito Barneſio p. 215 debetur. in contextu ſcribit male Μύρμιλα, in Notis bene Μυρίκα. edoctus a Celeb. Bentlejo Epiſtola ad Millium p. 89. ſed tacuit hoc puſilli animi homuncio. modo quod de *horto uxoris & mariti* habet, debet

Barneſio noſter Κηπορεἰσης. Cui etiam debet explicationem τῦ ἡἰλιος τ. σ. δ. φ. nec non explicationem τῦ Κυπάριτλος πεφύκοι σεῦ ἐνὶ κήπῳ. quam tranſtulit ad ſuum Κυπάρισκος. *maſculus foetus.* At ſpurcus & inficetus addit homo, Κύπαρος GLANS *eſt partis, qua viri ſumus, & per metonymiam* (ea Lepiduli Pavonini utebantur olim) *ponitur pro toto viro. unde diminutivum* Κυπάρισκος. *& hoc commode* GLANDULAM *denotat pueri tenelli, quem poſt novem lunas ex horto ſuo ederet mater. quid ais? nunc appoſitiſſima ſunt haec:* „ ſane ad demonſtrandam indolem infelicem.

Fragm. LXVI. Tzetzes Barneſio laudatur.

Fragm. LXVII. Schol. Euripidis non laudatur quidem a Barneſ. ſed is laudat Jac. Nicolaium Loenſem. apud quem is laudatur & F. Urſinum p. 327. ait autem Pavo ad *vocem* μονόπεπλος, *quae praecedit.* At Scholion ſequitur.

Fragm. LXXI. F. Urſinus p. 136. & Maittairius p. 74. habent. Barneſio puto omiſſum hoc.

Fragm. LXXII. Athenaeus L. IX. p. 430.] imo L. X. uti Maittairius p. 74. & F. Urſinus p. 324.

Fragm. LXXVI. Pavo. *Hyginus Aſtronomico Poëtico, ubi de Engonaſi*] Barneſ. multo brevius. *Hyginus Aſtronom. v. Engonaſin.*

Fragm. LXXVIII. LXXX. LXXXI. paginas & verſus Barneſius addiderat: haec comiter omiſit Dyſmenides noſter. & ſic paſſim.

Fragm. LXXXII. Pavo. Schol. Nicandri Theriac. vs. 367. . . . ἐν τῷ ἐπηγερφομένῳ. at in editionibus, quibus utor, legitur ὑπογεγραφομένῳ. An igitur hoc Pavus ita emendavit, & ſe non jactavit! Atat! ſic Barneſ. p. 262. laudat, quem tamen compilaſſe non vult videri. nam Barneſius verſum laudat 377. Noſter 376. male ſecundum meos numeros. an

Pavus

Pavus ſuo Nonno numeros adſcripſerit, ejus ignavia me dubitare vehementer facit.

Fragm. XC. Pavo. Clemens Alexandrinus L. 3. Paedagog. Τὸ … ἑταιρικά. Barnes. *Clemens Alexand. Paedagog* L. 3. p. 184. Τὸ . . . ἑταιρικά." Ego praetulerim Barneſii notam, quia pagina ſaltem adeſt, ſed omiſit talia Magiſter ſuperciliosſus, ne pretium omne Barneſianae Editioni poſt ſuam decederet ſcilicet.

Fragm. XCI. [Σάμον] ἄϛυ νυμφέων. Barneſ. p. 282. Maittair. 113.

Pag. 315. *Qui ex illo loco Etymologi* σὺν τῇδε τῇ ϛροφῇ *tanquam Anacreonticum recenſent, lepide errant & cachinnos merentur* ,, Is eſt Barneſius p. 312. Ut autem furem & convitiatorem abominere, haec Maittairii lege p. LXXIII. *Barneſius hoc inter Anacreontica reponit. Sed locum Etymologici attentius legens, dubito, an haec verba* (τὸ μὲν γὰρ 'Ανακρεόντειον) *referenda ſint ad illud fragmentum. praeterea non auſim adfirmare omnia illa, quae ex Scaligeri Poëtice & Hephaeſtione* &c. *collegit Barneſius, quaeque dicuntur* 'Ανακρεόντεια, *Anacreontis fuiſſe.*" Idem dixit Maittairius primus, quod poſtea eum compilans Pavo. Maittairius modeſte vera proponit, Pavo petulanter aliis ſublecta recoquit. hinc etiam ſuffuratus, quae de fragmentis a J Caeſare Scaligero laudatis in Praefatione dixit. Sed quid te moror, Lector! omnia furatus, quaecunque bona, ſunt tamen admodum pauca, quae in Anacreonte Pavonino leguntur. certe ex CIX *Fragmentis*, quae adponit: non unum debetur induſtriae Pavoninae. Omnia jam apud alios Editores, & praecipue apud Barneſium leguntur. omnia ex iiſdem fontibus petita ſunt. nec ullo modo vereor adfirmare, in omnibus locis, ex quibus fragmenta adduxit: & ex quibus illuſtrat, ne unum quidem

 eſſe,

legitur vs. 5. ἐμοὶ μέλει μύροισι Καταβρέχειν ὑπήνην. *me juvat barbam madentem unguento habere.* Ad quae homo profligatiſſimae audaciae & profundiſſimae ignorantiae ita non dubitat ſcribere dicamne an furere. „ *Nam, ut dicam, quod debeo, vix etiam concoquo illud* καταβρέχειν ὑπήνην: *itane ſolebant veteres? Barbam unguere, non caput, non corollas in capite?* HOC NOVUM. *dicerem, ſi auderem, Monachum laſciviorem, qui barbam curabat probe, in Ergaſtulo ſuo integrum odarium ita adornaſſe ſibi* &c. quid dicam! jactatoremne hunc tanta ignorantia eſſe, ut neſciverit moris fuiſſe variis ex cauſis, ex luxuria, ex laetitia, barbam inungere: unde e contrario *ſqualida barba*, ἀνάλειπτος πώγων in luctu: in auſtera vita? neſcivitne Eubuli hos verſus apud Pollucem L. X. 26. 120.

λύε τ' ἀλαβάστια

Θᾶττον σὺ, καὶ τῇ παιδίσκῃ τὸν πώγωνά μου
Καὶ τὴν ὑπήνην μύρισον.

& Pſalmo CXXXII. 2. legi ὡς ΜΥΡΟΝ ἐπὶ κεφαλῆς τὸ καταβαῖνον ἐπὶ ΠΩΓΩΝΑ, τὸν πώγωνα τοῦ Ἀαρὼν, τὸ καταβαῖνον ἐπὶ τὴν ὤαν τοῦ ἐνδύματος αὐτοῦ. ubi Pricaeus adpoſite locum Anacreontis advocat. Quid! ſi idem Monachus in Ergaſtulo ſuo etiam Pſalmum hunc totum adornarit! Harduini adſeclis hoc probabile valde fiet. certe Odarium ſaltem multum de pretio ſuo amiſerit, quod hujus antiquiſſimi & Judaici moris meminerit: uti p. 115. Oda XXVIII. *multum de pretio amittit*, quia locutio Evangelica ἀπέχει in ea occurrit.

Eadem ratione forte etiam Oda XXXII diſplicere poſſit, ubi *numerus arenae maris* ponitur pro *numero non definiendo* *. Εἰ ψαμαθώδεις εὑρεῖν Τὸ τῆς ὅλης θαλάσσης. nam

&

* Vide Trappium p. 199.

& illa locutio in ſacris literis obvia. Joſuae XI. 4. Καὶ ἐξῆλθον αὐτοὶ καὶ οἱ βασιλεῖς αὐτῶν μετ' αὐτῶν. ὥσπερ ἄμμος τῆς θαλάσσης τῷ πλήθει. II Reg XVII, 11. ὡς ἡ ἄμμος ἡ ἐπὶ τῆς θαλάσσης εἰς πλῆθος. Pſalm. LXXVIII. 27. ὡσεὶ ἄμμον θαλασσῶν. D. Paulus ad Romanos C. IX. 27. ἐὰν ᾖ ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ὡς ἡ ἄμμος τῆς Θαλάσσης. An tamen adhuc exclamabit? *Nihil ineptius: nam quis* ἠμαθώδες τῆς ὅλης θαλάσσης *ita dixit umquam vel dicere potuit? an mare ita fluit & refluit, ut arenas, quae in fundo ejus ſunt, oſtendat quotidie, hominesque ad eas numerandas admittat? haud dubie ſentis ſtatim, quam ridiculum hoc & ab ipſa natura abhorrens plane. Si* τῶν αἰγιαλῶν ἠμαθῶδες *dixiſſet Poëta, id aptum fuiſſet & bonum: nam litorum arenae etiam inter ea, quae numerari non poſſunt.*" ita vivam & valeam, ſi ſtultiora ipſa Stultitia dictante chartae illinere potuerit. Morio, dic; dic, Morio: ſi litorales arenae, quia innumerabiles, ſunt aptae, quibuſcum comparatio fiat: cur arenae abyſſi, & marini fundi, certe non minus innumerabiles, erunt ineptae? verum eſt, ſaepe fieri etiam in hac re mentionem litoralis arenae. ut Gen. XXII, 1. ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης. vide plura exempla apud Celeberr. Alb. Schultenſium in Commentario ad Jobum C. XXIX. 18. ſed auctores non ita ſe uni formulae addicunt. Quin ſi hoc tuum commentum verum eſſet, annon liceret commode intelligi τὸ ἠμαθῶδες τῆς ὅλης θαλάσσης, de *litoribus?* ſed nihil opus tam ſtulta ſuperſtitione. Scias, te irata bona Mente: ſcias te ringentibus Gratiis, haec ſacra contrectaſſe, & Aſinum vere eſſe ad lyram, Pave. Quid! non Ovidius poſt Anacreonta L. I. Art. 254. cecinit.

Quid tibi femineos coetus, venatibus aptos,
Enumerem: numero cedet arena meo.

Qua

Qua auctoritate tu, fatuiſſime Logicorum, qua tu auctoritate negabis, *arenam* hic aeque *fundi marini* atque iſtam *orae marinae* intelligi. Quid! non Virgilius L. II. Georg. 105.

Quem qui ſcire velit, Libyci velit aequoris idem
Diſcere, quam multae zephyro turbentur arenae.

an ſolummodo arenae in litoribus turbantur? conſulatur ibi Cerda; cui ſimiles commentatores centenis Pavonibus praeſtant ad Poëtas intelligendos. Pindar. Olymp. 13. vs. 65. paulo alia ratione.

ὡς μᾶν σαφὲς
Οὐκ ἂν εἰδείην λέγειν
Ποντιᾶν ψάφων ἀριθμόν.

an calculi & glarea modo in litoribus & ripis? certe aliter Nicolaus Heinſius, elegantiarum *Poëticarum* optimus arbiter, ſtatuit, canens, Silv. L. II. p. 160.

Gaudia quot dabitis, quae qui numerarit, & idem
Tum fluctus quos aequor agat, quid volvat arenae.

At niſi homo ipſa inſcitia eſſet inſcitior, aliunde melius lectionem Vaticanam firmare potuiſſet. nempe ex loco Luciani, vel quicumque auctor ſit Dialogi, qui Ἔρωτες inſcribitur. p. 374. ubi totus fere verſiculus Anacreonteus fidem facit huc forte ſpectaſſe auctorem. θᾶττον ἄν μοι, ὦ Λυκῖνε, θαλάττης ΚΥΜΑΤΑ, καὶ πυκνὰς ἀπ' οὐρανοῦ νιφάδας ἀριθμήσειας.

ἢ τοὺς ἐμοὺς ἔρωτας.

Sed judicio & eruditione abundat; ut porcus lana.
Ad

Ad Odam XIII. * *οἱ μὲν καλὴν κυβήβην* &c. *Nam quid hic mulier. Nonne vir erat poëta? Nonne a ſexu virili debebat exemplum petere? id factum certe oportuit.* ad Odam XX. his inſulſiora.

> Ἡ Ταντάλου ποτ' ἔστη
> Λίθος Φρυγῶν ἐν ὄχθαις.

Non quadrat hic Niobes exemplum . . . ſi mentem habuiſſet odarii auctor, Proteum & Periclymenum hic debuiſſet commemorare (ſi voluiſſet παβωνίζειν & ἐλλεβοριᾷν) *qui ut notum eſt, in quaslibet formas ſe mutare poterant: Nam ſic non modo votorum ſuorum habuiſſet παράλληλον, ſed etiam vir a viris duxiſſet exemplum, non â* mulierculis, *ut nunc ſatis* inſulſe *fecit.*" Si umquam ſtolida criſis inſtituta fuit, ſane haec eſt. Quid enim? non aeque facit ad Poëtae inſtitutum, quis mutetur, vir an mulier: quis furietur vir, an mulier: furoris & Metamorphoſeos modo ſuppetant exempla? Quin ſi de Proteo & Periclymeno exemplum ſumſiſſet, a propoſito aberraſſet: cum hic mutatio praeter naturam expetatur: illa mutatio in ipſis nativa fuerit. Morionis eſt negare viros cum feminis vel feminas cum viris recte comparari. Horat. Od. L. III. 25. ſe comparat poëtico furore inſtinctum cum Baccha efficaciſſime.

> —— —— *Non ſecus in jugis*
> *Exſomnis ſtupet Euias*
> *Hebrum proſpiciens, & nive candidam*
> *Thracen, ac pede barbaro*
> *Luſtratam Rhodopen. Ut mihi devia*
> *Ripas & vacuum nemus*
> *Mirari libet.*

Aeſchy-

* Vide Trappium p. 205. Ephemerid. Amſtelaed. Gall. p. 124.

Aeſchylus Septem contra Thebas vs. 503.

> Αὐτὸς δ' ἐπηλάλαξεν, ἔνθεος δ' ἄρει
> Βακχᾷ πρὸς ἀλκὴν, ΘΥΑΣ ὡς, φόβον βλέπων.

> *Ipſe autem acclamabat & Martem ſpirabat*
> *Veluti* Baccha Deo plena, *terrorem oculis incutiens.*

Ad Calabri L.XI.398. ipſe ait, *poteſt tamen metus Graecorum comparari cum metu* capellarum. at puto ibi αἶγες & capellae ſunt ſexus ſequioris & Graeci maſculi. Ariſtaenetus Ep. II. 17. de meretrice ait. Καὶ ὁ Κριὸς ἐδόκει τὴν θάλατταν ἀγνοεῖν. quid nonne querentem Orphea, Eurydice amiſſa, Virgilius comparat Philomelae quarto Georg. vs. 511 quacum igitur, ſecundum Artis Poëticae novae magiſtrum, aptius contulit Albinovanus Liviam in conſolatione vs. 105. ubi judicii plena inſpicienda eſt nota J. Clerici. At paſſim talia obvia, ſed nunc in hanc rem modo unum adducam Epigramma, quod neſcio an ideo minus probaturus ſit Naſutulus, quia ibi maſculus cum duabus femellis componitur. tale autem eſt.

Εἰς Ταῶνα.

> Οὐχ Ἑκάβη Δαναοῖς κατέχευεν ὀνείδεα τόσσα,
> Ὅσσα Ταὼν πρώτοις ἀνδράσιν εὐεπίῃ.
> Οὐδὲ δὶς ἑπτὰ τόσον Νιόβη ἐπεκόμπασε τέκνοις,
> Ὅσσον ὅδε φρεσὶν ἧς καὶ πολυιδμοσύνῃ.
> Τῷ ῥα καὶ ἀμφοτέρων τὰ πάθη πέπρωτο Ταῶνι,
> Γραμματικῷ κυνικῷ, λαϊνέῳ Κερκικῷ.

EX Q. CALABRO.

Quo genere commentandi in hoc Poëta uſus fuerit Pavo : *aliis ex locis jam patuit & paſſim patebit. jam ad argumentum ſuſceptum pauca e multis excerpam. Inſpiciendi & conſulendi ipſi copia fuit Exemplaria duo, quorum hoc *Falkenburgiana*, illud *Sylburgiana* quaedam continebat: praeterea a Celeb. Havercampo acceperat librum in quo *Scaligeranae* emendationes ad Libri quarti initium enotatae. prioribus illis ſe uſum negat, quia *Sylburgiana ita erant comparata, ut viri diligentiſſimi eruditionem nequaquam exprimerent : Falkenburgiana autem* &c. *Scaligerana* autem ſerius accepiſſe ait: etiamſi mihi hoc variis de cauſis credibile non fit. nec cur toties mendaci credamus, cauſa ulla eſt. nihil tamen adfirmo. ex adferendis Lector ipſe cenſeat. Accidit autem rurſus per ſuperbiam iſtam hominis, ut plurimis aliis adminiculis caruerit. ex. gr. *Scaligeranis* in reliquos X Libros *emendationibus.* quamvis hic quoque neſcio quid ſuſpicandi anſam dederit. Hinc quoque ei defuit liber prius Guilielmi Canteri, poſtea Danielis Heinſii. Nedum ut Codd. MSS. uſus fuiſſet. Quantum autem aequius feciſſet, ſi meliora ex *Sylburgianis* ſelecta auctori ſuo, non ſibi, adſcripſiſſet, & in reliquis ipſius viri Doctiſſimi excuſationi ſeſe dediſſet, qui ita in fine Coluthi. αἱ δεύτεραι μὲν φροντίδες σοφώτεραι. *inquit poëta : & id quidem fiet maxime, ubi con-*

* Acta Lipſienſia A. MDCCXXXVI. p. 113. *Generatim de his Emendationibus Cl. Pauw monemus, eas, ſi pauciſſimas, nec momenti gravioris, exceperis, vel* nimis audaces eſſe, *vel* non neceſſarias, *quin etiam* non raro ſalſas. *ſtatim* L. I. vs. 2. &c.

continget iterum accuratius relegere. ταῦτα γὰρ τὰ ἐπανορθωθέντα οὐδὲ πάρεργον γεγραμμένα ἐστι : καὶ ὥσπερ δρομάδην, διατρίβοντι ἐν ἐξορίᾳ τινι τῶν βίβλων. 1570.,, Atqui neceſſe, ut multae emendationes non reſpondeant ipſius Pavonis rarae illi eruditioni, cum magna pars correctionum Sylburgianarum conſentiat cum Pavoninis. ipſae autem notulae, adeo aridae, ut nihil ſiccius in hoc genere exſtare putem. Varias equidem Lectiones etiam ſimpliciter exhibere, utilitatem multam habere conceſſerim: Criſes autem ſiccas & exſangues exercere, ſuperbi & nimium ſibi fidentis eſt. Lector enim non auctoritati ſed teſtimoniis & exemplis manum dare ſolet. Sed furem perſequamur.

L. I vs. 12. Ἕκτορα δ' ὡς ἐδάμασσε, καὶ ἦμαρ ἔρυσσε πόληων. de Achille ſermo eſt. ultima vertuntur. *lucem urbis Trojanae raptarit.* cui interpretationi adquieſcit Pavo, & putide docet: *lucem* & φάος de viris bene meritis dici. ut *o Lux Dardaniae.* At de hoc nemo dubitat, ſed an ἐρύειν *raptare lucem urbis* recte dicatur. *lucem urbis* σβεννύναι. *exſtinguere* nemini aliquid peregrini habere videbitur. Ego Scaligeri emendationem igitur ambabus amplector manibus

Καὶ εἶλαρ ἔρυσσε πόληων.

Il. H. vs. 338.

——— ποτὶ δ' αὐτὸν δείμομεν ὦκα
Πύργους ὑψηλοὺς, εἶλαρ νηῶν τε καὶ αὐτῶν.

Schol. ἔρεισμα. φύλαγμα ἀσφάλειαν. vide Il. ξ. vs. 56. Odyſſ. E. vs. 257. vide Heſych. Illa autem Nota non conſpicitur in Scaligeranis a Pavone proditis. Quae hujus omiſſionis cauſa! forte in excerptis illis Pavoni traditis iſtud εἶλαρ non comparuit. imo comparuiſſe, quis dubitet! ſed cum in ceteris unicuique adſcribatur emendationi Scaligeranae *Sc.* huic

huic forte non addita ea nota. nec ullis ad vs. 77. uſque: ubi ἢ θανέεσθ placebat Scaligero, & primum comparet *Sc.* ſed tamen praecedentes emendationes, eadem veteri manu exaratas, ejusdem eſſe Scaligeri, & liber meus fidem facit, nec ipſe Pavus dubitavit, qui jam vs. 70. Scaligero adſcribit ὄλε φρένας. ad quas voces tamen non magis quam ad εἶλαρ nota *Sc.* adeſt. Quid igitur dicemus! an non intellexit vocem communem & pro monſtro habuit: an alia de cauſa omiſit? certe ſive Scaligeri ſive alius, memoratu haec ſuſpicio digniſſima. At, dices, de plagiis acturus eras: non de negligentia hominis. Verum, amice Lector, hic locus vel maxime facit ad callida & maligna furta ejus indaganda. Scis cur in Scaligeranis omiſit hanc emendationem! ut ſibi eam vindicaret. Nam ait L. VII. 415.

ὅπερ πάρος αὐτοὶ ἔδειμαν
Νηῶν ἔμμεναι ἕρκος.

„ *An forte ſcripſerat paulo ante manu ſua.* Νηῶν ἔμμεναι εἶλαρ, *quod ab Amanuenſibus propter ductus literarum implicitos* (quos?) *male expreſſum? vide & judica:* (nota formulam pedanticam) *quod poſui Homericum eſt, ut noſti.*“ jam hanc ſuſpicionem ajo furatum fuiſſe a Scaligero: & ideo in primi libri Emendationibus Scaligeranis occultaſſe. vide & judica jam, an alia cauſa omiſſae emendationis dari poſſit.

Vs. 43. ἀρμοθόη. *ſuſpicor* ἀρμαθόη. „ ita ſuſpicatur liber Lugdunenſis a Pavone conſultus.

Vs. 57. *legendum ſuſpicor.* Μειδιόον ἐρεθεινόν.] ſic ante Pavonem Salvinius dudum conjecerat: potueramus ergo caruiſſe Pavonis opera.

Sic vs. 95. ἐϋμμελίην in libro Francii & Cod. uno. ride autem hominem otioſum, qui de hac ſcriptura

 pro

pro ἐϋμελίην forte viginti locis agit. vide VIII. 294. IX. 203. 489. X. 147. 167 bis eadem pagina. XIII. 179. XIV. 20. 135. & ſaepius. quin Rhodom. ſic jam non ſemel monuerat. ſic, credo, tricies admonemur ἀάπηλ☉ ſcribendum pro ἀλκῆ☉.

Vs. 404. Σιφόνην] Τισιφόνη. Rh. at Pavus. *Τισίφον☉ plane ignotus.* „Hoc adduco, ut probem obiter, quod ſaepius a me dictum, hominem libros ſuos committere typothetis, antequam perlegerit. nam L. XIII. 215 memoratur Τισίφον☉ ſive Τησίφον☉ inter Priami filios. Vide tamen inemendabilem hominis ſtoliditatem & pertinaciam: qui, cum hic fatue conjecerit Τλησιπόνον, tamen ibi ſcribere non erubuerit, *nondum tamen me poenitet conjecturae meae.* hoc in ſpecimen. plura nunc non.

Vs. 419. -- Τῆς δ᾽ ὔτι πέλε σχεδὸν ὔτε γενέθλη, οὐ γάρ᾽ ἑὸν πτολίεγον.

G. Canterus L. I. Var. Lect. 7. p. 42. legit certa conjectura. Τῆς δ᾽ ὔτε πόλις σ. π. ὐ. γ. illud ὐ ϖ &c. vertendum *non enim ipſius urbs eſt.* certe monere debuiſſet de hac ſui Popularis ſententia. cujus ſcripta non magis legiſſe hinc patet, quam Criticorum ceterorum. ita conjecturas ejus negligit ubique. vide L. IV. 558. L. V. 390. VI. 496. VII. 137. 720. VIII. 438. IX. 389. 421. X. 263. XI. 113. 173. XII. 131. 455. XIII. 26. 287. XIV. 380.

Vs. 436. ἐν τεύχεσιν] τεύχεσιν. at ſic Sylburg. & Cod.

Vs. 476. ὐδέ σφι θανάτοιο] *verſus requirit* σφιν *vel* σφισι" Sylburg. σφισίν.

Vs. 605. *ſcribe* πεπίθοιτ'] ſic Sylb. & Cod.

Vs. 654. *ſcribo* ὑφ᾽ ἐν δόρυ] Falkenb.

Vs. 793. Unicum hoc & certiſſimum argumentum,

tum, non fuiſſe perlectum a Pavone auctorem ſuum, antequam jam formis permiſerat, hic addam.

Ὀστέα δ' ἀλλέξαντες, ἄδην ἐπίχευαν ἄλειφαρ.

ſic Rhod. ſic Pavo. at Aldus habet ἄλειφα. id Miſellus vitioſum putans neglexit. at tandem L. XIV. 264 cum inveniſſet

χεῦε πολὺν ἄλειφα, περιτρύζωσι δὲ μακρά.

nec id poſſet mutari, agnovit, tamen nihil de hoc loco admonens. *pro ἄλειφαρ hic habemus ἄλειφα, de quo Herodianus apud Euſtathium, ut notum.* „ At jam omnibus tua belluina inſcitia eſt nota, qui neſcias etiam ab ipſo auctore tuo, & ab aliis uſurpari, ut Aeſchylo Agamemnone vs. 330.

L. II. 304. *ἐναλίγκιον per modum adverbii hic dicitur pro ἐναλίγκιος.*" hic refutare videtur Scaligerum, qui ἐναλίγκιος malebat.

Vs. 440. *verſus deſiderat Ὀλύμποιο*] Scaliger.

L. III. 26. *verſus requirit εἰς ὕδας*] Sylburg.

Vs. 230. Ζωρόν τε, Νίσσόν τε, περικλυτόν τ' Ἐρύμανθα.] hunc verſum appono, ut ignorantiam ſemel adhuc ſummam in accentibus notes. ſcribendum enim hic Ζῶρόν τε Νίσσον τε π. τ. Ἐ ſed fideliter expreſſit Rhod. in prima voce, ſecundam ſua inſcitia correxit, qua etiam in Ariſtaeneto κάλλος τε ſcripſit. Et Aſinus hic calce petit Grammaticos inter ἀγοραῖος & ἀγόραιος diſtinguentes ad Theoph. p. 59. ubi ſtolide ſcribit ἀγοραῖος. Velare inſcitiam ſatagit contemnendo. ſed accentus omittat, vel canonas ſequatur Magiſtellus. Magis tamen adpono, ut animadvertas ΤΕ productum ante literam Ν. qui locus mihi non ad manus p. 332. Vanni. ante Μ videte apud Hom. Iliad. B. vs. 58. Heſiod. Θεογ. vs. 320 δὲ ante Ν. Scuto Herc. vs. 195. Sylburg. hic καὶ volebat.

Vs. 221. *Cur non ſumſerunt proximum ἅ τε ἑόν. an*

metuerunt hiatum? haud ſpero.] quanti fluctus in ſympuvio? Sylb. ſimpliciter αἴ τε ἰών. licet errore calami αἴ θε ſcripſerit: quod moneo, quia plures tales: quibus petulantia Pavonina forte olim inſultarit, ut probet Sylburgiana eſſe ejus eruditione minime digna.

Vs 448. *Scribe ut verſui adſis τόσον*] Sylburg. qui certe, ſi edidiſſet Q. Calabrum, talibus ineptiis non oneraſſet margines: ſed in ipſo textu orthographica vitia correcta dediſſet. audi iniquum hominem vs. 673. ubi Ἀτρεῖδαι corrigit ex Ἀργεῖοι. & ait. Interpres, *cum Atridae emiſiſſent. cur non in Graecis repoſuit Ἀτρεῖδαι. miror, miror.*" Imo ego demiror hominis impudentem jactationem, cum Rhod. ſaepius tantum in verſione corrigenda exprimat: & quae plagiarius non ſemel ſibi vindicare ſatagat. At Pavo exprobrabit Rhodomanno, quod corruptas Lectiones in contextu retinuerit? Pavo? qui in uno Calabro & Ariſtaeneto hoc in genere plus quam ſexcenties peccavit!

IV. 46. Ἐπέρωθε *ſuſpicor*] Sylburg. ἴσως ἱἐρωθε. vide L. IV. 545. neſcio an bene, ita ἑτερωθε Pavus L. XI. 398. & XII. 435. ἔνδοθε. vide Dausqu. ad L. V. 547.

Vs. 93. *verſus laborat*] hoc viderat Sylburg.

Vs. 112. *verſus requirit* Ἀργείων ἐς ὅμιλον] ſic Sylb.

Vs. 114. nobis inepte perſuadere vult, ut hoc obiter interponam, olim ἀεθλεύσαντες dictum in medio pro ἀεθλεύειν. an hoc accidit, cum coeperunt amare *ſyllabarum numerum Graeci?* at probat. Heſych. ἀθλεύεσθαι. δινθῆται. inde adparet pro ἀεθλεύειν etiam in uſu fuiſſe ἀεθλεύειν. At jubeo hominem vel Morocomio vel Ergaſtulo publico includi. vel enim deſipit, vel decipit. deſipit, ſi non vidit legendum ibi eſſe ἀθέλβεσθαι, vel ἀθέλδεσθαι vel ἀθέλγεσθαι: δινθεῖται. *percolatur*, ut recte ultimam vocem exhibet Favorinus. vide

vide Anutium Foeſſium in Oecon. Hippocr. p. 7. Decipit, ſi corruptionem ſuſpicatus, hinc Lectori Mediam terminationem ꝧ ἀέθλιον venditare voluerit. quid credam, neſcio. hoc ſuadet hominis ſubleſta fides: illud ejus incredibilis ſtupor & ignorantia. forte hujus farinae *plura alias.*

Vs. 128. *potes etiam* τἄνεκα ἐν μ.] ſic Sylburg.

Vs. 139. *Nam* Κυπέλοισιν *pro* κυπέλλοις. *hactenus non repperi*] At ego repperi in hoc auctore L. XIV. 332. quod hic ignoravit. alioquin monendum fuerat. corrupta loca putarim, cum Pavone.

Vs. 171. *ut verſus ſibi conſtet, ſcribe* ἔπεοσιν] Sylburg.

Vs. 200. *poſſet etiam ſcribi*: Δὴ τότε μὲν] Sylburg.

Vs. 203. turpiter ignoravit verſum laborare, & negligenter notam Rhod. omiſit: quam in Add. demum adponit.

Vs. 294. ἐσθλὸν ἄεθλον] ΕΣΛΟΝ ἄεθλον *ad aures jucundius acceſſiſſet*. At, auritiſſime Criticorum, quis umquam ἐσλὸς vel apud Homerum vel apud Calabrum legi ſomniavit?

Vs. 369. Μήτοι] Rhod. μήτει. Pav. μῆτι pro μήτιι. Sic Scal. Sed quoniam negat Scaligerum ſibi ad manus fuiſſe ultra verſum CCIII. ei, quicumque ita aequum putat, fidem habere poteſt. ego credo, certe unum exemplar ipſi ad manum fuiſſe, id nempe a Cl. Havercampo acceptum, quod ultra non progrediebatur. ut etiam aliud plenius habuerit, nil vetat, ne credamus. Sed ait μῆτι eſſe *generis neutrius*. at ego a μῆτις μήτιος, μήτεως, μήτει venire poſſe ſtatuo, ut a πόλις, πόλιος. πόλεως, πόλει. Μήτι malim.

Vs. 376. ἀλγεινόεντος] ἀλγινόεντος. Pav. ſic Sylburg. qui ſic ſupra vs. 202. quoque correxerat. ubi in Ald. ἀλγεινόεντος.

Vs. 382. ὄπασσεν. Pav.) Sylburg.

Vs. 400. *ſcribe, ut verſus babeat numeros ſuos* Κεῖνα τὰ οἱ προπάροιθε πατὴρ.] Sylburg.

Vs. 403. Τῶν ῥ] neſcio quid hic Sylburg.

Vs 426. νεηθηγέι] *verſus requirit* νεοθηγεῖ. *Nam Synizeſin hic admittere nolo.*" noluit etiam Sylb.

Vs. 443. *ob metrum ſcribe* χερὸς] Sylb. quid videtur, Lector, viditne Pavus Sylburgiana diligenter?

Vs. 502. *verſus requirit.* Μενέλαος ἰδ᾽ εὐρόπυλος] Sylb. ἠ. Pavoninum melius. Sylburgius corruptum verſum Pavoni indicavit.

Vs. 510. δεύεσαν. *corruptum eſt.* Pavo.] ſic in libro meo monetur. in quo etiam λάβε male *Scaligero* adſcribitur. eſt enim *Pavoninum*, ut vs. 571. ἐρυδμαίνεσκε. Volupe eſt videre conſenſum magnorum virorum.

Vs 579. *notum*] vide Scapulam.

L. V. 28. Δευομένῳ] obelus apponitur in libro meo.

Vs. 31. καὶ ὀμβριμόθυμοι Ἐρινύες | Ἐρινῦς Rhod.] at peſſima negligentia notam alteram Rhod. hic rurſus omiſit in corrigendis exſtantem p. 260 ὀλομένη τε κ. ο. ἐρινῦς. & ſic ſaepe ſocors homo.

Vs. 52. πάντες ἀτερπίλοι διεργόμενοι] Pavoni certe exempla ad manum hujus Generis. novi, qui πάντη & διεργόμεναι legant.

Vs. 65. Χερσὶν ἀμοιβαδίης] Pav. *nota illud. ſi ſanum eſt & pro eo non ſcripſerit ipſe Q.* ἀμοιβαίης „ Ignorantia ipſi primus emendandi canon. non inſpexerat hic Scapulam, qui ex Oppian. L IV. Κυν. 347. ἀμοιβαδίοισι κυπέλλοις habet. ſed verſamur in furtis.

Vs. 72. Μειδιόων *lege*] Scalig.

Vs 108. *verſus mutilus una ſyllaba. ſcribe* ἀάατον] viderat quoque Sylb.

Vs. 125.

Vs. 125. Scal. ὄχ' ἄριστ. Pav. πανάριστ. certe non vidit Scaligerana. mox vs. 152. ἐμοὶ Scalig. & Pav.

Vs. 173. μήσειο. *Rhod. voluit credo* μήσηται] Rhod. Editio habet in Corr. μήσει. ſed Scal. Correxit μήσεται.

Vs. 267. *recte. nam* τεῦξαν *δέ με minus aptum foret*] quod damnat, eſt Sylburgii ſuſpicio.

Vs. 283. *verſus* μαχήσασθαι *ſibi requirit*] Sylburg. μαχέσσασθαι.

Vs. 342. ἐπάξια πήματ' ἀνέτλη] *Ald. & Baſ.* ἐπάξια πήμαθ' ὑπέτλη, *quod neſcio cur mutatum a Rhod.*" Mirare ſtipitis praepoſteram agendi rationem. promiſit reſtiturum ſe quaecumque recte ſe haberent in Ald. hic a Rhod. hoc temere intruſum in contextu ſervat, veram lectionem inter ſuas quisquilias abſcondens. debuiſſet enim veteri lectione in textum repoſita, ſcripſiſſe : *Sic Ald. & Baſ. quod neſcio cur mutatum a Rhod.* in ἐπάξια πήματ' ἀνέτλη. Sed homo ab ipſa infantia nugari adſuetus, nugas numquam omittet.

Vs. 367. πληϊάς] in Ald. πλειάς. hoc ex Rhod. emendatione certiſſima. ſed cur homo aura levior hoc recepit, & centenas non minus certas non recepit: imo putidiſſimas Aldi lectiones iterum in contextum inſerſit, unde merito exulare juſſae erant! ſed haec modo digito indico: *alias plura* de talibus defectibus ex penuria judicii hominis ortis.

Vs. 375. *ſententia imperfecta*] Scalig. Graece dixit ΛΕΙΠΕΙ ΣΤΙΧΟΣ. emendatio autem Pavonis non ſolo temeritatis vitio laborat. *haec alias* forte.

Vs. 516. εἶπα Pav.] Scal.

Vs. 522. ἄνδρεσσιν vel ἀνδρέσσιν] Graeculus illud barbarum ἀνδρέσσιν monſtret. cur non ἀνθρώποις a Scal. ſumſit. vel ab aliis ἀνδρέσι τε. alias ineptias hujus loci praetereo lubens.

L. VI. vs. 35. ἄσαι ἄρηα] *optandi modus pro ſubjungendi modo; ut verſus melius ſonaret: ἄσῃ Ἄρηα ingratius fuiſſet.*" ἄσῃ corrigentem refutat Scaligerum: quem tamen vs. 31. ſecutus eſt emendantem πολέμοιο.

Vs. 215. ἐπεὶ κρατερὰ φρονέοντε] Sic quoque Sylb.

Vs. 314. Μὴ πρὶν ὑποστρέψειν, πρὶν ἢ κλάμεν, ἢ ἀπολέσθαι. Sylb. & Pav. putaverunt πρὶν ſemper corripi, & ideo medium verſum corruptum eſſe. ſed ſaepe producitur. Od. O. 393. πρὶν ὥρη καταλέχθαι. ſed ibi ſpiritus aſper culpabitur. Theocr. XXV. 222.

Πρὶν ἰδέειν, ἀλκῆς τι μεταυτίκα πειρηθῆναι.

Tyrtaeus apud Urſinum p. 218. Πρὶν αἰρετῆς πελάσαι τέρμασιν ἢ θανάτου.

Alicubi ſecundum Pavonem πρὶν facit verſum ἀκέφαλον apud ipſum Quintum. locus non ſuccurrit.

Vs. 317. Πουλυδάμαντος.] Sylburg. ante Pavonidem.

Vs. 345. Sylb. ἢ καὶ *forte rectius* „ hinc Pavo, *ſcribe* οἰῶν *duabus ſyllabis.*

Vs. 378. ἐλαίης εὐκτεάτοιο] *divitis oleae.* εὐκτέατος eſt vox nihili. eam correxit Pavus. εὐκλειάνοιο. at olea εὐκλέανος an recte dicatur, vehementer dubito. Magnus Scaliger longe felicius & facilius, forte Miſello non intellectus fuerit, ſi vel viderit, correxit εὐκεάτοιο. Od. E. vs. 60. Κέδρου τ' εὐκεάτοιο. Schol. εὐκατασκευάστου, εὐκλάστου, εὐσχίστου. Theocr. Id. 25. vs. 228. ἐρινεοῦ εὐκεάτοιο.

Vs. 460. *Rhod.* Σμερδαλέη *non improbo. nam* Σμερδαλέοις *minus adpoſitum foret.*] ſcilicet ultimum volebat Sylburg.

Vs. 466. *vide Steph. in* Παρθένιος *& doctos Apollonii Interpretes ad vs.* 938. *Lib.* 2. *Argon.*] At Holſten.

ſten. ad Steph. cum libro & verſu habet locum Sch. Apollonii. nam ubi libri & capita adducuntur, furtum latet.

Vs. 467. καλίῤῥοον] barbarum vocabulum in καλλίῤῥοον mutare neſcivit.

Vs. 560. *Potes etiam* Ῥοῖζον ὁμῶς λᾶαν τε.] & ſic ſequeris Sylburg

Vs. 608. Ὑσμίνης ὀλοῆς ἧς | η *ita ter repetitum nota.*] centies ita optimi. Arat. Dioſ. vs. 270. 340. Oppian. II Κυν. 254.

Vs. 619. Sylburgio debetur indicium corrupti verſus. Scaliger emendavit ἀάατελον. quod centies corruptum in Calabro & aliis.

VII. vs. 50. ἀλλὰ οἱ εἶθαρ] corrigit οὗ Pavus. male. nam ut J. Hartungus animadvertit οἱ Calaber utitur pro Genitivo οὗ. Cujus Viri notae neſcio an prae negligentia, an quodam faſtidio neglectae fuerint. certe ulla ne quidem mentio harum exſtat in Pavonina. proinde ſi quando quis novam editionem procuret Calabri, hae revocandae & Pavoninae omittendae, ut nugaces & inutiles: exceptis quatuor vel quinque locis. Sed hominis ineptias ſaepe recoctas circa hoc pronomen οἱ non hic tangam. Ride tamen obliviosſum nugatorem, qui ad Hephaeſt. p. 149. ſcripſerit ſua manu. οἱ pro οὗ *millies apud terſiores.*

Vs. 67. Dausqu. imo Rhodomanni haec nota eſt. vertigine laboravit vel ebrius fuit haec ſcribens.

Vs. 72. per totam paginam ſubtiliter de Fato hic cornicatur noſter Critico-Theologaſter, admodum adpoſite ad mentem Poëtae & ad penſum ſuſceptum.

Vs. 305. H ἶνι. Solet valde accurate Pavus omittere accentus & ſpiritus in principio verſuum: quod non culpo. ſcilicet ita aliquot centena in his delicta evitat. Sed vellem tamen huic H & ſimilibus vocibus ſuum Ἰῶτα ſubſcriptum vel adſcriptum.

Vs. 382.

Vs. 382. *durius eſt* μένος ἀρέϊος.] repoſuerit igitur Scaligeranum κλέος.

Vs. 409. Philoſtrati locum laudat Harduinus ad mox laudandum Plinii locum. ſic Olearius Plinium laudat ad Philoſtratum. feſtinans Canis autem non animadvertit legi a viro docto ἵνα Πρωτεσιλάε.

Vs. 474. σφιν in meo libro quoque non ſine nota manſit.

Vs. 547. ἀναῤῥόον] Rhod. & Pavo ſcribunt ἀνὰ ῥόον. Unum hoc ſpecimen adponam, unde adpareat, quam nunquam bubalus hic Codd. inſpexerit, qui tamen paſſim de compendiis in MSStis garrit. nam illud ἀναῤῥόον & ſimilia longe vetuſtiſſimi Codd paſſim habent. Theocr. XXV. 10. ſic Dionyſ. Perieg. 857 & 1122. παῤῥόον. apud Calabr. X. 192. ἀναῤῥόον. & recte Juvenis Erud. L. C. Valkenaer in Miſcell. Vol. VII. p. 150. ἀναῤῥῶγας ex antiqua pronuntiandi & ſcribendi ratione natum animadvertit. Nemo haec mutarit, qui Manuſcriptis operam impendit vel mediocrem.

Vs. 569. μὲν pro μένος in textu reliquit, & Rhodomannianae notae demum memor factus fuit in Addendis, cum μένος in libri alicujus margine emendatum inveniſſet. non dicam, quem librum.

Vs. 632. ἄντ pro ἄντα *hic poſitum eſt: palam: aperte.* *Et haec vocula meo judicio minus adpoſita eſt hoc loco. interpres aliter, ſed pro lubitu ſuo* " Ideo Scalig. volebat αὐτ'. & quia Scaliger ita volebat, haec ſcripſit Pavo, miniſterio ſpiritus alicujus familiaris uſus.

L. VIII. vs. 72. *ſcribi enim poteſt.* Συννεφίας | ita cenſuit Sylb urg.

Vs. 80. Cur iſta Strabonis verba adſcripſit, jam adſcripta a Dausquejo? ſed famelicus Criticaſter mercedem augere talibus ſtudet.

Vs. 82.

Vs. 82. Pavo. *an forte Calbis e regione Lindi a quibusdam dictus fuit Lindus?* „Sic quidem ſcripſit Ortelius in Theſauro. *Lindus eſt quoque fluvii nomen, qui Cariam terminat & Lyciam. Q. Calab.* 8. *Calbis forte Ptolomaei.* Sed Geographiae quam ſit peritus, hic egregium ſpecimen edit. de quo *alias quaedam* forte.

Vs 98. diximus in Deliaca Diatribe repetitionibus vocum earundem ſcatereCalabrum & tamen Criticum inſulſum non ſolummodo paſſim obtundere lectores recenſione talium: verum adeo ſtultum eſſe, ut talia paſſim corrigere tentet. Ne fruſtra dixiſſe videar, en aliquot loca, ubi ſimilia occurrunt. IV. 38. 248. 297. 399. 507. V. 498. 529. VI. 375. 427. VII. 236. 419. 435. VIII. 71. 323. 484. IX. 3. 220. 295. 317. 325. 491. 494 & paſſim XIV. 8. 31. 66. 327. 339. 341. 343. 485. & ducentis aliis locis.

Vs. 88. *ſcribi poteſt* δάμνα] & hoc viderat Sylb. ſi bene animadverti.

Vs. 259 ἡμῖν. *verſus requirit* ἦμιν] Sylburg. & talia moneri debent ſcilicet, non mutari! vide ineptulum rurſus vs. 265.

L. IX. vs. 4. *ſcribe, ut ne verſui ſyllaba deſit.* ἴδοντο ὅ] ita Sylburg

Vs. 39. Δή τότε Ἀργεῖοι *ſufficit, neque biatum metuo.*] neque metuebat Sylb.

Vs. 77 πᾶσιν ὅ καλεκλάσθη κέαρ ἔνδον] *enallage ſatis inſolita & fere ſuſpecta, ubi* πᾶσιν pro magiſtro eſt. *maluerim ſane.* πάντων. „ ſic ſane malebat Scaliger.

Vs. 159. Ald. male ἐναλίγκιος.

Vs. 176. Φέρε *ſcribendum* Φέρειν vel Φέρων. *prius elegantius.*] non miror. nam poſterius Scaligeranum, prius Pavoninum.

Vs. 186 ἵππων ἑζόμενος. *nota Ellipſin.* pro ἐφ' ἵππων. *ſed forte legendum* ἵππῳ vel ἵππε. „ rurſus hic de-

debuiſſet ſcribere. *poſterius elegantius.* nam prius Scaligeranum.

Vs. 210. Κάμανδρος & Σκάμανδρος] *videbimus aliquando diſtinctius*, ait lippiens Catulus. Tu vide Voſſium ad Catullum p. 247.

Vs. 227. in Add. rurſus meminit notulae Rhod. cujus mentio fit in margine mei libri.

Vs. 260. omnino jam placet μῦθον removeri. τοῖον & οἷον & ποῖον. ſaepe ſic apud Homerum abſolute. Il. B. 194 H. 455. N. 824. 510. vide Vannum p 388.

Vs. 275. *potuiſſet etiam ἀνέρας ἐσθλοὺς reponere aeque bene.*] imo melius. & ſic Sylburg. Obſerves autem, quando compilat Scaligerum vel Sylburgium Pavum uti voce *poſſe*.

Vs. 294. *ſcribe ἴσον ne verſui fiat injuria*] Sylb.

Vs. 297. Τρώεσσι δ᾽ ὃ θάρσος βάλε. Rhod. Τρώεσσι θάρσος βάλε. Pauw. *probo: nam* Τρωσὶν δ᾽ ὃ θάρσος βάλε. *minus exaſciatum foret.*" "Et certe non potuit non diſplicere utpote Scaligeranum. Nec tamen diſplicuit, quia Scaligerana vidit Pavo, quis enim hoc cogitare audeat! ſed quadam ἀντιπαθείᾳ quae ipſi contra Scaligeros, Salmaſios, Caſaubonos, Valeſios, Heinſios & alios, quos vulgus eruditorum, non Pavus, principes in literis veneratur, innata eſt.

Vs. 420. κεῖναί γε] Sylb.

Vs. 498. πυκναί. *minus aptum eſt.*] ideo correxit Scaliger ῥικναί.

Vs. 503. *interpres vertit ac ſi ſcriptum eſſet* ἀν᾽ ἄλλους] improbat id homuncio lividus, quia Scaligeranum.

L. X. 30. *quanquam ſic* ἄλλα ἐπιβρίσουσιν *etiam non peccaret*] Sylb.

Vs. 135. cur hic verſionem non mutarit ex emendatione Rhodomanni, ipſe optime noverit.

Vs. 144. *Plinium* V. c. 29.] habet ad hunc ipſum verſum

verſum Dauſqu. & ille dixerat de eadem re, *vulnerat aures meas;* Pavo idem aliis verbis. *nimis argutum & Scholaſticum eſt.*

Vs. 211. βέλος οὐχ ἅλιον φύγε χειρῶν. invitis Muſis natus homo, ait: *inpropria locutio.* nam ſagitta non emittitur manu, ſed arcu & nervis. quid ſtultis talibus reſpondebis. Nam Virg. VI. 58.

Dardana qui Paridis direxi tela manumque
Corpus in Aeacidae.

vide Senec. Hercul. Fur. 118. & 1128. quin ineptus nondum legerat L. XI. 103. Ἄλτο θοῦς ἀπὸ χειρός. ibi ſe ipſe refutat.

Vs. 213. *ſcribe ut verſui bene ſit*] ita in meo libro.

Vs. 268. *Quid* Εἴδετο] hoc & mirabatur Scaliger, & ideo reponebat ὤετο. id vicinius & adcommodatius & indicat furtivarum manuum contrectationem.

Vs 324. *verſus requirit* εἰς] Sylb.

L. XI. vs. 31. χειρὸς] Sylb.

Vs 66. in metro quoque haeſit Sylb.

Vs. 83. emendatio ex verſione adumbrata.

Vs 284 Δή τότε Ἀ.] Sylb.

Vs. 346. *verſus requirit* Ἀχιλλῆος] ſic liber meus. ſed ſtolidi eſt, talia non in ipſo textu emendare. & mox

Vs. 353. *ſcribe* Ὀδυσεύς τε. Sylb.

Vs 456. Εἷρπεν ἄνω. τὸν δ᾽ αἶψα διηερίη φέρεν οἶμος.] *ſurſum reptat. eumque ſine mora iter aerium effert.*] eleganter admodum Poëta ſcalas vocat ἠερίην οἶμον. *aëriam ſemitam.* nam ſcala eſt ſemita, ſed aëria. unde in Anthol. L. IV. C. 8. p. 311. ipſa Κλίμαξ vocatur ἠερίη.

Εἰ τεῖχος Θήβης Καπανεὺς ἐπιμήσατο πύργοις
Ἅμμασιν ἠερίην Κλίμακα μησάμενος.

Nec

Nec minus eleganter magni ſpiritus Poëta Papinius X Theb. 831.

Ardua mox torvo metitur culmina viſu,
Innumeroſque gradus, gemina latus arbore cluſus,
Aerium *ſibi portat* iter.

ubi Schol. adducit Pomponium in Armorum Judicio, qui dixerat, *tum prae ſe portant* adſcendilem ſemitam, *quam ſcalam vocant.*

Audi jam Pavonem. *Ac ſi volaſſet, non per ſcalam aſcendiſſet. inepta hominis Scholaſtici* ἔννοια. „ At Poëtices Lector callens & amans, taliane in pingui hoc de Schola vervece amplius patienter feremus? non feremus. Poenas dignas dedit & dabit profanus ſacrorum Poëticorum contemtor; cui hic ſtolide non niſi de volucribus dici poſſe ἠερίη οἶμος viſa fuit: quia ſic a Scapula hauſerat, qui ait ἠερίη *per aerem gradiens, ſeu potius volans.* at priorem interpretationis partem ſequi debuerat. quod ſi ἠέριος nihil aliud notat, quam quod ad volucres facit, nova rurſus miracula deſignabit Pavo: & videbimus brevi *montes & arbores* volantes. Sic ex. gr. in Epigr. apud Holſtenium in Γεράνεια. ἠερίη Γεράνεια. erit *mons* Geranea per *aërem volans* in Megarenſi agro. Atqui omnia quae in aërem ſurgunt, quae per aërem quovis modo feruntur ἠέρια. διηέρια, *aëria* dicuntur. Oppian. I Cyn. 66. eleganter

Οἵ τε διηερίην δόνακες πατέουσιν ἀταρπόν.

Quae aëriam arundines calcant viam.

Vide Erud. Arnald. in Lect. Graecis. p. 185. & Virum doctiſſ. in Miſcell. Vol. II. p. 203. Sapit nempe Pavo,

Pavo, ut fungi Grammaticorum, ſub nomine Servii, qui apud Virgilium Ecl. I: 58:

Nec gemere aëria *ceſſabit turtur ab ulmo*,

hanc vocem non ſine diſpendio verſus retulerunt ad *Turtur*: imo *ulmus* & omnes altae arbores ſic dicuntur: vide optimum interpretem Cerdam. Sed talia jam non agimus.

L. XII. hic cum ſequentibus duobus libris ſeparatim editi poſt *Opus Aureum* M. Neandri. ibi quaedam aliter leguntur. homo illud rurſus ignoravit: ſic ſtatim vs. primo recte editum τείχεα, ubi nunc inſulſe τεῖχος in omnibus obtinet.

Vs. 88. *εὔκλητον vel ἀλαπάξαι*] utrumque Scaligero debetur.

Vs. 173. *πάντα δῦσαν.*] Sylb.

Vs. 184. *δ'* Scalig. quoque delet.

Vs. 253. *potes etiam νῦν γάρ τοι*] nota bene *τὸ potes*. eſt Sylburgii.

Vs 278. *verſus requirit χεῖρας*] Sylb.

Vs. 328. *Ζηνὸς μεγάλου.*] Sylb.

Vs. 393. *verſus laborat. ſcribe.*] ut Pavo, Sylb.

Vs. 451. Scalig. hic quoque haeſit.

L. XIII. vs. 191. *lege σ', ὅτις. pueri ſciunt.*] ſcivit quoque Scaliger.

Vs. 243. *θέρευς εὐέλπιδος ὥρη. ſcribendum forte εὐθαλπέος*] ſcilicet Scaligero diffidebat ſic corrigenti.

Vs. 255. *καὶ οἱ | mallem καὶ οὐ* [vult οὐ] *quia οἱ παῖδ' ſequitur.* „ mirum: in Cod. quo utor, *οἱ* utroque loco notatum.

Vs. 260. *verſus deſiderat εὐγλαγέων*] hoc Sylb.

Vs. 273 *notiſſimus eſt verſus.*] ſcilicet a Steph. in hanc rem laudatus.

Vs. 278. *ἐν ἡμετέροις. Ellypſin nota.*] jam notaverat Boſius.

Vs. 317. ſi ita Dausquejus, cur ſibi vindicat.

Vs. 325. vide Salmaſ. ad Inſcriptt. p. 104.

Vs. 334. ἰφθιμένοιο | ἰφθίμοιο] ſubduxit verſioni, ubi *fortis*, homo trium literarum.

Vs. 392. Odyſſ. ψ. 231. *ſcribendum* ὑφ᾽ ἵμερον ὦρσε.] e ſeris ſtudiorum eſt, Pavus: dudum ſic emendatum & editum a Barneſio & aliis. & ſic centenas paſſim animadverſiunculas jam aliis obiter occupatas inveneris: quas praetereo lubens.

Vs. 440. *ſcribe ob verſum* σφιν] Sylb. σφίσιν.

Vs. 490. ὑπὲρ πυρὸς ἐξανέμων | Pav. ὑπαὶ. ἐξ ἀνέμων. Sylb. ὑπὲκ. & liber ἐξ ἀνέμων.

Vs. 514. *non convenit* ᾗ] hoc vidit Scal.

Vs. 553. de turpi furto in hoc verſu vide p. 93. Vanni.

L. XIV. vs. 2. *adpoſite Plutarchus de Primo Frigido.*,, Ne credas Plutarchum legiſſe. locus adducitur ab H. Stephano in voce Χάος. T. IV. p. 336.

Vs. 159. ut Pavo poſt Sylb. ἢ pro ἠδ.

Vs. 343. *verſus male habet.*] hoc vidit Sylb. & eodem modo correxit.

Vs. 467. *erunt qui inter* ἀέλλῃ *&* Ἐλθέμεναι *verſum intercidiſſe exiſtimabunt: & horum ſententia vera eſſe poteſt.*] & ſic ego vatem agere poſſim: ubi Scaligeri librum inſpexerim. qui hic ΛΕΙΠΕΙ adpoſuit. Nota τὸ *poteſt.*

Sed latrocinia haec in Calabro ſane non ſunt pauca. fateor quaedam leviora. ſed omnis Critica opera Calabro inpenſa eſt profecto ſatis levis. Fur ſurripit, quod poteſt, & in parvo etiam noxam contrahit.

Coronidis loco, en audaciae ſpecimen & inſcitiae, verſu hujus libri 457. Poëta ait:

Οἷον ὅτε στεροπῇσιν ἐπιβρέμῃ ἄσπετος αἰθήρ.

ad haec noſter. *Imo* βροντῇσιν. *nam tonitru, non fulgure*

re infremit aër. „ſtultum hoc, ut nihil ſupra. paſſim fulmini & fulguri Epitheta adduntur, quae ſonum indicant. Dic, Pave, πρηστὴρ eſtne fulmen, an tonitru? fulmen. At Oppian. L. II. Hal. 611. meminit πρηστῆρος δυσηχέος. Noſter ipſe L. I. 675.

Σμερδαλέῳ ἀπάλαυστος ἀεικτυπέοντι κεραυνῷ.

Pindar. Pyth. VI. 24. Βαρυοπᾶν στεροπᾶν κεραυνῶν τε πρύτανιν. ſic certe Schol. legit. Virg. VIII Aen. 524.

— vibratus ab aethere fulgur
Cum ſonitu venit.

& Lucianus in tibi cognomine libello, in Timone ajo, p 32, ἐρισμάραγος ἀστεροπή. I nunc, inſulſe Philoſophaſter, & nega fulguri βρέμειν. Talia innumera habet. atqui haec non tango. Sed ecce adhuc parvulam rapinam Pavonidae vs. 485 *βία. Rhod. βίη. Pauw. βίη in caſu recto etiam non peccaret.*" Sic Sylburgius ille, quem, cum tot ei lectiones ſublegit, non ſemel nominare quidem dignatus eſt. Scaligerum vidiſſe negabit: ut jam negavit apud non neminem. Novi equidem circumferri mutila illa Scaligeri adnotamenta: ſed novi quoque integra apud me eſſe. quorum apographon potuit vidiſſe. & vidiſſe cui ex allegatis non fiat veroſimile! ſciat Pavo, valde ejus fidem vacillare jam apud omnes: adeo autem ſuſpectam eſſe mihi, ut in ſimilibus ne jurato quidem crediderim amplius. Haec ad Quintum ſufficiunto.

EX ARISTAENETO.

Rurſus ſolis latrociniis impudentiſſimis inveſtigandis hic locus deſtinatus eſt. nec enim de negligentia & inſcitia, qua in tota opella uſus, jam agemus. fiet hoc forte ſuo tempore & loco.

Ut autem ſtatim illam ſuſpicionem, quam propo-

Vs. 317. ſi ita Dausquejus, cur ſibi vindica
Vs. 325. vide Salmaſ. ad Inſcriptt. p. 104
Vs. 334. ἰφθιμένοιο | ἰφθίμοιο] ſubduxit verſio *fortis*, homo trium literarum.

Vs. 392. Odyſſ. ψ. 231. *ſcribendum* ὑφ' ἱμ… σε.] e feris ſtudiorum eſt, Pavus: dudum ſic e datum & editum a Barneſio & aliis. & ſic cen paſſim animadverſiunculas jam aliis obiter occu inveneris: quas praetereo lubens.

Vs. 440. *ſcribe ob verſum* σφιν] Sylb. σφίσιν.

Vs. 490. ὑπὲρ πυρὸς ἐξανέμων | Pav. ὑπαὶ. ἐξ μων. Sylb. ὑπὲκ. & liber ἐξ ἀνέμων.

Vs. 514. *non convenit* ἢ] hoc vidit Scal.

Vs. 553. de turpi furto in hoc verſu vide p. Vanni.

L. XIV. vs. 2. *adpoſite Plutarchus de Primo gido*,, Ne credas Plutarchum legiſſe. locus addu ab H. Stephano in voce Χάος. T. IV. p. 336

Vs. 159. ut Pavo poſt Sylb. ἢ pro ἠὲ.

Vs. 343. *verſus male habet.*] hoc vidit Sy eodem modo correxit.

Vs. 467. *erunt qui inter* αἰἐλλη *&* 'Ελθε *ſum intercidiſſe exiſtimabunt: & horum ſent eſſe poteſt.*] & ſic ego vatem agere poſſim ligeri librum inſpexerim. qui hic λειπ Nota τὸ *poteſt*.

Sed latrocinia haec in Calabro ſane ca. fateor quaedam leviora. ſed omn Calabro inpenſa eſt profecto ſatis le quod poteſt, & … etiam nó

Cor…

ver…

Pindar. Pyth. VI.

& Lucianus

Philoſophus

vulam

burgius

non

rum

nem. Non

quorum

gatis

vacilla

mihi

plus.

priori

lectior

magis

modo

ſi quis

pronuntia

adſcripſera

omnes,

Ep X. p.

quod re

oportebat,

l. Ep. XV

haec apia

ſui p. 431. Vanni; tibi longe probabiliſſimam reddam; ſcias, Lector, penes me eſſe Ariſtaeneti Editionem illam QUARTAM, in quam Jacobus Tollius nonnullas emendationes, plurimas autem adnotationes contulit; in quibus loca quoque a viris eruditis, Salmaſio, Rutgerſio, Cantero, Barthio emendata. jam *omnia* haec loca Pavus, ne uno excepto, in ſua editione exhibuit. ex hisce autem adnotamentis illum haec hauſiſſe, non ex propria obſervatione, cur credam, argumenta accipe.

Mirum mihi ſtatim accidit, has emendationes virorum eruditorum ſuggeri a Pavone, cum alioquin ſoleat tales vel ignorare vel negligere, vel ſibi vindicare. vidimus enim modo in Calabro ex viginti, & pluribus locis, quae Canterus & Caſaubonus emendarunt, in libris obviis, eum ne unum quidem ſciviſſe. Unde igitur jam pluribus in locis Canterianas correctiones adponit? an demum ſcripta *Critici* doctiſſimi cognoſcere coepit, cum edendo Ariſtaeneto ſe accingeret! nonne aeque Rhodomanni emendationibus ſuppingere hic illic potuiſſet: *ſic plane Canterus*: quemadmodum Mercerianis fecit? Sed quod plurimum hanc ſuſpicionem confirmat, *alia* loca ab iisdem doctis viris emendata, ignoravit: illa ſola, *praeciſe*, ut loquar cum Pavone, in medium adferens, quae in meo libro leguntur. ex. gr. ex Barthii Adverſariis loca quatuor vel quinque tangit atqui in ipſo iſto & aliis Barthii commentariis alia loca Ariſtaeneti emendantur, quae non laudat. Ex. gr. in ipſa prima Epiſtola Barthius ad VI. Statii Thebaidos vs. 335. locum καὶ τῶν παρειῶν ἐρυθρότερα emendare conatur. idem accidit in Salmaſianis: duo vel tria, credo, loca Salmaſii adponit, quae in libro meo leguntur: at alia negligit. ſic in ipſa prima Epiſtola Salmaſius in Plinianis p 135 A. Merceri correctionem αἱ γλῆναι λευκόταται confirmat & locum explicat.

Sed

Sed quod ſuſpicionem extra dubium ponit, & quo ipſe ſe prodit, p 283. in ipſo libelli fine ait: *Haec Barthiana monere neglexeram ſuis locis* (in Epiſtola prima, in qua locum emendat Barthius L. 45. 6.) *& hic notare malui, quam vel plane omittere, vel tanquam addenda ad calcem libelli ponere.* „ Scilicet operae jam abſolverant aliquot L. II. Epiſtolas, antequam meum librum vel excerpta ejus accepiſſet. nam cur alioquin L. II. Ep. 7. demum Barthii mentio facta fuit, cum in prima Epiſtola ille idem duo loca emendet vel explicet? Denique qui tot alia ejus furta paſſim indicata, & praecipue hoc capite, in memoriam revocet: & qui mox certiſſima latrocinia in Ariſtaeneto ipſo admiſſa a me recenſita viderit, de impudenti furto non dubitabit.

Ab ovo incipiemus. Quae habet in Praefatione de Ariſtaeneto, pleniora tamen, eadem legas apud Fabricium in Biblioth. T. I. p. 432. Pannus autem ille ex Epiſtola Libaniana nihil facit ad probandum, quo minus Ariſtaenetus Libanii amicus ſit auctor Epiſtolarum. imo valde probabile, ut idem ſit, ex Epiſtola Libanii MCCXXXIX. ἡ λέξις τῶν ἐπιςολῶν ἔπειθεν ἡμᾶς ὡς συνεῖ τῷ Πλάτωνι, *lectio Epiſtolarum tuarum* (Ariſtaeneti) *nobis perſuadet, te verſari in Platone.* Jam in Epiſtolis hiſce continua Platonis imitatio. Epiſt. MVII. ῥητορεύειν εἰδὼς δεῖχε ῥητορεύειν εἰδότα ubi mox plura de λόγοις Ariſtaeneti. & de ſtudio Epiſtolico Ariſtaeneti rurſus Epiſtola DCCCCLXXI. νῦν ἢ κτῆμα γεγονὼς τῆς μεγίςης πόλεως, ἐπαινῆ δι' ἐπιςολῶν τὸ παραμυθόμενον. Porro multa teſtimonia exſtant in iis Epiſtolis, unde averſum ſatis a muneribus publicis fuiſſe Ariſtaenetum colligas: quamvis contraria blateret Pavo. Epiſtola CCCCLXXVIII. de Ariſtaeneto ſcribit, *vereor autem, ne dictis, quam factis praeſtantior tibi videatur.* καὶ δέδοικα μὴ δόξῃ λέγειν μᾶλλον ἢ πράττειν ἀμείνων εἶναι. Sed totam hanc rem judicio arbitrioque doctiſſimi Joann. Chriſtophori Wolfii relinquo: cujus Libanium brevi eruditus or-

bis accipiet. Quod porro addit *a Grammatico vel Sophiſta aliquo conſcriptas videri*, & hanc ſententiam furatus eſt. vide Salmaſium ad Vopiſci Carinum. C. 9. p. 481. Idem C. Barthius docuit L. LV. C. 8. p. 2601. Adverſ. & ad Aeneam Gazaeum p. 86. *locutiones Ethicae & ſubamatoriae, qualibus ſcatent Epiſtolae, quae Ariſtaeneto inſcribuntur, utique autem* Sophiſtae *ſunt celebrioris* &c. in primisque conſule J. A. Fabricii Decada Decadum plagiariorum, quorum in cohorte inſignis Pavonidae debetur locus, in *Ariſtaeneto*. Dubitat quoque doctiſſimus Hemſterhuſius ad Luciani Dialogos p. 49. an verum ſit nomen *Ariſtaenetus*. Miror autem J. Bourdelotium ad Luciani Amores T. I. p. 873. ſtatuentem ejus opuſculi eſſe auctorem noſtrum *Ariſtaenetum*. ſane multae eaedem locutiones occurrunt. Sed hac ratione multorum dialogorum idem Ariſtaenetus fuerit auctor. Quae de voce Ἀρισαινέτης habet Noſter, ſunt Pavonina, *id eſt* ſtulta. Quae ſequuntur in hac Praefatione omnia ſunt mendaciſſima uſque ad finem. paucis id porro evincere libet.

Nam dicit ſe *dare editionem ex extrema Merceri*. At id MENTITUR. multa loca dedit ex QUARTA illa, vide p. 430. Vanni. ex. gr.

P. 14. habet μελωδῶς. ut in tertia & quarta. at vero p. 24. habet Μελῳδοῦσιν. cum *quarta*.

P. 240. ἐπειλημμένῳ. in ſola *quarta* ſic. In reliquis ἐπειλημμένῳ.

P. 266. καταδουλῶσαι edidit. id ſola *quarta* habet. plura hujus generis ſupra p 431. inter quae tamen male retulimus forte ἀυστηρῶς. nam id ex *Emendandis* potuit habere. quae tamen exceptio in ceteris locum non habet. Dices, qui auſus fuit impudens fur ita Editionem hanc compilare, & nullam unquam mentionem ejus facere! ego ſane neſcio. dices quoque, qui haec audet, cur non in Anacreonte, in Calabro, in

Ar

Ariſtaeneto omnia aliorum abſtulit? qui aliquando meliora neglexit, quam abſtulit? id quoque neſcio. videmus tamen quotidie fures prae trepida feſtinatione aerea & ſtannea convaſare, dum aurea & argentea, quamvis in promtu, exterriati negligant ſimilia acciderint forte Pavoni.

At p. 243. ineptus homo modo per quam ridiculo & tertiam & quartam deſeruit, ut ſaepe. nam cum recte in tertia & quarta legatur περὶν τι σκαιότερον ὑπομείνω, idemque jam in marginibus duarum priorum obtinuerit, ille ſane admirabili conſilio lectionem propudioſiſſimam Sambucianam revocavit περιῤῥοσκαιότερον. vidiſtine umquam aliquid rancidius & magis in bonam Mentem peccans facinus! eodem modo in Calabro L. V. 189. IX. 356. pro ἀμφιμέμυκε, ἀμφικάμυκε. pro ἐπλω ἔλε, ἐπήνεκε retinuit. Sane ſi quis quartana laboret, modo hunc verſiculum ter pronuntiet

Περιπποσκέσπρον, καὶ ἐπήνελε κ' ἀμφικάμηλε,

piſce ſanior ſtatim erit: & poterit *Abracadabra* veterum Agyrtarum flocci facere. Pergit:

„*Correctiones faciliores, quas margini adſcripſerat Mercerus, nos ipſi contextui ſubjecimus omnes.*“

& hoc MENTITUR: nam inter alia L. I. Ep. X. p. 77. barbare edidit εἰς τ̀ κοῖλον pro εἰς τὸ κοῖλον, quod recte Margo Merceri. hoc aperte monitum oportebat, non ſolum in Platonis loco deliteſcere. & L. I. Ep. XVII. p. 116. ὡς ἐπήβολος, ὡς ἐπὶ τύχης. quis haec capiat? at margo Merceri in omnibus recte ὡς ἐπίλυχης. quod pro ſua negligentia omiſit. forte, quod obiter dico, vir quidam doctus non erravit, qui hoc gloſſema habet ἢ ἐπήβολος. & p. 122. Epiſt. XVIII. omittit haec verba Merceri. *mox ſcribe* μεταθεὶς. L. II. Ep. XVI. p. 256. edidit in contextu ὑπερεγγαπῶσα: quod in nullo eſt quinque contextuum: qui habent ὑπερεγγαπῶντα. At

 mar-

margines Merceri habent illud ὑπεραγαπῶσα. Cerebellum inſtar molae rotatum hoc loco ei fuerit, neceſſe eſt: nam pejus aliud committit. fingit enim notam Merceri, quam numquam V. D. ſcripſit vel ſcribere potuit. Nam cum ὑπεραγαπῶσα ſit vera lectio: & adhuc in margine modo conſpecta: Pavus p. 258 notae Mercerianae adſuit hanc laciniam. ΥΠΕΡΑΓΑΠΩΣΑ *legebatur hic male.* Mercer. Scilicet jam tum furor hominem inceſſere coeperat, quo correptus Praefationem Ariſtaeneticam mox evomiturus erat.

En aliud facinus. Mercerus hic illic adſcripſerat literas φρ. in locis nempe ſuſpectis, nec ad liquidum perductis. illam notam cum damno lectoris omiſit ubique Pavo; ſcilicet ignoravit quid ſignificaret, nempe φραστέον. *cogitandum. deliberandum.* vide ex. gr. p. 284. Ep. XXI. L. II. ubi legitur. εἴθε τοίνυν ἐμὸν γάνος σὺ μὲν ταύτην ἐκ τῆς φύσεως ἔχοις τὴν νίκην. ubi Merceriana φρ. nam ſane eſt locus corruptus, & legendus ſic. εἴθε τοίνυν, ἐμὸν γάνος, σὺ μὲν ταύτην ἐκ τῆς ΚΡΙΣΕΩΣ ἔχοις τὴν νίκην. perlege Epiſtolam & non dubitabis.

Addit „ *collata ubique Sambuci Editione prima.* „ at & hoc impudenter MENTITUR. Statim

L. I. 1. p. 4. habet Sambuc. μελάνταλοι. ubi jam obtinet μελάνταλαι κόραι. *Atqui te oportebat ſcire, O Archipaedagoge, Pave, Atticum hoc vel maxime eſſe,* ut te verbis compellem, quibus placidiſſimus & pacificus ille Clericus tuus Bentlejum ſalutat in Praefatione ante Menandrea tua p. 46. vide Thucyd. *III.* 101. a Clerico laudatum. Miſcell. Obſerv. III. 151.

L. I. 1. p. 6. ἐνδεδυμένη μὲν εὐπροσωποτάτη ȝ. deeſt in aliis ȝ. in eo vera lectio latet ΕΣΤΙΝ. Nam ȝ & ἐςι in Codicibus ſaepe eodem modo fere ſcribuntur. ignoravit quoque Barthium ad VI Thebaid. 573. haec illuſtrare. vide quoque Ep. I. 3. ἀπρόσωπος.

P. 6. Ut hoc obiter obſervem. οἱ μαστοὶ τὴν ἐμπιχόνην ἐξωθοῦσι βιαίως. e poëta ſumtum videtur: namque ſi

ὠθοῦσι

αἰσθῇς scribas, hexameter exibit. qualia tamen proſaicis inſciis excidunt: qualiaque in ipſis Sacris literis occurrere oſtendit multis Rev. *Joh. Juſt. von Einem* ad *Scripta & de Erroribus J. Clerici. Magdeburgi*, *Literis Siegelerianis.* 1735.

L. I. VI. p. 44. Ἔρως ηὐξάνετο τῇ μελλήσει. καὶ ὡς φυτὸν ἐν τῇ γῇ, οὕτως ἔνδον τῆς ἐμῆς ὑπεφύετο ψυχῆς. Quis non iraſcatur pigerrimo Burdoni, qui hic ex Sambuciana & prima Merceri neglexit reponere ΥΠΕΡΕΦΥΕΤΟ? *mirum in modum accreſcebat.* ſcilicet ſecunda & tertia una cum quarta hic ὑπεφύετο. praetexat hanc lectionem eſſe praeſtantiorem Sambuciana nihil refert. non condonandae ſocordiae eſt, de talibus Lectorem non admonere.

L. I. 7. p. 48. περὶ τοῦ Ποσειδῶνος. Sambucus περὶ τοῦ ΣΟΥ Π. recte. & ſic Mercer.

L. I. 10 p. 72. τὸ Μίδου χρυσὸν] at Samb. & duae priores Merceri. Μήδου. ſaltem hoc monitum oportebat.

L. I. 12. p. 84. ἐπανῄργον. Samb. ἐπανῆλθον. quod ne commemorat quidem, nedum ut recipiat, ablegato Merceri ἐπανῆγον; quod nullius auctoritatis hic eſt, Mercerus codicem nullum conſuluit.

L. I. 13. p. 84. πᾶσαι τέχναι. hic ordo mere Pavoninus. in Sambuc & omnibus τέχναι πᾶσαι.

Ibid. p 90 καὶ σφυγμὸν. Sambuc. καὶ ΤΟΝ σφυγμὸν, ea ſola ſic recte habet.

Ibid. p. 92. ἐπηγγελμένον. Sambuc. ἠπηγγελμένον. hoc monendum fuerat. probum enim eſſe poteſt.

L. I. 15. p. 106. ἔστιν ὅτε καὶ τοὔδαφος περιχαράττουσα τῷ ποδί. Hic, neſcio quomodo, ex ignorata formula elegantiſſima & obvia neglexit reſtituere ex Sambuco ἔστι [ν] ΔΕ ὍΤΕ καὶ. *interdum etiam.* imo ſic & prima & ſecunda Merceri habent. vide Adamant. Φυσιογν. II. 16. & 19. Epicteti Ench. C. 35. p 282. Thucyd. II. 94. Xenoph. p. 139. & quis non ita locutus?

L. I. 16. p. 110. ποθοῦσιν μᾶλλον] Samb ſola ποθοῦσιν ΕΤΙ μᾶλλον. Cur & hoc non ſua ſede repoſitum vel ſaltem animadverſum.

Ibid. p. 112. ἵνα μὴ ['Ερως] ταῖς ἀλγηδόσιν αὐτῆς ἀμαυρώσαιτο κάλλος] Sambuc. ἀμαυρώσειτο. Mercer. prima ἀμαυρώτο. Mulio rurſus nihil ſenſit hic: legendum enim ἀμαυρώσῃς τὸ κάλλος vel ἀμαυρωθῇ τὸ κάλλος vel ἀμαυρώσαις.

L. I. 18. p. 122. εὖ μεταθεὶς ἢ ἰχνέυεις] Sambuc. addit voculam τε poſt μεταθεὶς & Merceri prima & ſecunda & tertia: imo & quarta. quae omnes quinque quoque habent εὖ μεταθεὶς. dicat jam an hic ultimam Merceri ſecutus ſit: dicat jam an Sambuci lectionem repoſuerit. neutrum fecit. unde & qua fronte igitur novam hanc lectionem in ipſum contextam intruſit? dicam. nulla fronte h.c fecit, & cum turpiter notam Mercerianam ad vocem Λάκιναι parte mutilaſſet [*mox ſcribe* μεταθεὶς] Merceri ſuſpicionem *in* contextum recepit. cur autem hoc fecerit, rationem bellua a me non rogabitur. Sed in libro meo ſic correctum quoque. Male. alias plura.

L. I. 18. p. 126. pro θεωρήσαιμεν Sambuc. θεωρῆσαι μεν. 1 & 2 Mercer. θεωρῆσαι μὲν.

L. I. 19. p. 130. εἶτα πλείους | εἶτα ΚΑΙ πλείους. Sambuc. ſola.

Ibid. p. 132. facile fero non adnotatum in Sambuciana eſſe Εὐτυχήδην. nam tales errores ne marginem quidem onerare debent. at minime aequo animo feret Lector, mox ab ipſo editum contra fidem omnium editionum σέργουσα διαφόρως, ὡς εὐπρεπὲς, cum ſcribendum ſit σέργουσα διαφόρως ΩΣ ΤΙΟΝ, ὡς εὐπρεπές. Quid ad haec aptior aſinis agendis, quam libris corrigendis dicet Caudex?

L. I. 20. p. 138 Cur in Inſcriptione non adnotavit in Sambuc. addi ἐμβεβλημένα ΜΟΙΧΟΥ?

L. I.

L. I. 24. p. 156. in Sambuciana περὶ χήμαἰ. non περὶ χήμαἰ.

Ibid. p. 158. ἀχομφὸν ποδῶ] Sambuc. ἀ. τοιονδε ποδῶ. Merc. 1. 2. 3. 4. fecit hic igitur quod toties in Hephaeſtione. nec beneficio notularum in calce adpoſitarum in operas culpam conjicere potuit. Atqui abortum effuſuro relegendae opellae tempus defuit.

L. I. 25. p. 160. εὐθετήσασα.] Sambuc. εὐθετίσασα. Merc. 1. 2. 3. at illa myſterioſa Quarta Pavoninam habet lectionem: non aeque probam. vide Heſych. & Foeſii Lexicon Hippocrateum & Heſiod. Θ. 541.

L. I. 26. p. 166. καὶ σὲ πελάλῃ] Editio Sambuci καὶ σὲ ὦ πελάλῃ. Pauw. dicat homo, cur voculam ὦ non in textum recepit? ne ſcilicet mutaret contextum tertiae Editionis Mercerianae, quam tam religioſe, ut vidimus, ſervavit? Ὦ ἄλογον ἑρπετόν.

L. I. 28. p. 186. ἰκετεύησ] ἱκευτεύεις Samb. Merc. 1. rogatum autem velim, qua auctoritate Τιμόκρατες ex margine in contextum receperit. Chamaeleonte ſaepius colores mutat Criticaſter.

L. II. 7. p. 224. ἰσχὺς μὲν σώματ☉.] Sambuc. ἰ. μ. τοῦ σώματ☉. Merc. 1. 2. ſed tertia non habet: nec quarta. inſulſa autem hic eſt Pavonis emendatio: quam tamen debet L. II. Ep. XIX. p. 274. nihil ibi, nihil hic intelligens.

L. II. 10. p. 236. ἵνα τυχὸν ἔνδον ἔρωτ☉ θεράπευσ. quae ſcabrities? At Sambucus bene. ἵνα τυχὸν τὸν ἔνδον ἔρωτα θεραπεύῃ. & ſic quoque Merceriana prima.

L. II. 14. p. 250. ὅθεν φίλταἰ Sambuc. ὅθεν Ὦ φ. Mercer. 1. ceterae carent male.

L. II. 15. p. 254. ἐξαποςέλλω. Samb. & Merc. 1. pro ἐξαποςελῶ.

L. II. 18. p. 268. φανακίσαντες. quarta excepta omnes φαινακίσαντες. qui tot ineptias retinuit, & has poterat.

L. I. 16. p. 110. ποθοῦσιν μᾶλλον] Samb ſola ποθοῦσιν ΕΤΙ μᾶλλον. Cur & hoc non ſua ſede repoſitum vel ſaltem animadverſum.

Ibid. p. 112. ἵνα μὴ ["Ερως] ταῖς ἀλγηδόσιν αὐτῆς ἀμαυρώσαιτο κάλλος] Sambuc. ἀμαυρώσειτο. Mercer. prima ἀμαυρῶτο. Mulio rurſus nihil ſenſit hic: legendum enim ἀμαυρώσῃς τὸ κάλλος vel ἀμαυρωθῇ τὸ κάλλος vel ἀμαυρώσαις.

L. I. 18. p. 122. εὖ μεταθεῖς ἢ ἰχνέυεις] Sambuc. addit voculam ΤΕ poſt μεταθεῖς & Merceri prima & ſecunda & tertia: imo & quarta. quae omnes quinque quoque habent εὖ μεταθεῖς. dicat jam an hic ultimam Merceri ſecutus ſit: dicat jam an Sambuci lectionem repoſuerit. neutrum fecit. unde & qua fronte igitur novam hanc lectionem in ipſum contextum intruſit? dicam. nulla fronte hoc fecit, & cum turpiter notam Mercerianam ad vocem Λάκαινα parte mutilaſſet [*mox ſcribe* μεταθεῖς] Merceri ſuſpicionem *in* contextum recepit. cur autem hoc fecerit, rationem bellua a me non rogabitur. Sed in libro meo ſic correctum quoque. Male. alias plura.

L. I. 18. p. 126. pro θεωρήσαιμεν Sambuc. θεωρῆσαι μεν. 1 & 2 Mercer. θεωρῆσαι μὲν.

L. I. 19. p. 130. εἶτα πλείους | εἶτα ΚΑΙ πλείους. Sambuc. ſola.

Ibid. p. 132. facile fero non adnotatum in Sambuciana eſſe Εὐτυχήδlω. nam tales errores ne marginem quidem onerare debent. at minime aequo animo ferret Lector, mox ab ipſo editum contra fidem omnium editionum ςέργουσα διαφόρως, ὡς εὐπρεπὲς, cum ſcribendum ſit ςέργουσα διαφόρως ΩΣ ΥΙΟΝ, ὡς εὐπρεπές. Quid ad haec aptior aſinis agendis, quam libris corrigendis dicet Caudex?

L. I. 20. p. 138 Cur in Inſcriptione non adnotavit in Sambuc. addi ἐμφθεβλημένοι ΜΟΙΧΟΙ?

L. I.

L. I. 24. p. 156. in Sambuciana περὶ χῆμαλ. non περιχήμαλ.

Ibid. p. 158. ἀλομφὸν ποθῇ] Sambuc. ἀ. ΤΟΙΟΝΔΕ ποθῇ. Merc. 1. 2. 3. 4. fecit hic igitur quod toties in Hephaeſtione. nec beneficio notularum in calce adpoſitarum in operas culpam conjicere potuit. Atqui abortum effuturo relegendae opellae tempus defuit.

L. I. 25. p. 160. εὐθετήσασα.] Sambuc. εὐθετίσασα. Merc. 1. 2. 3. at illa myſterioſa Quarta Pavoninam habet lectionem: non aeque probam. vide Heſych. & Foeſii Lexicon Hippocrateum & Heſiod. Θ. 541.

L. I. 26. p. 166. καὶ σὲ πελάλη] Editio Sambuci καὶ σὲ ὦ πελάλη. PAUW. dicat homo, cur voculam ὦ non in textum recepit? ne ſcilicet mutaret contextum tertiae Editionis Mercerianae, quam tam religioſe, ut vidimus, ſervavit? Ὦ ἄλογον ἑρπετόν.

L. I. 28. p. 186. ἱκετεύων] ἱκετεύεις Samb. Merc. 1. rogatum autem velim, qua auctoritate Τιμόκρατες ex margine in contextum receperit. Chamaeleonte ſaepius colores mutat Criticaſter.

L. II. 7. p. 224. ἰσχὺς μὲν σώματ⊙·] Sambuc. ἰ. μ. ΤΟΥ σώματ⊙·. Merc. 1. 2. ſed tertia non habet: nec quarta. inſulſa autem hic eſt Pavonis emendatio: quam tamen debet L. II. Ep. XIX. p. 274. nihil ibi, nihil hic intelligens.

L. II. 10. p. 236. ἵνα τυχὸν ἔνδον ἔρωτα θεραπεύῃ. quae ſcabrities? At Sambucus bene. ἵνα τυχὸν ΤΟΝ ἔνδον ἔρωτα θεραπεύῃ. & ſic quoque Merceriana prima.

L. II. 14. p. 250. ὅθεν φίλτατε Sambuc. ὅθεν Ὦ φ. Mercer. 1. ceterae carent male.

L. II. 15. p. 254. ἐξαποστίλω. Samb. & Merc. 1. pro ἐξαποστελῶ.

L. II. 18. p. 268. φενακίσαντες. quarta excepta omnes φενακίσαντες. qui tot ineptias retinuit, & has poterat.

terat. Jam exſpectetis ab hoc inertiſſimo homine aliquid elaborati & accurati, qui ne quidem tam parvum libellum committere cum una alterave editione potuerit! quid ille in Homeris, Tragicis, Comicis Athenaeis, Pollucibus non reliqui alterius induſtriae faceret! & haec modo in ſpecimen. nam rapinis ejus hoc caput dedicatum. Quae porro in hac Praefatione ſequuntur, aeque mendacia eſſe in capite primo & ſecundo Vanni abunde oſtendimus. nec hic illam ſentinam movebimus. enumerabimus ergo plagia Pavonina.

P. 19. δαπίδες] vir doctus in margine libri, quo utor. δαπίδων. ille liber proſtitit: &, ut conjicio, Ultrajecti.

P. 20. ὤρεγε] ita recte pro ὤγετε tertiae Mercerianae. ſed an ὤγετε magis barbarum quam περιττότερον, Pave? Cur illud repoſuiſti? hoc expuliſti? videantur *Notae Salmaſii*, *Munkeri & Schurzfleiſchii in Ariſtaenetum in Actis Literariis* Vitembergae editis MDCCXIV. p. 105. quas aeque novit ignorantiſſimus Pavo, quam libros Sinenſium.

P. 30. *ſcribe* καταλείψοιτο] ſic ſcripſit ultro Tollius.

P. 32. ὑπαιθάνη] at Merceri tertia bene ὑπαιθάνη. quarta praeluxit tenebricoſo magiſtro.

P. 32. οἷον ἅπαξ ἰδόντι] Ed. Samb. ὁ. γοῦν α. ἰ. Pauw. at, homo inconſultiſſime, hoc in textum recipiendum erat.

P. 34. εἰ θέλοι. *an velit. perperam Mercerus* ſi vis. PAUW. Mea margo. *wil het gelukken.* Pavianum non capio. nam εἰ θέλοι. *ſi fors velit* ſignificat.

P. 41. θεός τις εὐμενὴς εἰς κοινὴν σωτηρίαν φιλανθρώπως ἀπέσταλκε ταύτην, καὶ ἀμφοτέρους ἀπέσωσεν εἰσδεξαμένη.] MERC. ἢ ἀμφοτέρους. PAUW. *neſcio quare. nam* εἰσδεξαμένη *eſt pro articulo, & ſententiam efficit plenam.*

nam. „ Neſcio an mirifica hac doctrina obloqui voluerit Celeb. C. A. Dukero, qui ad Thucyd. L. VIII. 73. haec habet. „ *Ubi ſine cauſſa Mercerum puto emendare* ἢ ἀμφοτέρως. *nam* ἢ *interdum vim participii vel pronominis relativi habet.*“

P. 44. ἔτι προσήκει *legendum*] ſic jubet mea margo.

P. 49. *Particula* Δὲ *poſt* ἀνθηροτέρᾳ *omnino requiritur.*] ante centum annos ita in margine libri mei.

P. 50. *ſcribe potius.* Καὶ γέγονε τὸ πρόσωπον θυμουμένῃ κάλλιον.] θυμουμένη *quarta* editio. video praeterea marginem Mercerianae primae habere θυμουμένης. quod quoque ſic ferri poſſet. o admirabilis gnaviſſimi Critici diligentia. in Sambuciana quoque θυμουμένῃ emendatum.

P. 52. ᾄσμασιν ἐρωτικοῖς] ita plagiarius edidit ex *quarta.* reliquae omnes ᾄσμασι. Mercerus ſuum φε. adpoſuerat.

P. 58. φιλοτίμοις Britannus in Miſcell. Vol. I. p. 392. φιλοτιμῶς *corrigit.* & ſic Douza traditur correxiſſe in ima pagina. Scilicet haec homo ignorare potuit vel debuit, qui omnem irarum cauſam primo ex ipſis iſtis Miſcellaneis hauſit! Mox p. 60. ibidem recte corrigitur ὀφθαλμοὶ, φαιδροὶ μὲν ὡς καλοῦ. φοβεροὶ δὲ ὡς σώφρονος. egregie conſulit Lectori, qui talia negligit, ex ira & odio vel pigra ignorantia!

P. 61. οἷον οὐ τεθέαμαι] *decentius & emaculatius* (nutricula loquitur) *eſſet,* οἷον οὐ τεθέασαι πρότερον. ita in Miſcellaneis p. 393. o inpudens fur!

P. 62. συνεβάλετό σοι τοῦ γάμου] Mauſſacus Diſſertat. Critica ad Harpocrat. pag. 400. tangit hunc locum. hoc ignoravit Pavo. quippe margo mea non habebat.

P. 62. τέως οὖν τὸ δείλαιον] Margo mea quoque corruptum indicat & emendat.

P. 63. [ἠλιθίας] *alnis. interpres non bene* pinus. Pauw. in meo libro Notae inter verſus *ulmis*. reminiſcatur *ſimiae* ſuae in Phile πίθηκόμορφος ἀνήρ.

P. 64 ἐπονομάζει] ſic ſola quarta. & ſic in Sambuciana emendatum pro ἐπανομάζει. vide p. 430. noſtrae Κινάχύρας.

P. 65. μενεῖ δ' τό. *lege* μένη.] ſic margo.

P. 66. μαθήσομαι | μαθήσωμαι. *quis dubitat?* Pauw. valde dubito: nam ſenſus contrarium.

Ibid ἀπαλλάττων] vide Miſcell. p. 394. ubi Britannus doctus Mercerum reprehendit. ille autem *redimens* vertit. quomodo & mihi tum viſum fuit: ſed nunc malim ἀνταλλάττων legere eo ſenſu. Sed plagia inveſtigamus. μόνος quoque volebat Britannus.

P. 68. νυμφαγωγίας] haec vera lectio. Sed tamen omnes habent νυμφαγωνίας. Euripo inconſtantior eſt homo.

P. 72. τῷ χρυσῷ] de animo puſillo Pavonis hic meam diſtinctionem tacite ſibi vindicantis egimus p. 442. Vanni.

P. 80. ἑταίρας & ἑτέρας. millies locum mutant. quis non in contextum veram lectionem receperit? videatur Rev. J. Albertius ad N. T. p. 452. Vannus p. 495. Quis etiam hic non receperit ἀπλότητα pro ἀπαλότητα. Saepe autem & hae voces mutantur vide Meurſium ad Procopium in Παρεγκιτόμενα. p. 343. ſed non Criticum judicium, verum recuperatorium agimus.

P. 82. *Recte etiam ſcribas.* καὶ τὸ ἄσθμα ἡδύ. ἢ μύρων ἢ ῥόδων.] margo libri mei ergo bene.

Τὰ δ' παντελῶς] τὸ δ' π. prius Tollius: eum ſecutus Pavo.

P. 84. διελιπών] Pavo δ' praeponit. Vir doctus in libro meo hic quoque haeſit. & idem mox quoque praetulit ἀσπάσιοι. In notis Merceri antea Iliad. Ψ. ha-

habebatur pro Odyſſ. ψ. 296. hauſit ex QUARTA editione: vide Schurzfl. p. 109. nam Pavonina diligentia in his alioquin non occupatur.

P. 94. τ̀ αἰτούμενον] *forte ſcribendum* τ̀ αἰτούμενον." Tollii manes conſenſu Pavonino gaudere reor.

P. 96. δύο κακῶν | δύο γ̓ κακῶν. Pavo. & Tollius γ̓ interpoſuit.

P. 98. λιπαρὰν ἄγρα] vertendum duxit *obeſam*. liber meus *pinguem*. Mirum Pavonem ſemper verſionis eſſe curioſum, quando & meus liber aliquid corrigit. at alioquin omnia fere in verſione negligit.

P. 99. *Nam ſine dubio ſcribendum* Κορυδύλη ζεῦγος, αἰσειζόμενοι πολλάκις ἐπιφωνοῦσιν ἡμᾶς." Scis cur dicat, *ſine dubio ſic ſcribendum eſſe*. quia Tollius *dubitabat* utrum αἰσειζόμενοι, an τὸ αἰσειζόμενοι eſſet ſcribendum. ſine me Oedipo haec nemo intellexerit.

P. 101. ait. pro παραξοροῦσιν *in aliis Apoſtolii apographis ſcriptum erat* ἀναξοροῦσιν] At homo mentitur. Pantinus p. 339. perſpicuis verbis ait. „*pro quo* excuſus *Apoſtolius* ἀναξορῦσιν, *nullo, ut arbitror, ſenſu*." Quot autem apographa hujus Collectionis putat fuiſſe homuncio? An aliquot contulit? vide autem hominem δοξομανῆ, qui hic etiam Codd. crepet: & modo *ita legendum* pronuntiet, cum id jam fecerit Caſaub. Pudeat potius neſciviſſe exſtare paroemiam apud Ariſtophanis Schol. Eccl. 109. vide Schurzfl. p. 110. Antea paulo inpudente bucca adſeverat in Ariſtophanis Tageniſtis ſcriptum fuiſſe πάντα θεῷ κ' ἐλαύνεται παραχωροῦσιν. at apud Suidam non ſolummodo, verum etiam apud Photium exſtat παραξοροῦσιν [ita manus docta ibi pro παραξοροῦσον repoſuit.]

P. 105. ἐχώρει pro ἐχώρουν in meo libro. φανείση debetur Mercero. ἰθρώθη audaciae Pavoninae eſt vocem hanc intrudere. Sed nihil mutandum: niſi ut legamus cum Mercero φανείση. vel ſi magis quid velis mutare,

mutare, τῇ πρῶτον αὐτίκα φανείσῃ: quod dicit margo libri mei, habens τῇ πρώτονι Miſello moleſtiam faceſſivit σχῆμα, quod vocant, Ἀλκμανικὸν ſive προεπιζευξιν, in voce ἐχώρουν videat amicum ſuum Barneſium ad Odyſſ. K. 513. & Iſ. Caſaubonum ad Theocr. p. 259. ἐχώρουν reſpicit & ἡ παρθένος & Φρύγιος ὁ.

P. 106. οὐ πόλεων τὸ πολύτιμον] libri mei admonuerunt hominem de corruptela. Jubet, *ſi ſapere velimus*, ſecum legamus οὐ ψελίων. At ipſo cum ſua frigida ſapientia παραφρονεῖν juſſo legimus vel τῶν λίθων, vel τῶν λιθιδίων, ut. l. I. p. 6. imo non ſic legimus, ſed cum viro docto πλοκίων. πλόκιον Heſych. εἶδος περιδεραίου. ubi Soping. ex Cantico τὸ πλόκιον τῆς κεφαλῆς σου ubi alii διακόσμησις, ut novi ex Concordantiis Abrahami Trommii: ad cujus laborioſiſſimi viri aerumnoſum genus ſtudiorum utinam olim Pavonem prudenter damnaſſent Muſae: qui in alio ergaſtulo conſenuiſſet, certe non dignus erat. Et ea notione accipiendus titulus Comoediae Menandri Πλόκιον. Vide Clericum in Menandreis p. 150. male apud Stobaeum in margine Serm. 103. vertitur in *Capillis Thaidos*. procul dubio illa colli ornamenta ἀπὸ τοῦ πλέκειν dicta. ita Lucian. περὶ Ὀρχήσεως. p. 790. ὅρμος πλεκόμενος ἐκ σωφροσύνης καὶ ἀνδρείας.

P. 110. ἔρωτα περιπεσὼν ἀπορρήτῳ] Mercer. vertit Infantem *ſortitus Cupidinem*. hic mulus, qui toties Mercerum calce petit, nihil ſenſit. quid enim quaeſo eſt *infans Cupido*. imo amor *arcanus*, *celandus*, *tegendus*. ita L. I. 6. φυλάξειν ἀπόρρητον. *tacitum ſervare*, *celare*. Lucian. Amor. p. 903 τελεταὶ ἀπόρρηται. *arcana myſteria*. & centies. *Infandum* durius, ſed verius verti potuiſſet. Sed talia non tangimus. Mercerus forte de Horatianis *ſtatuis infantibus* cogitavit. talia V. D. ſaepe captat.

P. 112.

P. 112. ἴσῳ βολῇ] *nota genus commune, ut & mox in περιολέρῳ, niſi vitium ſubſit.* „ideo liber meus legit ἴσῃ. ſed melius forte ἴσῳ βέλει Ariſt. I. 2. Τὰ δεινὰ τῶν ἐρώτων ἡμῖν ἐμβέβληκας βέλη. I. 27. p. 180. ἐπαφεῖναι βέλος [Ἔρωτος].

P. 115. *pro* λέξωμεν *ſcribendum* λέξω μέν.] mea margo hic non ſine nota. imo vertitur. *dicam.*

P. 120. τεκνυμίαις conjicit, quod mox ait exſtare in Sambuc. & duabus primis Mercerianis. *poſtrema* (tertia) habet τεκνυμίας.

P. 121. Et διετάξατο correxit in meo libro docta manus.

P. 122. ὅπη δ' ἂν] ἢ *hic, ut ſupra* Epiſt. 6. p. 42. ὃ δ' ἄν.“ Scis unde hae notulae. utroque loco in meo libro Δ' deletum. talis origo etiam notulae p. 119. ἀνακρούσω. ubi *ſurſum quatiam malam* recte V. D. exponebat.

P. 114. δι' ὁμοιότητος *malo.*] ita ante Pavum Tollius.

P. 132. *Alii ſcripſiſſent, credo,* παρὰ τοῖς γεγεννηκόσιν, εὐτυχοῦσι τοὺς εὐειδεστέρους τῶν παίδων.] credere & ſcire apud Pavum idem eſt. nam ſciebat marginem meam ſic legere. de hoc loco *alias quaedam.*

Ibid. Viſne aliquid re vera Aſininum, re vera Pavoninum alius generis hic adponam, Lector? lego igitur in contextu etiam Pavonino, nec ulla ſine mendi ſuſpicione, καὶ ἐπ' ἀρότρῳ παίδων γνησίων ἐρωμένην ἠγάγετο γαμετήν. id verſum video. *matrem liberûm quaerendorum gratia duxit.* At ἐπ' ἀρότρῳ παίδων. apud me ſignificat *ſuper aratro puerorum.* ignoravit ſcilicet homo communiſſimam formulam ἐπ' ἀρότῳ παίδων Plato Cratylo p. 406. C. Τάχα δ' ἂν καὶ ὡς τὸ ἄροτον μισησάσης τοῦ ἀνδρὸς ἐν γυναικί. Plutarch. T. II. p. 144. B. τούτων ἦν πάντων ἱερώτατος ἐστιν ὁ γαμήλιος σπόρος καὶ ἄροτος ἐπὶ παίδων τεκνώσει. In Adpend. Vat. Proverb. I. 21.

etiam reſtituendum τὸ ἱερὸν ἄροτον. ut recte Heſych. in Βυζύγης. καθίσατο ὃ παρ' αὐτοῖς καὶ ὁ τοὺς ἱεροὺς ἀρότους ἐπιτελῶν Βυζύγης. eſt & aliis in locis corrupta haec formula. Haec tamen non legiſſe hominem nullarum literarum facile condono. Sed legitne numquam doctiſſimi Hemſterhuſii elegantes Adnotationes ad Luciani Dialog. p. 105. ubi habetur in Timone p. 109. εἰ δέ τις ἔμπαλιν ἐλευθέραν γυναῖκα εἰς οἰκίαν νόμῳ παραλαβὼν ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων. ubi, quis credat! ipſe hic locus emendatur. vide ibi laudatos & Barlaeum quoque ad Timonem p. 92. Saepiſſime autem in his vocibus peccatur. Anthol. pag. 421. ἀρότου τέρπετ' ἐλευθερίη. Cod. male ἀρότρου. & ſic apud Calabr. XI. 212. malim fere legere ἀμφ' ἄροτον. locus Plutarchi apud Kuſterum ad Iamblichum. Dignior profecto, qui bubulci, quam docti viri munus obeat Pavus.

P. 134. *ſubaudiendum* ἕνεκα] ora libri *propter.*

Ibid. ἀπηνθήσε *legendum.*] ſic jubent duo Viri docti in meo libro cum interpretamento *defloruit.*

Ibid. An ſcribendum una literula mutata τεχθέση] ſic perſpicuis literis eadem ora. fidelius ſane meum librum exſcripſit, quam Sambucianum contulit. & major dubitandi cauſa, an Sambucum viderit, quam an meum librum viderit.

Ibid. περιλαβομένη mutat in περιβαλομένη [*circumplexa; circuminduta.*] gloſſa noſtri libri. *induta.* junge huic loco

P. 139. μεταμφιασαμένη. ut περιβαλομένη. *paulo ante*] recte vertit liber meus. *transmutando ſumens.* Alius vir eruditus corrigebat μεταμφιεσαμένη. Sed μεταμφιασαμένη ab μεταμφιάζομαι. non primus igitur tetigit hunc locum Pavo: qui tamen nihil facit ad firmandam ſuperiorem ejus emendationem.

P. 140. Τετολμηκέναι Φ . .] Mercerus φασίν. Barth. L. LII. Adverſ. XI. p. 2448. non minus probabiliter

ter ſupplet φημί. cur hoc non adnotavit Pavo? in meo margine non habebatur. vide Vannum p. 596.

P. 141. ἀλλ' ἐκ ἤρπασε corrigit pro ἐχ. hoc infantilibus pueraſtri peccatis addatur p 61. commemoratis. ora libri. ἀλλ' ἐτ@ τ. κ. ἀ. γ.

P. 141. πάντ@ πλὴν μίξεως οὐκ ἐπιτρεπούσης. *delendum eſt* οὐκ] O Magi noſtri mira potentia etiam in tempora praeterita. ante centum enim annos & amplius in meo libro bene deletum fuit illud οὐκ.

P. 142. ἴςω δεδόχθω] *Mercerus : neſcio an bene.*] at non dubitavit Cl. Hemſterh. ad Lucian Dial. 113. quod ignoravit. neque enim margines meae hoc ſuppeditabant. at mox ſuppeditabant Rutgerſii e Var. Lect. emendationem. Nam ipſi umquam lectum doctiſſimum illud opus, nemini probabile fiet, qui Pavum penitius noverit. imo hoc patet, quia ignoravit quid ibi tradatur de Auctoribus τ' Ἀνακρεοντείων. vide Vannum p. 571.

P. 146. αὔρα] *ipſis literis ſcribendum ἄβρα. β & υ millies commutata.*] J. Albertius ad Gloſſ. Nom. p. 232. adducto hoc Ariſtaeneti loco, *ſexcenta alia* eſſe dicit. auxit Pavo in *millena*. cetera, non Pavonis, ſed doctiſſimi viri, cui Heſychius vitam ſuam debiturus eſt olim.

P. 147. *ſcribendum* ἴνεſιον vel ἤνεſιον | etiam Sphinx mea non adquievit vulgato.

P. 148. ἐδ' ἂν οἶμαι κωλύειν συκάζειν] Pavo conjicit. ἐδὲν, οἶμαι, κωλύει σ' ἐξελάζειν. ἐδὲν & κωλύει σ' habent orae meae. ἐξελάζειν autem minus bonum quam εἰκάζειν vel πειράζειν.

P. 152. Salmaſii locum habet Tollius.

Ibid. Mercerus promiſit, quae non praeſtitit] Credo olim ſummo jure identidem Eruditos ſcripturos, ſi tanti fuerit, *Pavo promiſit, quae non praeſtitit*. quae autem iniquitas! quia non omnia perficimus, quae animo agitamus, ideo poſt centum annos eo nomine increpandi mei vel tui anſam arripere cuiquam fas erit! Nonne Clericus

ſolemni modo promiſit Anthologiam: ſed an praeſtitit! Juſtae fuerunt procul dubio Viro, in aliis magis ad ejus ſtudia adcommodatis occupato, cauſae hanc telam non pertexendi. quid ajo, pertexendi! vix enim quidquam occeperat, niſi materiam conferre. nam ſaltem inter chartas, quae ad me pervenere, ne una quidem ejus Nota invenitur. Sane duos libros ineditorum Epigrammatum ſua manu deſcripſit: ut in ſuis apographis vitioſis habebantur: ſed addita ne unica quidem emendatione. Verſio, niſi in centenis forte primis epigrammatibus, ne quidem tentata. & ſi quaedam alia ejus latent mihi, momenti non magni crediderim. ſed illud nihil ad hoc argumentum.

P. 153. *ſcribendum* εὐβολώτερον. *Similis error apud Suidam in V.* Μίδας, *quem commode in Diatribe* (ſic per excellentiam dicta) *noſtra ſuſtulimus*“ (p. 103.) at ibi ineptis, ut ſoles. vide Interpretes ad Polluc. IX. VII. 95. qui ante te *percommode* dixerunt nihil eſſe dubitandum de lectione in Ariſtaeneto.

P. 154. ἀπιδὼν *Merceri nihil exoletius. ſcribe igitur* ἀπιὼν „At ſic Tollius. notandum autem, ne unam quidem emendationem in Tollianis eſſe, quae aliquam habeat veri ſpeciem, quin ſibi vindicarit Autolycus noſter. certe tres quartas fere partes emendationum Tollianarum contrectavit.

P. 155. ἅτε δή με τοσαῦτα νικηκότες] Margo mea ſic. niſi quod τὰ τοσαῦτα habeat. μετὰ in textu.

Ibid. Copula videtur abſorpta & legendum. καὶ κατὰ τῶν ὑμῶν. „Vir doctus in ora libri etiam ἀσύνδετον ſibi diſplicuiſſe indicat, & καὶ praepoſuit. ita in tribus notis ſequentibus tria latrocinia admiſit literarius praedo.

P. 156. ἢ δ' ἂν θρασύτερος | ὁ δ' ἂν θ. *ſufficit tamen fortaſſe.*“ id putavit vir doctus ante centum admodum annos ibidem locorum.

P.

P. 160. Barbare corrigit περιστερεῖσόν μοι. pro περιστέρειον. ſcribendum περιστερήεσσά μοι vel περιστήρεσσά μοι. *Ibid.* V. D. olim etiam ſingularem numerum pro μεταπέμπομεν probabat, ut Pavo.

P. 162. *cur tamen adſpernamur* πολυτελεῖς, ἀγλαΐσματα δειρῆς. *Idne adpoſitum?*] adprime, Pavo, ut oſtendat te Tolliana ſcrinia compilaſſe.

P. 164. *legendum* χωρὶς ἡμᾶς διαλάβῃ *ut apud Platonem*] Et ideo Platonem adduxerat Mercerus. at te, qui in Praefatione poſt alios dicis, *Epiſtolae deſcriptae ſunt & quidem verbo tenus ex aliis commentariis*, nonne te pudet, ne unum quidem exemplum hujus tuae adſertionis in toto Ariſtaeneto adduxiſſe: cum tot poſſint adferri, & tanta cum fruge? nonne te pudet, ignave, modo in hac Epiſtola neſciviſſe Xenophonteum locum gemellum? vide Vannum p. 303. nonne te pudet ex. gr. ignoraſſe totum illum locum Epiſtola XIX. L. I. πολύλημον &c. eſſe deſumtum ex Hippocratis libro περὶ φύσεως παιδίου. p. 16. Edit. Lind. C. IV? At id recte obſervavit Tollius. ſed iſta alias.

P. 166. ἀδικοῦμεν οὖν ἀλλήλους | *adcommodatius foret* ἀδικῶμεν. Pavo. ſic putavit Mercerus, qui vertit: *laedamus ergo invicem.* unde Tollius monuerat. Homo nos omnes arbitratur eſſe coecos, vel ſe ſua furta reddere poſſe inviſibilia magica neſcio cujus annuli operatione.

P. 176. ποικίλον in ποικίλος mutat Pavo. ex ſchedis noſtris illis id fieri poſſe ſciebam.

P. 177. *Nonne* ἐρωτομανής?] omnino ait mei libri ora.

P. 180. ἐγὼ τάλαν] a manu docta non una notatum video & verſum. *Ego o Miſer?* vel *ego, Miſelle.* nec tam barbari fuerunt, ut τάλαν in nominativo feminini generis ſumſerint. At Pavo, *ego, miſera? rogem ſcilicet te mederi malo meo.* Vidiſtine aliquid putidius! ſed obloqui voluit: & Grammaticaſter novit ὦ μέλε & ſi-

milia etiam in compellandis feminis adhiberi: & id novit tamen. Sed noverit: & oſtendat, vocativum ita hic locum poſſe habere, ut referatur ad feminam. at reſpicit juvenem, ut bimuli viderent, ſi legere poſſent.

P. 185. δυσξύμβολον *ſcribe.*] ita ad ipſum Heſychium correctum in Miſcellaneis Vol. V. T. III. p. 99. quae prodiere menſe Martio MDCCXXXV.

P. 187. ἐστιν ἀνήρ. *ſcribendum* ἐστὶν ἀνδρὸς] ſic Tollius literis perſpicuis.

P. 190. ἀπικωμάσωσιν] obtrudere tentat fictitium vocabulum ἀπικηλάσωσι. ἐρῶντες autem meo margini debetur.

P. 191. μὴ θάνατος ἔσαι. *puto* μὴ θάνατος ἔσω.] Sic putavit olim V. D. ibidem locorum. ride autem Fatuum, qui modo ex ἑπταέτης facit ἑπτὰ μῆνας, & ex μῆνας implicite ſcripto ortum ſomniat ετης. legiſtine aliquid cachinnis dignius?

Σὺ ἡ ὀφθεῖσα φλέγεις, καὶ οὐκ οὖσα τιτρώσκεις] *Mercer.* καὶ ὁρῶσα. Pav. vapide & ſine ullo ſenſu. οὐκ δίκασα. „An οὐκ οὖσα *abſens?* poſſet quoque legi, ἢ ἀκουσθεῖσα. vel ἢ λαλοῦσα. vel potius ἢ θίγουσα. *oculis uris. tactu vulneras.* Meleager Anthol.

Ἴξον ἔχεις τὸ φίλημα, τὰ δ᾽ ὄμματα, Τιμάριον, πῦρ.
Ἢν ἐσίδῃς, καίεις, ἢν δ᾽ ἢ θίγῃς, δέδεκας.

P. 193. ὑποδείκνυσιν] Berglerum non ſatis intellexiſſe Graeca ait homo ὑπερηφανής. Sed hoc non volo quaero, unde Nota haec ſuo loco non poſita ſit. debebat enim praemitti Notae ταχυπτερρορυεῖν. [ταχυπτεροῤῥυεῖν] Cauſam auguror, quod Bergleri animadverſio demum deſcriptis ceteris ei innotuerit aliunde: & ſic per errorem hoc loco fuerit inſerta. nam nego, ullum auctorem laudari a Pavone, vel veterem vel recentem, quem non vel furto vel dono acceperit.

P. 197.

P. 197. ἀποτέταλκα λόγον] ex Scapulae Lexico corrigit ἀποτέτακα λόγον. imo ex margine mea, ubi corrigitur cum gl. *extendi.* Gloſſula quoque mox ad τὸ δι' ἐμῦ in meis.

P. 198. ἐκ ῦ Βαβυλωνίυ χρυσῦ | *de eo alias.*" Sponſione quemvis provocare auſim, Pavonem ne γρῦ quidem nos docere poſſe de hoc auro: ideoque ignorantiam ſuam hoc tegmine ordinario obvelaſſe.

P. 201. *Vis me* ſervam *habere*] nota negligentiam. Δῦλον in contextu. ſcis unde error? ex illa *quartâ.* in tribus aliis recte *ſervum.* neget jam mendacio ſe illuſiſſe lectori, cum tertiam ſecutum fuiſſe jactavit.

P. 208. Rutgerſii locum annotavit Tollius. Mox rogatum velim, quae forma vocis ἱδρῶμεν. Sic in Sambuc. Merc. 1. ſed in 2. & 3. & 4. ἱδρῶμεν. tu Lector lege ἱδρῶμεν. Liban. Epiſt. MXCIV. & centies.

P. 210. *Mallem poſt.*] Margo mea etiam mavult tempus mutatum.

Ibid. Πυκνὰ παλλομένης ἐφάπτομαι τῆς καρδίας, καὶ δεινῶς ἐκπηδᾶν καὶ φθέγγεσθαι μοι δοκᾶν ἔτι. Modeſte Mercerus. *Quid reſcribendum ſit, non video.* Agyrta noſter jactabundus, *Mercerus huic loco corrigendo etiam fuit impar.* Quid autem ipſe! Ex Scapula locum, quem *notiſſimum* vocat, Platonis advocat, ut probet τέγγεσθαι *emolliri*, *liqueſcere* notare. & inde formulam Graeciae inauditam fingit τέγγεσθαι ἀνίᾳ! Sed inſpice Platonis locum, Lector, eſt L. II. de Repub. p. 361. D. & videbis illic non magis quam uſquam τέγγεσθαι. *emolliri. liqueſcere*, ſignificare. τῷ μὴ τέγγεσθαι ὑπὸ κακοδοξίας, καὶ τῶν ἀπ' αὐτῶν γιγνομένων. ad hunc locum accommodate Heſych. εἴκειν. ἐνδιδόναι. At ipſo judice ita per bene legere potes, *niſi egregie fallatur.* At egregie fallitur, nec bubalinum ipſius ingenium par fuit vel huic vel aliis locis ſanandis. φθέγγεσθαι enim elegantiſſimum eſt. At non intellectum a ſtipite. *in dolore*, *in deſiderio* dicitur *cor exſilire quaſi e pectore.*

dicitur *gemere*, dicitur *ſonum neſcio quem edere.* dicitur *latrare*. Ita de Ulixe Odyſſ. Υ. vs. 13. 16.

Πολλὰ δὲ μερμήριζε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν.
—— Κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει.

exponitur συνεχῶς κινεῖται. vide Miſcell. Vol. I. T. II. p. 202. ita hic τὸ ἐκπηδᾶν & φθέγγεσθαι accipiendum. Φθέγγεσθαι, βοᾶν etiam in Sacris literis *de corde*. Ultima autem legenda. καὶ δεινῶς ἐκπηδᾶν καὶ φθέγγεσθαί μοι δοκεῖ νειόθεν. Il. K. vs. 10.

Ὣς πυκίν᾽ ἐν στήθεσσιν ἀνεστονάχιζ᾽ Ἀγαμέμνων
νειόθεν ἐκ κραδίης.

eleganter ipſe Ariſtaenetus L. II. Ep. XIII. καὶ σὴν ἐπιστολὴν ὡς αὐτοχειρίᾳ μάλιστα γεγραμμένην, μέσην ὑπέθηκα τοῖς μαστοῖς, ἣ ἐπὶ σοὶ διεκπηδῶσαν παραμυθουμένη καρδίαν. Aliquidne oblatras, Moloſſe? Sed haec praeter inſtitutum hujus Capitis.

P. 212. Τί ποτε ἄρα μοι πεφύτηκε] *quid vero mihi genuit intus?* Pavo. Mercer. *quid ego in pectore intus gero?* Intelligisne illud Pavoninum? ego ſane nullus. omnino legendum πέφυκεν. praeterea ſatis inſolens verbum πεφύτηκεν ab φυτᾶν. quod ubi uſurpari hoc tempore repererit, Lectorem admonere oportuerat. ſaltem tum potius πεφύτευκεν cum Tollio legerim. Vir doctus conjecit πεφύσηκεν. τί [ὦ γλυκύτατον πῦρ] τί ποτε ἄρα μοι πεφύσηκεν ἔνδον. *quid te*, o dulciſſime ignis, *quid tandem mihi intus conflavit.* neſcio an hoc alicui ſe probarit. mallem τίς σέ ποτε ἄρα μοι πεφύσηκεν ἔνδον. Φυσᾶν πῦρ. notiſſimum eſſe Pavo ex Lexicis te docuerit. ſed & hoc ultra promiſſum.

Κεχυμένου] Tollius quoque hac voce offenſus fuerat! ſed induxit conjecturam. Pavus delirat. verum eſt, quod verum negat. nempe ad χύσιν reſpicitur. quantum porro κεχυμένου & σεσευμένου diſtant. ut ipſi condonem illud σεσευμένος.

P. 214. *ſcribendum procul dubio πολεμοῦ παιδισκάριον*] non dubitavit Joann. Chriſtianus Wolfius ita ſcribere ad Sapphica p. 233.

P. 215. ἢ ἐκ θαλαμευομένων] ſequitur φερομένην & περικύπτουσαν. *An ita ſtudio variavit auctor?* rogat Pavo: Lectorem ego, an dubitet hominem delirare? non dubitabit certe Tollium compilaſſe, qui mox ante Pavonem emendavit θαλαμευομένην. quis niſi coecus ambigat?

P. 215. *ſcribendum* θαῤῥῶ] ſic ſcriptum in meo libro dudum ante quam natus eras, Eurybate.

P. 217. certiſſimae conjecturae ἴπλαρον putidam ſuam ἴχαρον praeponere audet. ſaltem ſcripſiſſet ἐχάρην.

P. 218. *de mammis extuberantibus* ἴπαρσις, ut noſti, *adhibetur venuſte.*" remitteris ad Scapulam τοῦ *id noſti.* ita cavet, ne centies Lexica advocanda eſſent, extra quae nihil ſapit: nec te, Lector, ſapere putat.

P. 220. ἢ περισοβουμένον τῇ κεκλημένῃ] p. 227. ait Mercerum hoc non intellexiſſe. at Miſellus ipſe elegantem locutionem ne per nebulam quidem agnovit. ὁ περισφθειρόμενος τῇ κεκλημένῃ eſt, *qui perdite amat dominam. in domina perditus.* Alciph. Ep. I. 24 p. 143. περισφθείρεται ἢ Ἐρπυλλίδι τῇ Μεγάρας ἄβρᾳ. ita quoque procul dubio intelligendus locus Chryſoſtomi ibi a Berglero adductus. ἐπειδὰν ὁ παῖς τύχῃ περιεφθαρμένος ἑταίρᾳ τινί.

P. 221. *ſed an ſcribendum* νὴ κερῶτος!] ſic quidem volebat Tollius.

P. 223. ὀμφάκινα & ἀπολάυων aliunde mihi innotuerunt.

P. 226. Ἐκείνω *ad amorem relatum hic non conveniret examuſſim.* Pavo." quem refutat? ſe ipſe? Non. Tollium ita corrigentem.

P. 228. ἀριγνώτης] meus liber. *forte nomen pro-*

prium. Pavus. *fors nomen proprium eſt.*“ hic calliditas vulpeculam deſtituit ſua. ipſa verba exhibuit.)

P. 232. *fors nihil mutandum.* τηλίκως [ſic] *a* τηλίκος *commode fit, & ſi id jungas cum* περιφρονοῦντα *ſententia bona eſt: tantum deſpiciens.*“ Meus liber, *deſpiciens tali modo.*

P. 233. *non aliter Canterus*] quoties nos *non aliter ille vel ille* Pavoni occinimus. ſed unde tanta familiaritas ipſi jam cum Cantero, quem non cognovit in toto Calabro? id ex copiis noſtris adparere poſſet.

P. 236. *malo* περιτρέπω] ſic maluit V. D. ante multos annos.

Ibid. αἰσθάνομαι πάλιν τῆς ἐκπληξίας. *ſenſi ſluporem tabulae rurſus.* Merc. at Pavo. *veſaniam meam.* male Mercerus.“ bene ergo apud me vir doctus *inſaniae.*

ἀλλὰ τυχὸν ἐρωμένην] potuiſſet hic adpoſuiſſe notulam Merceri ex ſecunda editione. “ *pro* τυχὸν, *credo legendum primo loco* τὸ, *altero* τὴν.

P. 238. Qui toties incuſat Mercerum vane, potuiſſet reprehendere hic: quod τὸ πολιῶμαι non verterit. bene *quiritor* poteſt reddi.

P. 240. ἀλλ' ἢ τούτων ἐξ ἀρχῆς] *ſcribendum ſine dubio.* ἀλλ' ἢ πάντων ἐξ ἀρχῆς. „ Ne credas, Lector, Pavonem compilaſſe meos libros, licet ſic plane Tollius habeat: & mox πολλῷ τῷ μέσῳ. *magno intervallo.* meus liber habeat *longo intervallo.*

P. 242. *O mulier.*] hanc notam ſubduxit Kuſtero & Spanhemio ad Ariſtoph. Nub. 55.

P. 245. *ita plane Canterus.*] peſſima fide hic agit cum Mercero. nam cum duae emendationes praecedant in eadem nota, Lector neceſſario putabit ambas eſſe easdem apud utrumque. ſed ſolum id verum de prima emendatione. & quoties de hoc conſenſu monet, ſane jure ei oggeri poteſt, quod ipſe Dausquejo L. X. Calabri vs. 324. *de conjectura puſilla hoc dignum notatu!*

notatu! vide hominis animum & ingenium. imo illud longe meliori jure in hoc omnium Plagiariorum primipilo.

P. 248. *Imo* παρεσκευάζον] παρεσκευάζου apud me legitur.

P. 249. *Comma collocandum eſt poſt* δεδακρυμένη] antequam juſſeras, id jam factum, & comma deletum praeterea ante ἀνασκευάζουσα.

P. 250. τείχων. increpuimus merito inſcitiam puerilem hominis, qui hic τείχων pro τειχῶν, & id pro τοίχων ſcribi permiſit. apud Strab. L. XII. p. 868. B. τοὺς τείχους πιστοὺς legas: ubi τοίχους reſtituendum. Confer L. XIII. p. 931. C. ſic apud Lycophr. vs. 627. in hac voce erratur. ſic in duobus Codd. apud Moſch. Idyl. III. 48. τεῖχος & τοῖχος mutantur. hic τοίχων legendum cum viris doctis: ut dixi p. 62. Vanni.

P. 254. ἡ δαίμων. hunc locum tangit Barthius ad Rutilium. L. I. 524. Schurzfl, p. 114. Mea margo non habuit, nec ideo Pavo.

P. 263. φάσκουσι *praeſtat*] id arbitratus etiam libri mei annotator.

P. 264. τὸ συμβὰν. *quod contigit*] copiam verborum habet Pavo. nam *quod accidit: quod evenit.* in meo libro.

P. 276. nos doceat, unde monſtrum illud verbi ἐφύσατο huc pedem tulerit. Aſinus non vidit ἐφυσᾶτο ſcribendum.

P. 278. *ego malo hic* ἐπεπληρώσατε *& mox* ἐποιήσατε." Sic maluit & auctor notularum manu ſcriptarum olim. qui mox αὐτοῖς volebat, unde Pavo notulam adpoſuit. *caventes earum.*

P. 280. edidit πάσας ἐν πᾶσιν νίκηκας. Lapis ſit, oportet, qui non reſcribat ἐν πᾶσι νενίκηκας. ut recte olim V. D.

P. 282. ὦ μέλιστα | Pavo inſulſe & coacte tranſpoſitis

ſitis verbis: cum modo una litera mutata legendum ſit. τοιγαρῦν, ὦ Μέλιττα ἐμή. ut mox δελφίδιον ἐμόν. & ἐμόν γάνος. vide Ariſtophan. Eccleſ vs. 966.

Crediderasne, Lector, tam inpudenter hominem ſcrinia aliorum compilare auſum fuiſſe, vel neceſſe habuiſſe? nam caſui haec adſcribere, eſt nimium fatui: in primis cum tot ejus in hoc genere exſtent facinora. quare abeat, abeat Graculus ad gregem ſuum: vel ſi nolit ſponte viam corripere, nobiliores aves jamjam ita eum urguebimus, ut fuga vitae turpi conſuluiſſe magni inſtar triumphi habiturus ſit. Nolim autem viri eruditi me ſtatuere credant, quoties duo ſcriptores in idem incidant, alterutrum eſſe plagiarium. hoc foret iniquiſſimum. e contrario ſaepe hoc accidere concedimus: cum veritas ſane ſe non uni mancipavit. Sed id toties & ubique fieri ſine ſuſpicione juſta poſſe negarim: negarim praecipue hanc facilitatem deberi homini, qui paſſim literariis, imo in probos mores pugnantibus facinoribus ſe ſuaque ſcripta infamet.

EPI-

EPILOGUS,

In quo nuperae calumniae, novique & ſtupidi errores Pavonis exponuntur; refelluntur.

DE ſapientiſſimo Phile ordo rerum exigeret, ut verba faceremus: ſed faciemus nulla vel pauca. Tum quia ſatis ſuperque egimus de ejus ſtylo ferreo & inficeta verſificatione: tum de Animadverſionibus in hunc ligneum poëtam. Et ſane non niſi ad tales ſcriptores ineptias ſuas allinere deberet Pavus. Conſulatur Ἐξέτασις mea, qua plurimos defectus hujus editionis indicavi. In primis autem hominem taxavi, quia aliquot centenis verſibus, probabiliter eidem Philae debitis, ſuam editionem augere neglexerit. Illud Scriptum inſerui Vol. II. Miſcell. T. III. Scriptum ſane per quam modeſtum: ſi hominem ſpectes, quem illo ad meliorem frugem reducere conatus fui. Praeterea aliae, nec minus intra moderationis finem conſiſtentes Diſſertationes, forte continuandae, leguntur in iiſdem Miſcellaneis Vol. IV. T. II. Vol. VI. Tom. I. & Tom II. Si quis alia deſideret, legat recenſionem in Actis Lipſienſibus

ſienſibus A. MDCCXXX. p. 277.* In primis autem hiſcere amplius nihil contra Philen vel Pavonnas in eum notulas audeo; poſtquam homo literas meas publicavit, in quibus tanta laude, tam egregio encomio proſequor ſua in Philen merita. Scilicet jam fidem ſuam decoquentis viri eſt Anno MDCCXXIX menſe Decembri, in Epiſtola, qua gratias agas pro donato

* ACTORUM EXCERPTA.

. . . *Ipſa jam aetas ſcriptoris dignitatem libri docere poterit. Nihil enim novum, nihil reconditae eruditionis hic erit quaerendum . . . ut* Philen *iſtum* Berſmanni *ſpurium & adulterinum vocare, aliaque ſatis dura in virum iſtum diligentiſſimum, ejusdemque doctorem venerandae memoriae, proferre non timuerit.* . . . . *Obſervationes, quas adjecit, paucae ſunt, nec adeo ſingularis momenti. Nihil certe continent pleraeque, quam variantes lectiones libri Oxonienſis aut Editionis* Berſmannianae, *& praeterea indicium, ex quo loco* Aeliani Phile *ſua deſumſerit. denique conjecturas quasdam Editoris. Si vero hic illic plura verba facienda fuerunt, nulla tamen veterum ſcriptorum autoritas, quae ſola in ejusmodi ſcriptis delectationi eſſe ſolet, adjicitur; ſed paſſim iſta verba:* Norunt eruditi: non ignorant periti: ipſi tirones ſciunt, *& iis ſimilia, totam demonſtrationem abſolvunt. . . Bene quippe cognitum habemus,* Philen *iſtum non eſſe, in quo multum deſudemus. Et ex eadem ratione facile ferimus formulas iſtas Editoris:* Plura ſuo loco: videbimus alias accuratius; plura forte alias; videbimus etiam alias; plura de his alibi; de quibus opportunius ſuo loco, *& ſimiles, quae millies in exiguo hoc libro leguntur. Si dubitas, vide modo pag. 267. & bis pag. 273, 275, 276, 278, 279. & miraberis forte in tam paucis pagellis iſtud, quod nos ferendum judicamus. Ipſi etiam miramur, qui factum ſit, ut . . . oblitus ſit docere, Celeb.* Fabricium *pridem ex MS.* Bodlejano *aliquot ejus generis Additiones evulgaſſe. Videſis Venerandi Senis Biblioth. Graec. Lib. V. C. XVI, ſive Vol. VII. p. 697; nec poenitebit vidiſſe, cum de autore ipſo quaedam illic tradantur, quem Cl. Editor ita obſcurum, ut erat, & gente patriaque, &* aetate *aliisque talibus, quae Editores de Autoribus ſuis obſcurioribus commemorare ſolent, praetermiſit.*

donato libello, munus tralatitia laude dignari, & Anno MDCCXXXIII. menſe Junio Diſſertationem publicare, qua in hoc ipſo libro plurimos naevos literato orbi exponere coneris. Praecipue cum per illos medios tres annos, ut Pavoni more ſuo per inpudens mendacium, jam Capite ſecundo Vanni ſatis refutatum, addere placet, Editor Philae nihil dixerit vel fecerit, quo famam & eruditionem vel minimum laeſerit Scriptoris 'Εξελάσεως! Sed nihil dixerit vel fecerit in me: atqui me non priva, illa enim levis, ſed publica injuria hominem in primis perſtringere impulerat: ejus in omnium ordinum & ſaeculorum eruditione claros viros convitia & criminationes me vindicias qualeſcumque conſcribere perſuaſerant,& quidem eo animo,ut reſipiſceret admonitus. Ecce autem encomia invidenda illa egregio huic Pavonino foetui a me contributa. *Ik ben UE. zeer verpligt voor het preſent van den Philes, wien UE. een fraei kleed, en zo als 't voegt, aengetrokken heeft.* Haec Pavone interprete ſic ſonant. *Valde tibi obſtrictus ſum pro donato Phile, cui veſtem induiſti pulcram & qualem oportebat.* Nonne haec adprobatio eſt ampliſſima? Vocabulum tamen *pulcram* ſatis ἐνεργητικὸν invenio. *Fraei* enim aliquid minus quam *ſchoon.* & potius reddendum fuerat per *bellam*, quomodo etiam primo loco vertit, uti aptiſſime, Kilianus meus. ſic certe intellexi: & credo mihi mea licebit verba interpretari. Vereor autem, ne Pavonidae, qui paſſim inſtar bimulorum ſapit, etiam hic acciderit quod infantibus, cum ob novam concinnioremque togulam laudantur, ipſi ſe laudatos credentes, egregie geſtiant ſuperbiantque ſuo modo. Ego, cui ſane jam tum diſplicere coeperat Viri maledicentia & ſterile commentandi genus, aptiora verba poſſe invenire mihi non viſus fui; quibus & officio gratiarum-actionis

nis ſatisfacerem: nec ruſticorum inſtar homini, certe optima de ſuis, ut omnes ſolemus, ſentienti, duram veritatem fruſtra ingererem. Nam libelli *veſtem* laudavi. & ſane charta eſt ſatis nitida: characteresque ſatis perſpicui & grandes: nec inconcinne libellus erat religatus. Potui ergo ex oppoſitione Editionis Bersmannianae, quae fere e charta bibula, vere dicere, *Philae* a Pavonida *bellam & decentem veſtem indutam fuiſſe.* Si vim horum verborum ulterius extendat, ſciat ſe a mente auctoris longiſſime aberrare. Memini autem me aliquando in alius fatui Narciſſi ineptum libellum Hendecaſyllabos aliquot effudiſſe: quos adponere non erit forte abs re. paucis mutatis enim in Pavonidem poterunt facti videri.

AD LINUM.

Laudatur merito tuus libellus,
Eſt tamen, Line, peſſimus libellus.
Sed rides paradoxon illud; audi.
Laudant aequora Gallicae papyri,
Splendentis mage laminis eburnis:
Laudant literulas fabre politas,
Rectisque ordinibus bene explicatas,
Fuco quae maduere nigriore,
Quam ſuperciliis linit Cypaſſis,
Et quales catus ordinabat olim
In chartis puer Elzevirianis,
Iſtis deliciis, Britanne, veſtris.
Laudant undique margines patentes,
Tantique alterius libri capaces;
Qua, paſſim ſine lege ne vagentur,
Murex agmina nigra literarum

Circum

Circum limitibus dedit quaternis.
Miranturque novo decore frontes,
Atque oſtrum rutilo micans ſub auro;
Tectae quale vitro roſae relucent.
Tum non ſic aciem ferit tuentis
Veſtis, quae Tyrios bibit colores,
Quam detracta tuis, Marocca, capris,
Et ſucco meliore pota pellis.
Quid quod artifici manu libello
Hanc circumdedit ille Gallus Abbas,
Notus ille Solinus orbe toto,
Qua comptos modo diligunt libellos.
Nunc tuum taceo, Picarde, caelum,
Sis quamvis opifex in aere mirus;
Nam quas hoc tabulas habet volumen,
Non ſunt, arbitror, hujus, aſt alîus;
Nil enim faciunt ad hoc volumen.
Quid fulgens latus aureis corymbis,
Aut tergo loquar indicem ſuperbum
Auctoris pariter, malique libri?
Haec laudant, Line, non ſtyli lepores,
Aut venam ingenii beatiorem.
Haec laudant, nitidi quibus libelli
Et tangi metuunt, cedrique nidos
Alta perprimerent quiete ſemper,
(Servantur nuribus velut Batavis
De Serùm fragiles luto patellae)
Ni pulvis ſemel eximendus anno
Deſuetos titulos herum moneret,
Librorum titulis tenus peritum.

Nunc ridens quoque te placere credis?
Quin fac autographo libro periclum,
Ac ſcriptos tibi prome codicillos,
Si quis lumine vel parum ſevero
Verſam legerit hos ad uſque chartam,
Nec projecerit illico ad cloacas,
Ut primi emaculent nates, licebit
Pavi foeta notis papyrus adſit,
Aut ſi putidius notis quid iſtis
Clunes tergeat elegantiorum:
Laudatur merito tuus libellus,
Sit quamvis, Line, peſſimus libellus.

Quod ſi nunc pergat inſtare Pavo, & non convenire contendat, ita ambigue laudare hominum liberalitatem: hiſce meis verbis ampliſſimam ſuorum ſcriptorum ineſſe credat adprobationem. Eat, licet, eat & venditet hoc diploma, quo Pavoninam eruditionem condecoravi, per quatuor orbis terrarum plagas: forte hoc teſte pluribus aliqua eruditione ſe fuiſſe praeditum perſuadebit, quam ſi libellos omnes ſuos tradat legendos. Procul dubio enim his lectis acciderit omnibus, quod mihi: qui ante ſcripta propius excuſſa hominem aliquid ſcire crediderim. At erravi, erravi, Dii boni, ſed errorem non quotidianum! Poenitet temerariae credulitatis, poenitet medullitus. Qua licet, peccatum emendabo. Et ne meum hoc erratum, ſane pudendum, ulli in poſterum fraudi ſit, abolitis iſtis meis prioribus literis hoc authentico & irrevocabili decreto te, Joannes Corneli de Pavonibus, coram omnibus & ſingulis, quorum intereſt, hodie declaro, renuncio & creo inſulſorum & indoctorum Magiſtellorum Decanum longe meritiſſimum, cum privilegio quotannis libellum triobolarem, aridis

notis

notis & uberibus convitiis temperatum, evomendi.

Quod ſi quis roget, unde illa de praemiis & muneribus literariis decernendi mihi ſit tanta auctoritas! Deſinat quaerere. Tale jus inter doctos & eruditos doctiſſimo & eruditiſſimo competit aut competere debet. Talem autem conſtituit non me mea Philautia: non conſenſus omnium: ſed qui unus inſtar omnium eſt laudatus modo Joann. Corn de Paſſeribus. An quis non fidem habeat homini antiquorum plane morum! homini ſupra ſeculum ſuum integro, atque a mellitis iſtis verborum globulis alieniſſimo, quibus hodie mortales, ut ſibi videntur, humaniores, at Gallica quaſi-Politia infecti, in vicem os oblinere adſueverunt! Homini, qui nihil odio, nihil amori, nihil partibus dans, ſeſe ſuaque omnia Sanctiſſimae Veritati, & Sanae Rationi cum ſuis addixit & dicavit ſolus! Homini, qui quando aliquid dicit, verum dicit, niſi impudenter mentiatur! Jam ille ſincerus, ajo, ille candidus, ille non fucatus, ille veri aequique ſacerdos religioſiſſimus: ille omnibus vitiis expertiſſimus Pavonides me his titulis non ſemel ornavit & condecoravit. Ac primum muneri mittens decantatiſſimum ſuum Philen in ipſa libri fronte propria ſua manu exaravit *Doctiſſ. J. P. D. Editor*. Et in Epiſtola XV Novembris data Anni MDCCXXXI. qua iter in Britannias ſuſcipiendum mihi indicabat & rogabat collationes Orphei, integris ſyllabis, credo non ſemel, *Eruditiſſimum* ſalutavit. Daturne jam aliquis Mammacythus, tam duri oris, tam decocti pudoris, qui mihi hoc jus competere negare audeat! Non ipſe Pavus, non ipſe magnus Pavus, *cujus probitas & fides ſingularis ex hiſce perſpecta eſt, ſi cum praefatiunculis haec ejus comparentur*, non ipſe Triſmegiſtus Pavus contra teſtimonia haec hiſcere in animum inducat! Quae ego

ſane auro cariora habeo: quippe quoties illa relego, at quoties relego! mihi aliquid eſſe videor, qui ab iſta veritatis bucca doctiſſimus & eruditiſſimus fuerim adpellatus. Ignoſce, Lector, ſi ridiculas & pueriles criminationes ridendo diluam.

At nonne haec pulcra, & multum faciunt ad Philae Iambum de Nautilo? Sed homo huc rem perduxit, & ne hilum quidem reponere ſciens craſſiſſimis a me ipſi objectis in 'Eξελάσει erroribus, ſtatim a rebus litem transferre in perſonam ſtuduit: ſperans egregie calumniando forte minus perſpicacibus arbitris nubem pro Junone obtrudi poſſe. Nunc idem ad incitas redactus, & calumnias priores confiteri coactus, quibus me auctorem verſionis Epigrammatis incredibili inpudentia & temeritate fecerat, & ſcriptorem Epiſtolae de aetate Philae eſſe Lectori perſuadere voluerat, neſciens quo ſe vertat, ad novas, ſed longe ſtupidiores mugiens Orca ſe convertit calumnias. Has hic breviter excutere cum venia Lectoris liceat. Nam ſuperiores illas duas ſatis confutatas dedi Cap. I. & II. hujus Scripti. nec ibi a me diſputatis ullum verbum addere habeo. Omnia ibi expoſita ex veritate: quibus etiam ipſa Rei noſtri confeſſio, licet invito & reluctanti extorta, non leve pondus addit.

Profecto enim neſcio an operae pretium facturus ſim, ſi adjecerim me omnem lapidem moviſſe, ut illas meas literas ad Vlamingium, quibus Codicis aetatem indicavi, nanciſcerer: ſi quidem umquam tales ad Virum hunc ſcriptae a me fuerunt. De eo enim jam valde dubito. Nam Amici humanitate nactus fui nuper Epiſtolam a me Vlamingio inſcriptam Die X. Januarii MDCCXXVIII. in qua haec. *Ik weet niet of ik Phile de Animalibus by Aldus heb; de oudſte Heer Gronovius heeft een Collatie van dien Auteur uit Engelandt.*

gelandt. Maer ſchoon 'er meer in is als in den ordinairen, is het geen oudt MS. ik heb noch geen tydt gehadt om hier te zien, of 'er ook een oudt MS. was. Want Auteuren te herdrukken in 't Grieks van die natuur, zonder MSS. heeft niet veel om 't lyf. Haec verſa ſignificant. *Neſcio an poſſideam Philae Aldinam Editionem. penes Cl. Gronovium natu majorem eſt collatio Philae ad Cod. Britannum: at quamvis plenior vulgatis ſit, non eſt Codex vetuſtus. Temporis anguſtiae adhucdum impedierunt, ne inquirerem, an inveniatur hic MS. antiquum. Nam non multum de re literaria mereatur, qui tales Graecos Auctores ſine Codicum ope edat.* Quare dubito, utrum quae ſcribit Vlamingius ſecum a me *communicata*, ipſis e meis literis didicerit, an e literis ad tertium. Nam mihi non vero fit ſimile poſt illas fuiſſe alias a me ad Vlamingium datas.

Quam putidum autem eſt illud & plane Pavone dignum, quod ſcribit *Vlamingio vindicem non relictum eſſe*! Ego ſane praevideram Canis improbi latratum, cum errorem aeque Vlamingii, atque meum eſſe potuiſſe adſeverabam. Id quod tamen nunc quoque affirmatius adſevero, cum videam aetatem Codicis *numeris* non literis deſignatam. Quidquid ſit: qui erravit, parum refert: eſt enim error calami, & praeterea nihil. At qui ex tam incertis rebus alicujus bonam fidem vel verbulo ſuſpectam reddere ſuſtineat, ipſe nullam meretur fidem. Et meae partes minime ſunt probare, *me non erraſſe:* ſed Accuſatoris partes ſunt probare, *me erraſſe*. Id ad hoc tempus uſque nequit. Quapropter quoque apud omnes aequos mortales turpiſſima calumniatoris infamia ipſi in aeternum inuſta erit.

Sciat autem tam famae quam mentis imminutae Sycophanta, nihil ſe cauſae ſuae profuiſſe, quod jam prodiderit literas Vlamingianas: quod jam agnoverit meam non eſſe Verſionem: Hoc enim numquam debuiſſet

adſeveraſſe, at illud jam in Ariſtaenetica Praefatione praeſtitiſſe. Imo ſciat, ſibi potius quam plurimum obfuiſſe, cum, veritatem licet agnoſcere coactus, adeo nova & inuſitata tamen pervicacia & obſtinatione facinora ſua tueri non dubitarit. Quod ſane niſi in hominem profligatiſſimae improbitatis, & qui omnem meliorem frugem ejuravit, cadere non poteſt. Sed illa cauſa perorata eſt: aliam aequis coram judicibus ventilabimus, ſpero.

Homo hic eodem artificio uti ſolet in calumniando, quo utitur in commentandis Auctoribus ſuis. Ponit enim aliquam hypotheſin: ex. gr. *Iacchus attactu omnia juveneſcere facit: ergo etiam partem, qua Baubo anus eſt.* Illam autem hypotheſin numquam probat: & plerumque etiam probare non poteſt. Deinde tamen ſecundum eam ipſam hypotheſin contorquet & immutat Scriptorum ſuorum verba. Atque ex ita a ſe correcto, ſive potius corrupto Auctore rurſus hypotheſin adſtruit, & ex ita adſtructa hypotheſi confirmat emendationem. Certiſſima & facillima omnia etiam falſiſſima confirmandi methodus! Sic plane in calumniando ſe gerit ubique. Et hic rogat enim: „ *Scis quid offuit mihi? Anacreontem meum inſcripſi Joanni Clerico: eum amiciſſimum vocare, eum laudare, utut parce & exiliter* (ego effuſiſſimas laudes putaram & adulatorem potius decentes, quam amicum *) *capital viſum.*“

Jam homini toties mendaci Lector cogitur talia adfirmanti credere: nam nullum factum vel verbum meum profert vel proferre poteſt, unde aequo Lectori conſtare queat, me aegre tuliſſe, *Pavonidem*

* Auctores Biblioth. Ration. ominati ſunt hanc ipſam Dedicationem a nonnullis habitum iri *torrentem excandeſcentis difficilisque bilis, & exuberantiam Miſanthropiae.* Gallica p. 558. exhibita melius interpretari nequeo.

vonidem dedicaſſe Anacreontem Clerico, vel inde ſimultatem eſſe conceptam. Scilicet aliquid mea vel ullius intereſſet, cui ſuas commictiles chartas dedicet Pavo! ipſa figmenti fatuitas hominem ſatis refutat. Et hac tamen ſubnixus hypotheſi putidus declamator de aequo & bono, quod quale ſit ipſum neſcire, impotentes ejus ſcriptiones commonſtrant: de violata fide, quam ſanctam & inviolabilem venerantur honeſti & probi, truculentus autem homo paſſim ipſe violat, ridiculum in modum ampullatur. Me hercule homini, quamvis improbo, ne ſerio iraſcar, fatua ſtoliditas ejus facit. Nam niſi fatuus & ſtolidus, qui eo infantiae evadere potuiſſet, ut in hanc ridiculam cauſam conferret ſiniſterius, at aequiſſimum, de ipſius ſcriptis meum judicium in Ἐξετάσει exhibitum! quid! egone primus, egone magis criminoſe in temerariam ejus Criſin: in Scriptionum ariditatem: in Styli contumelioſam acerbitatem invectus fui, quam alii ante me! Nonne Galli, Britanni, Germani, Belgae longe durius de ipſius ſcribendi charactere pronuntiarunt, quam ego in laudata ſaepius mea diſſertatione! Quid ego dixi ibi, quod excedat illa Eruditiſſ. Arnaldi, illa Rev. Trappii, qui homini *iracundiam & furorem* adſcribit, vide p. 559. illa, quae Eruditi Actorum Lipſienſium * Auctores paſſim: illa, quae Scriptores Pariſienſium Ephemeridum, qui ipſum,

* *Plura ſunt majeſtate Critici plane digna. Et bonum eſt, nobiliſſimum virum revocare nobis & recoquere praeclara illa dicta*, nugae, nugae! apage, apage! abſit, abſit! *& id genus elegantias. Metus enim erat, ne plane illae per mollitiem aetatis noſtrae, quam humanitatem & modeſtiam videri volunt, interciderent. Hunc itaque librum emant, qui illam Deorum linguam ſartam tectam propagari volunt ad poſteros: ex hac lecytho depromant pigmenta notarum Criticarum pulcherrima.*

ſum ejus Anacreontem a capite ad calcem riſui expoſuerunt Menſe Octobri MDCCXXXV. illa Eruditorum Virorum, qui Amſtelaedami Gallica Diaria emittunt! Qui omnes & ſinguli, ut alios taceam, ſummo jure de ejus in literas meritis minime mitius, quam ego in Ἐξεταστῇ pronunciaverunt. Num etiam apud illos homini obfuit, quod dedicavit Anacreontem ſuum ſuo Clerico? Si ita: obfuit illa Dedicatio, antequam e cerebello iſto melancholico nata erat. Nam jam de Alea, de Hephaeſtione, de Phile peſſime ex illis quidam opinati fuerant. Quin nunc audeat etiam alias calumnias, & novas confingere, unde vaniſſimas horum etiam in ſe odii cauſas arceſſat! Sed aeque fruſtra erit. Nam forte alicui perſuaſerit, uni alterive privatas quaſdam irae eſſe cauſas. At ut Galli, Germani, Britanni, Belgae, in unius hujus hominis vituperio tam amice conſpirent, quis credat aliunde profectum, quam ex omnibus pariter exploſo ſcribendi κακοηθείᾳ! ex maledicentia, ſuperbia, confidentia, ignorantia tumidi Paedagogi? Quae enim ſuſpicio privatae ſimultatis conveniret in hos vel illos Ephemeridum conſcriptores, in omnes derivare non eſſet niſi Pavoninae frontis. Hae igitur cauſae ipſos impulerunt, ut, quae ſcripſerunt, ſcriberent: eaedem illae & me impulerunt, ut de libellis Pavoninis judicium pro meo, quod cum omnibus commune habeo, jure ferrem. Atqui dic, amice, cum omnium horum, qui te adgreſſi fuerunt, ipſo me, certe te, judice, ſim indoctiſſimus, dic, amice, cur alios reſponſione non dignatus fuiſti? Cur eorum Criſes, (quas Bibliotheca Amſtelaedamenſis a Ratiocinio dicta vocat *Mortificantes*) cur illas omnes animo obfirmato neglexiſti? An illos libellos non lectione dignos cenſuiſti, utpote nihil Pavoninum, nil niſi plebejum adponentes? At intererat legiſſe, ut e cenſura etiam parum juſta proficere poſſes. An for-

fortean tu, ſumme Criticorum Pavonazzonida, qua urticis & ſpinis coronatus, in ipſo Parnaſii ſcopuli ſupercilio cruribus decuſſatis reſidere, ferulamque ſupermagiſtralem vibrare tibi videris, irritos horum homuncionum aſſultus attracto naſo deſpexiſti & deriſiſti? Dic, dic, cur mei, hominis, fateor ipſe, indocti, inania deliramenta, divinam illam tuam Stoici tranquillitatem animi turbaverunt? Cur tam flebiliter quiritaris, quod, cum nihil me laeſeris, ego tamen in e, ceu capital commiſiſſes, ſententiam duriſſimam tulerim? Cur tam abjecte & pueriliter, ex Adverſarii tui literis tua merita, ſcilicet aliunde de iis non conſtabat, lectoribus adprobare ſatagis? quaſi non longe expreſſiora teſtimonia inter ſe Eruditorum mutua exſtarent, qui tamen poſtea ſibi de Eruditione controverſiam moverint, nec tamen ad has aniles querimonias fuerint delapſi. Quaſi non tu ipſe atrociſſimis convitiis & maledictis laceſſiviſſes multos egregios Viros, quibuſcum olim longe major, quam mihi tecum, nam tecum mihi nullus unquam fuit, uſus amicitiae interceſſit! Sed talia ego non tango. Si vir fuiſſes, his querelis praetermiſſis, falſas meas eſſe olim in te factas accuſationes oſtendiſſes: & ſi vir etiamnum es, ſi guttam ingenui ſanguinis habes, ſed non habes, licet paſſim jactes, hanc novam, non ſane parvam, tuorum craſſiſſimorum & ſtolidiſſimorum in omni literatura errorum ſyllogen confutabis. Si huic labori ſuperſedeas, ut puto, nam egregie tibi ſudandum foret, mollicelle Pavuncule, ſi vel colorare vitia nedum purgare ſtupidiſſima conareris, ſi huic ſuperſedeas labori, ajo, & calumniis & convitiis porro rem gerere velis: per me licet. Atqui ſcias, ſic actum eſſe, ſed jam actum eſt, de omni illa Reverendi Joannis Cornelii Pavonis imaginaria eruditionis fama, quam tot vigiliis, tot lucubrationibus, tot

 plagiis,

plagiis, tot convitiis, ſibi ab ipſis teneris unguiculis per fere quinquaginta annos accumulavit & adſtruxit. Vulcano licet dedices, quidquid umquam papyri commaculaſti. Quod ſane in ſatis ingentem exſurrexerit acervum. Nam non immerito tibi ipſe olim jam miraculo fueris, dum veteres chartulas tuas quodam mane ab hora quarta ad ſecundam poſt meridiem recenſens, attonitus exclamaris coram omnibus: *mene jam tanta perpetraſſe in tantilla aetatula!* & ſic tandem in poene refrigeratum viridium piſorum involaris pultarium. Sed iſta omnia rapidis jam flammis cedant: nam triſtia modo & acerba tuae quondam claritudinis erunt monumenta: & ſingulae modo literae tibi inclamabunt identidem, *Fuimus Pavones.* Praeſta te igitur virum, Pave: & pyra ex hiſce exſtructa, Tyriae inſtar Didonis, vel ſi mulierem imitari tibi turpe ducis, vir muliere quavis inpotentior, imitare Caſſii fatum Hetruſci,

Namque fuit Caſſi rapido ferventior amni
Ingenium, capſis quem fama eſt eſſe, libriſque
Ambuſtum propriis.

Eia age, adſcende rogum, & ignem quantocius admove, ut ſic ſimul libri, ſimul nomen, ſimul ipſe Pavus, qui tam diu orbi literato fumos vendidit, uno eodemque momento abeant in fumos.

Nova autem haec de Praefatione Anacreontica eſt accuſatio, de qua in Ariſtaenetica Praefatione verbum non factum. Nempe calumniam illam de aetate Codicis, non ex fide indicata, jam dimittere adactus, hanc ei ſuccedaneam eſſe voluit criminationem. Verum non contentus liti huic literariae ea immiſcere, quae potius ad perſonam ipſius & meam, ut vocant, ſpectant, quam ad eruditionem: etiam plane aliena in-

intertexere homo inconſultus non reveritus fuit. Qualia illa omnia, quae de Joanne Clerico adfert, Sycophantae calumnias etiam haſce refutemus.

Adſeverare nimirum non erubeſcit, me effeciſſe, quo minus recitata in funere J. Clerici publicarentur, *ne ſcilicet laudes viri defuncti, quas pauci Amſtelaedami audiverant, omnes ubique legerent.* At mera haec eſt calumnia. Merum rurſus mendacium. Mentiris, Pavo, mentiris dico. Publicatio illius *Sermonis* ne umquam quidem inhibita fuit: ne dum *ut ea de cauſa* inhibita fuiſſet. Nemo intercelſit umquam, quo minus omnia & ſingula, quae dicta erant pro concione, typis deſcriberentur. Sed nec libet nec me decet inpudenti huic mendacio refellendo immorari. Mirum tamen, qui homini, cui Sycophantiae priores male ceſſerant, in mentem venerit caput rurſus novis & aeque vanis calumniis obligare. Amſtelaedami certe nemo umquam vel per ſomnium cogitavit hoc negotium vel ulla ex parte ad Clericum vel ejus famam pertinuiſſe. Alio plane ſpectavit: & quodcumque illius *Sermonis* argumentum fuiſſet, eadem acta fuiſſent. Quare nec e rumore vago talia accepiſſe potuit. Sed ſi jam maligni & temerarii famigeratores tale quid diſtuliſſent, nonne hominis aequi & prudentis fuiſſet, nedum virtutum ſuarum tam aſſidui praeconis, in rei veritatem prius diligenter inquiſiviſſe, quam vel in circulis, nedum in ſcriptis talia effutire? Nam adcuſatori haud ſufficit, contrarium non noviſſe: ſed certo de crimine conſtare debet, antequam aliquem reum peragat. Quippe ſi vel dubitat ipſe actor, etſi verum forte dixerit, tamen a calumniatore vix diſtiterit. At tibi de veritate non conſtitit, Pavo, cum me accuſaſti ut Epigrammatis interpretem: vel ut Epiſtolae de aetate Cod. ſcriptorem; vel ut auctorem Sermonis de laudibus Clerici

Clerici ſuppreſſi. Imo plane contraria potuiſti ſcire, imo ſciviſti, & proinde tribus impudentiſſimis mendaciis haec ſcribens, chartam non magis quam tuam famam commaculaſti. Omnia confinxiſti ſine ulla veri ſpecie: ſolum ex turbato iſto tuo cerebello; tantum ut calumniandi & mentiendi ingenitae libidini indulgeres. Quibus artibus ipſum mendaciorum patrem Luciferum vincis: quem non dubito quoque, quin caput *κακομήχανον* cum depudorato iſto tuo ſincipite ſaepius conferat, quoties ſcilicet inſigni aliqua fallacia & ſycophantia ipſi opus ſit, & cui, utpote tuo amico & familiari, ſuadeo, quod commode incidit, ut, ſi Romae vel Bononiae *Patrono*, quem vocant, *Diaboli*, aliquid humanitus accidat, te eo per tenebras nocturnas ſubito devehat: ſic nec vivam, nec valeam, niſi tam egregie Diaboli cauſam ſis acturus: tot inauditas calumnias vel in innocentiſſimum ſis concinnaturus, ut nemo poſthac, ſuperſtite ſaltem Pavone, in numerum Sanctorum vel mas vel femina receptari poſſit.

Sed ne in cauſa ſatis ſeria ludamus. Ego, Pave, neque in hac re, neque in ulla re tibi eſſe ſimilis cupio. numquam rumoribus vel de te vel de alio malignioribus fidem habebo: niſi certis auctoribus de iis mihi conſtet. Nec tamen vel ſic in literaria lite talia umquam inſeram. Non imitabor mores tuos, inpotentis & vecordis Sycophantae; nec committam, quo inanem de te, homine apud omnes bonos & probos jam dudum deteſtabili, conſequar vindictam, ut merito aequis & probis diſplicuiſſe poſſim videri. Quin ne jocis a vero abeuntibus te riſui exponere velim: nedum ut ſerio tibi falſa crimina objecerim. Quare quod ſcripſi p. 12. Vanni meae, *Matres Trajectenſes inmorigeros & vociferantes infantulos* Graeculi Pavonis *nomine ceu Μορμολυκείῳ perterrefacere ſolere*, In ſpon-

ſpongiam incumbat. Deleatur. Nam haec ad amuſſim in te non convenire nuper didici. Verum quidem homines, te procul viſo, ſaepe in angiportum deflectere, ne garrulitate tua ipſos eneces. Sed Matres re vera non tuo, ſed tibi cognomine homine invocato, plorantes puerulos requieſcunt. Diſtinguere vos nunc demum didici. Iſti enim alteri fecerunt *Fatui* cognomen, a mentis vitio; vel *Pavonis Semicadi*, ex munere & quaeſtu: Tibi ab enormi corporis menſura *Longi*, & ab imaginaria peritia Linguae Gr.; vel potius ab abſurdis moribus, qui vulgo Graecanici dicuntur, *Graeculi*. Ad hoc tempus me *ὁμωνυμία* fefellerat errore obvio & probabili. *Ego certe propter* vultum tuum truculentum & plane Therſita dignum: *propter* inſignem tuam fatuitatem, qua nihil diſtingueris a cognomine Pavonida, aptiſſimum & *digniſſimum*, qui pro terriculo eſſes, *cenſui*: nec *alium* à Matribus Trajectinis invocari *ea etiam de cauſa credidi*, quam portentoſum ex omni parte Pavum: *Hoc ajo, & rectum ac probum adſevero.* & ſi quis ajenti & adſeveranti contradicat mihi, vae ipſi, vae poſteris ipſius. Νὴ τὸν Δία καταιπάτλω. cujus idolum nuper ſtercoraria noſtra Muſca prima narium ſagacitate ſibi eruiſſe viſa fuit. Νὴ τὸν Δία καταιπάτλω & σμερδαλέον ejus Sacerdotem Pavum. *Hoc ajo, & rectum ac probum adſevero.* Qui, per me licet, in poſterum & alias calumnias pro indolis ſuae malitia & feritate comminiſcatur: iis neſcio an legendis, certe refellendis tempus non inſumam. Imo nec refellere ullo opus modo erit. Quis enim fidem habeat toties jam convicto calumniatori? Hoc habeto.

Iſta jam falſiſſimarum Sycophantiarum diſcuſſa nube, quam egregie locum ſuum tueatur hic iſtud meum ad Clericum ſcriptum Epiſtolium, facile quis per ſe videt. Nam ſi vel dederim, me jam minus eſſe

aequum

aequum Clerico: an tali non eſſe liceat, quia ab ipſi aliquando literas commendatitias acceperim? quia i lius humanitati humanis literis reſponderim? Sane ſi non reſpondiſſem, merito culpandus ipſe mihi viderer. Sed qui committere potui, ut non reſponderem, cum Clericus numquam a me ſalutatus, nedum hiſce de literis a me compellatus; ultro & ſua ſponte per amicum communem Al. Cuningamium has mihi tradendas miſerit. Sed finge, illas mihi roganti traditas. Quid! iſtudne tale & tantum beneficium, ut me ſibi eo in aeternum manciparit Clericus? Ut ſi juſtae mihi mutandae voluntatis cauſa naſceretur, viri boni officio conſervato, non liceret de ipſo, nedum de ejus eruditione ſecius opinari? quî Pavus ſcit, annon graviſſimae ipſi minus bene cupiendi interceſſerint poſt tantum intervallum cauſae! Quod nec adfirmare nec negare jam neceſſe habeo. Clericone, rogo, ob tralatitium officium me meamque eruditionem omnem addicere cogerer?

Si quis vero adeo fatuus eſt, ut civiliores formulas captet, & verborum ſonum, non verborum uſum aucupetur, videat, quam legem ſibi dicat ipſe: videat, ne quotidie humaniſſimae & benevolentiae non obſcura ſigna prae ſe ferentes objiciantur literae ab illis, quibuſcum jam ipſi minus bene conveniat, vel etiam apertas inimicitias gerat. Quae tamen non eo a me diſputantur, quaſi omnino inanes illas & verbo tenus probarem amicitiae teſtificationes. In iis peccatur, fateor: in iis forte & ipſe aliquando peccavi. Sed Sycophantae tales me aliosque cautiores reddere valent. Et longe minus diſputantur ideo, quaſi pro meris & inanibus verbis haberi velim, quae ad Clericum dedi. Minime gentium. Ex animo ei gratias egi, quales officium illud merebatur: forte etiam aliquanto prolixiores, ut fit. Ex animo ſcripſi,

pſi, me ejus ex aſſe eſſe. Nec cauſa ulla erat, cur, cum haec ſcriberem, non ad omnia officia paratiſſimus ipſi eſſem.

De temporibus ſubſecutis, nihil neceſſe, ut verba faciam. Sufficit me ita ſenſiſſe, cum haec ante fere novem annos ſcriberem. Contraria probet iſtud in calumniis plane architectonicum Noſtri caput.

Sane Pavo, qui has literas tanti fecit, ut publicaret, homines ab ipſo luſos & per ſe fatuos, haec vel ſimilia ratiocinaturos ominatus eſt. „ Quid! Clericus „ eum commendavit Blanchino! Ille tanta eum humanitate & comitate excepit! tot eum beneficiis & officiis cumulavit! Nam haec non conſtitiſſe in mutuis ſalutationibus & obambulationibus „ credibile eſt, quae tanto praedicat opere: de quibus tantam ſpem conceperat. Ac tanta ſolius Clerici „ gratia ille Blanchinus praeſtitit homini, certe non „ aliis quatuor vel quinque illuſtrium virorum epiſtolis apud hunc ipſum commendatiſſimo homini, „ cui, abſque his literis fuiſſet, forte in plateis aeternae Urbis pernoctandum fuiſſet? Et ille tamen, „ ille ipſe inpediit, ne laudes Clerici Amſtelaedami, ubi non magis auditae erant, atque apud „ Antipodas, celebrarentur! ille laudes Clerici crudeliſſime in ipſis cunis ſuffocavit & ſtrangulavit! „ Quantum ſatius fuiſſet & juſtius, ut ipſe pallium „ funebre bis ſex ulnarum indutus, nec breviorem „ infulam de pileo demittens, majoris Acroaterii „ Cathedram, & ipſa luctus inſignia prae ſe ferentem, eſcendiſſet: & pro concione Atlantis illius „ librarii obitum lamentabili deploraſſet voce, & „ ſeſquipedalibus, ſed tamen vix rem exaequaturis „ verbis, ingentia Clerici in ſe merita praedicaſſet: „ & ſemper memoris animi teſtes invocans auditores ſingultantes, ſancte ſpoſpondiſſet: Se numquam

„ vel

„ vel ſcripturum vel dicturum, imo ne cogitaturur
„ quidem; Clericum fuiſſe malum Grammaticum
„ tam Graecum quam Latinum, pejorem Criticum
„ & longe peſſimum Metricum & Poëtam.“

Sed ſciant; quicunque ita fatue ratiocinantur, meam libertatem & dicendi & ſcribendi vel centenis ejus generis literis commendatitiis non eſſe venalem. Et hactenus de calumniis Sycophantae Trajectini in Praefatione nupera denuo eructatis.

De iis, quae eodem loco ad literas ſpectant, non operae pretium, ut agam. Se refutant ipſa. Partim etiam jam ter recocta ſunt, & ſuperius a me diſcuſſa. Quibus proinde nihil addendum habeo, niſi quod in vexati Epigrammatis verſiculo tertio mihi videar in veram lectionem incidiſſe, poſtquam prima illa jam aliquot menſibus fuerant typis deſcripta. legendum enim puto

Σαπφοῖ σοι γὰρ ῬΗΣΙΝ ἐνεύσαμεν ἄφθιτον εἶμεν,
Σὺν δ' ὁ πατὴρ πάντων νεῦσεν ἐρισφάραγος.

ῥήσεις ſaepe de Poëmatibus. Callimachus Epigr. IX.

Μικρή τις, Διόνυσε, καλὰ πρήσσοντι ποιητῇ
Ῥῆσις. ὁ μὲν, νικῶ, φησὶ, τὸ μικρότατον.

quamvis *ῥῆσις* hic aliam interpretationem receperit Epigr. XXIX. melius huc fecerit.

Τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο. χαίρετε λεπταὶ
ῬΗΣΙΕΣ, Ἀρήτου σύντονος ἀγρυπνίη.

Anthol. L. III. p. 279. *Πινύτου εἰς ΣΑΠΦΩ.*

Ὀστέα μὲν καὶ κωφὸν ἔχει τάφος οὔνομα ΣΑΠΦΟΥΣ.
Αἱ δὲ σοφαὶ κείνης ῬΗΣΙΕΣ, ἈΘΑΝΑΤΟΙ.

&

& facillima mutatio & obvia ῥήσις in ῥίσις, & inde in κείσις. ita κελικὸς.κρηλικὸς. ῥήτω & ῥίτω. ῥηθέντα & κελθέντα.

Illud quoque ſolum addiderim ante quatuor fere annos a me fuiſſe cum Amico erudito communicatum hoc Epigramma ex Anthol. Inedit.

Τὰν γνώμαν ἐδόκει Φιλέας ὁ δεύτερος ἄλλων
Εἶμεν, ὅδε φθόνερος κλαιέτω, ἔσχε θάνη.

Illud quoque Epigramma ſic jam ante tres fere annos typis fuiſſe deſcriptum, nec tamen me vel Amicum meum, inſtar Pavonis, *εἶμεν cenſuiſſe mutandum in ἔμμεν vel quia ſono illud videbatur nobis durius, in εἶναι* vulgivagum: nec in εἰ μὴν, ut alius non nemo. Nihil aliud adjungendum habeo illic a me in medium allatis. Quae an viderit Pavo, dubito: certe rumor ſemel ad me delatus fuit de viſis ab ipſo nondum publicatis plagulis quibusdam. Quando Typotheta adfirmavit nihil tale a ſe emanaſſe: quod ſciebat. Nec hoc tanti. Non dubito autem, quin quaedam e ſermonibus vagis captarit & reſciverit: quin & reſciverit, quo ictu ipſi pereundum eſſet: atque adeo quemadmodum canis, elevatum & intentatum in ſe baculum etiam procul videns, rabire, gannire, & caudam ſub ventre abſcondere inceptat: ſic Pavonem in ultimum iſtum conatum deſperabundum partim e timore, partim e furore erupiſſe cenſeo, cum famae ſuae ultima inſtare e longinquo quamvis praevideret. Nam cauſam comminiſci alioqui vix poſſum, cur non a mea, ſi ita velis, lentitudine & tarditate, ſibi otium ſuisque pulmonibus fecerit. Niſi forte illi ita jam bile atra & lurido felle fuerint oppleti & extenti, ut ne medii creparent, periculum foret, niſi ſubita evacuatio quocumque modo tempori adhibita ſubveniſſet. Atque hoc fit veroſimile quoque. Nam obſervavi &

mecum obſervarunt multi, ipſum fere ſub initia vernalis tempeſtatis acrius melancholia conflictari, & quando Sol Arietem attingit, ſub quo petulcus noſter Criticaſter natus probabiliter eſt, ſi non ſub Canicula, parum ab inſano diſtare. Mihi interim de ejus vecordia gratulor, qui ſic ad has & illas calumnias reſpondendi anſam nactus de eadem fidelia, quod ajunt, duos parietes potuerim dealbare.

Quae porro ad Diſtichon ex Epigrammate exſtante in Sapphicis Cl. Wolfii p. 162. ex integro effutiit, plena ſunt non ſolum ignorantiae, verum malae fidei & Sycophantiarum: imo in eo genere palmam illis in Ariſtaenetica Praefatione dubiam faciunt. Nam re vera, ut ibi mea exhibentur: erraverim non mediocriter, qui contorta & difficilia *nibil duri vel obſcuri* habere dixerim. Errarim quoque in ceteris eo, quo dicit, modo. At, amice Lector, hic rurſus non mea culpa vapulo. Nam ſi ipſe illud epigramma edidiſſem, illud diſtichon plane aliter legeretur: & quidem ex fide Codicis Palatini & omnium meorum Apographorum. Jam Cl. Jo. Chriſtianus Wolfius contextum conformavit non ad Codices, ſaltem non ad Palatinum, ſed ad Editionem hujus epigrammatis in Poëmatibus D. Heinſii, ubi legitur.

Πῶς οὐκ ἐκλώσασθε πανάφθιτον ἦμαρ ἀοιδῷ,
Ἄφθιτα μνησαμένα δῶρ' ἙΛΙΚΩΝΙΑΣΙ.

At in meis Apographis omnibus, ad quae notulas meas concinnavi, ſic legitur:

Πῶς οὐκ ἐκλώσασθε πανάφθιτον ἦμαρ ἀοιδῷ,
Ἄφθιτα μνησαμένα δῶρ' ἙΛΙΚΩΝΙΑΔΩΝ.

In hac lectione merito ſcripſi, *nihil duri vel obſcuri* eſſe

eſſe. & nihil re vera eſt. *Quae aeterna Muſarum munera celebravit.* Et D. Heinſius, cum haec reddidit, *Munera quae Muſis non peritura dedit*, in Latinis dedit, quae e Graecis ne quidem exprimi poſſunt. Qui etiam incogitantius Hexametrum effudit

Cur non aeternā nevistis tempora vati.

De Pavone **nihil dicam hic*, *de eruditiſſimo D. Heinſio tantum.* Illum miror non percepiſſe locutionem Δῶρα Μȣσῶν. qua nihil aliud ſignificatur, quam *facultas Poëtica: Poëtice: carmina.* Sappho *Muſarum dona: ſuavitatem & potentiam Poëtices* ubique celebriorem reddidit. id eſt, carmina non intermoritura cecinit: quare digna erat cum ſuis carminibus aeter-

* Ita in Epiſtola quadam loquitur Pavo de celeberrimo Jac. Gronovio. *In quo Manethonis loco mihi non ſatis faciunt viri docti Gronovius & Perizonius: de Gronovio nihil dicam hic* (an alias dixit, vel eſt dicturus?) *de eruditiſſimo Perizonio tantum.*,, Ego neſcio quam amicus huic vel illi fuerit: ſed paulo ante in eo loco ſcribit: *Quem auctorem* (Manethonem) *utinam tu F. edidiſſes.* non valde proinde videtur ipſi Gronoviana editio adriſiſſe. Hanc autem Epiſtolam ſcripſit Anno MDCCVII. unde colligat Lector: quam diu jam Graeca & nihil aliud tractarit, nec tamen hilum profecerit indoctus veterator. Vellem autem ſcire, an his, an ullis Praeceptoribus mirificam ſuam in Graecis peritiam debeat. Nec tamen praeſtantiſſimis viris τὴν βλακείαν τῆ ἐμβροντήτȣ alumni adſcripſerim iniquus. Sed potius αὐτοδίδακτον credo cum coeco Phemio: qui carmina ſua canebat inter procos Penelopae: ut noſter Graeca ſua crepat inter homines, qui ne ἄλφα & βῆτα quidem obliti fuerunt: ut ſolent mortales inepti, quos Pedantas perhibemus: quibus praefulget noſter Archiprotopedanta, *ut inter ignes Luna minores.* Certe nullo in loco, quod ſciam, gratam Doctorum ſuorum facit mentionem. Sed quid ille Praeceptores curet: ſi uſu venerit, vel in patris cineres minxerit homo immanis & exlex.

ternitate vitae frui. Anacreon in Barneſii Edit. p. 320.

'Αλλ' ἔστις Μουσέων τε, καὶ ἀγλαὰ δῶρ' Ἀφροδίτης
Συμμίσγων, ἐρατῆς μνήσκεται εὐφροσύνης.

Theogn. vs. 246.

Κύρνε, καθ' Ἑλλάδα γῆν στρωφώμενος, ἠδ' ἀνὰ νήσους,
Ἰχθυόεντα περῶν πόντον ἐπ' ἀτρύγετον.
Οὐχ ἵππων νώτοισιν ἐφήμενος. ἀλλά σε πέμψει
Ἀγλαὰ Μουσάων δῶρα ἰοστεφάνων.

Sic *venaticae artes dona Dianae.* Oppian. II Κυν. 474.

Ἀρτέμιδος δώροισι κεκασμένος ἄλκιμος ἀνήρ.

videantur Commentarii ad Gratii exordium. ita *pulcritudo*, *voluptas* Veneris dona. Il. Γ. vs. 54.

Οὐκ ἄν τοι χραίσμῃ κίθαρις, τά τε δῶρ' Ἀφροδίτης.

Schol. ὅπερ ἔχεις κάλλος: vide Horat. I. Od. XV vs. 14 Heſiod. Aſp. vs. 47.

Τερπόμενος δώροισι πολυχρύσου Ἀφροδίτης.

Conſulatur ibi J. G. Graevius. Sic *lanificium*, *veſtes*, vocantur Aeliano L. I. Var. Hiſt. 2. δῶρα τοῦ Ἐργάνης Δαίμονος. hoc ſenſu & nullo alio δῶρα Ἑλικωνιάδων accipienda.

In aliquot autem Apographis habetur νησαμένα. ea lectio videtur profecta a ſciolis, qui timebant ſyllabae ultimae vocis ἀφοσιῶσα ante ΜΝ ſecundum ipſos producendae. nam ipſe Hephaeſtion p. 5. commemorare dignum cenſuit, ὅτι ἡ διὰ τοῦ ΜΝ σύνταξις ἐποίησε πρὸ καὶ βραχεῖαν Qua de re actum p.421. Vanni. Hinc vel aliunde ergo pro μνησαμένα, quod difficultatis nihil ha-

habere jam vides mecum, νησαμένα irrepſit. De quo ſic ego. „ *Vulgo* νησαμένα. *quod forte quis deducat* ἀπὸ τοῦ νῆσαι. σωρεῦσαι. νησαμένα δῶρα ἄφθιτα, *quae ſibi non fragiles, ſed aeternas* Musarum *opes, carmina congeſſerat & coacervarat, digna erat aeternum vivere. apud Heſychium* ἀπονησαμένη, ἀποσωρεύσασα. In Anthol. L. III. C. 25.

> Αἱ δ' ἀναρίθμητοι νεαρῶν σωρηδὸν ἀοιδῶν
> Μυριάδες λήθῃ, ξεῖνε, μαραινόμεθα.“

Aeque Lector, imo, iniquiſſime, ſi quis es, hicne aliquid reprehendendum invenis? At invenit Theon. Nempe ei diſplicet mea modeſtia, qua ſcripſi *Forte deducat.* At egone ſcire poſſum, an alii probaturi ſint, quod nec ipſe probo! μνησαμένα probavi. Sed forte alius νησαμένα probabit, id deducens a νῆσαι, quatenus ſignificat σωρεῦσαι. Dic, Pave, non tua futili emendatione ipſe oſtendis me merito dubitaſſe, an ita velint omnes accipere. Tu ipſe in alia iviſti. Dic, Pave, an νῆσαι non habet etiam alias notiones praeter τὸ σωρεῦσαι? egone ſcire poſſum, an tu vel alius hanc ſignificationem arripere velitis? Optime autem verti *Sibi congeſſerat aeternas* Muſarum *opes: carmina.* νήσασθαι eſt non ſolummodo *coacervare*, ſed *in ſuos uſus coacervare.* Verti, *dona* Musarum. quia in libris meis δῶρα Ἑλικωνιάδων. quia ne quidem animadverti in Heinſiana Ἐκδόσει eſſe Ἑλικωνιάσι. Nam alioquin de ea varietate Cl. Wolfium admonuiſſem. Hactenus mihi adfui. Jam tua cauſa agetur, Sycophanta.

Te ſerio igitur rogo, cum habeas Apographum Anthologiae, an illud Epigramma inter alia ibi non exhibeatur? ſi exhibeatur, exhibebitur certo Ἑλικωνιάδων. De eo dubitari nequit. Nam ἑλικωνιάσι conjecturae debetur Heinſianae. Dic, quid ergo meruiſti,

 Scur-

Scurra, qui hic rurſus mala fide in me transfers, quae nihil plane ad me ſpectant? qui contra conſcientiam tuam me hic accuſas, cum domi haberes, unde tibi conſtare poſſet, me omnino omni reprehenſione indignum eſſe? Nam quid! tune aliquem ſuper lectione Epigrammatis ex Anthol. Anecdota, cujus Apographum tecum habes, accuſabis inconſulto libro iſto! Ecquis te credat non conſuluiſſe, antequam ad putidam iſtam tuam conjecturam, de qua mox, progreſſus fueris! Sed forte chartae tuae commictiles hoc epigrammate carent! careant. Quid! an non verſio mea *dona* Musarum tibi ſuſpicionem injicere debuerant, me aliam lectionem eſſe ſecutum? Quare hic rurſus, Pave, facinus in me commiſiſti diritate morum tuorum condigniſſimum. Sed improbum calumniatorem ſuis pravitatibus linquamus. Indoctum paedagogum nunc excipiamus promeritis, & ſemel iterumque publico ludibrio exponamus, ſic hiſce diatribis finem inpoſituri, & una huic Epilogo, quem promiſimus quoque in Gallico Diario [*Journal des Sçavans*] menſis Martii praeteriti Anni & in Miſcelaneis noſtris: quamvis, Latina vel Francica legere ſuperſedens, & vernaculis Eccleſiaſticisque Diariis, ut magis ad Venerabilem Canonicum facientibus contentus, hoc ignoraverit Pavus.

Sic ergo follis Aeolia ſuas bullulas efflare ingreditur. *Dicam, quod ille non vidit, & tamen apertum eſt ſatis. Libri olim diſcreparunt.* (hoc verum eſt, & ex ſuperioribus patet) *in quibusdam fuit* μησαμένᾳ (hoc mentitur Pavo: ſaltem valde temere adſeverat: ſed mentitur. nam qui adſeverat, quae numquam probare poteſt, licet forte fortuna vera invenirentur, mendacium dicit. mentitur igitur.) *in quibusdam* νησαμένᾳ. *iſta* διττογραφία *una litera notata fuit.* (ſomnia nobis vigilantibus narrat. quae διττογραφία una litera notata fuit! illa imaginaria, iſta Pavonina:

an

an vera illa μεμεταμένα & μεταμένα! alteram illam Pavo ſecum vehat in Morboniam.) Audi jam ejus explicationem. *μηταμένα, quae meditata fuerat cum effectu: quae animo elaboraverat. & hoc accommodum eſt, & ſine dubio habuit ſuos fautores.*" Sine dubio, nugatorum Coryphaee, ſuos fautores habuit in regno idearum: in regno inaniarum. Sed inſpiciamus penitius paulo deliria Pavonina. μήσαθ; ſignificat *meditari cum effectu*. At, ſcabioſe Magiſter, vellem ſcire, quid Tityrus fecerit apud Virgilium, qui

Silveſtrem tenui Muſam meditatur *avena*.

an ille *cum effectu* & an *ſine effectu* meditatus fuerit carmina. Sed cum Barbaro barbare loquamur. *Aeterna dona Muſis meditata fuerat cum effectu*. Ergo *dederat illa dona. illa dona effecta erant*. At ſecunda interpretatio quid dicit! *animo elaboraverat*. Haereo in ſenſu horum verborum. Forte adjecerit *animo*, ne temere putemus dona haec, qualiacumque, a Sapphone fortean fuiſſe elaborata, ut Ruſticae noſtrae elaborare Butyrum vulgo perhibentur? Verum *elaborata animo dona*, procul dubio *carmina* erunt *modo concepta: nondum in chartam conjecta: nondum in vulgus edita*. & ſic egregia ratio adferetur ab Antipatro, cur in aeternum vivendum erat Sapphoni, non ob carmina, *quae plurima cecinerat: quibus oblectamentum Graeciae, patriae gloriam conciliarat*, ſed ob ea, quae *modo animo, nondum ſtylo elaboraverat*. Digna contorto Pavonis cerebello interpretatio! Deinde μήσασθαι ſtulte interpretatur ita religioſe *cum effectu meditari*. μήσαθς, ut *moliri*, ſaepe notat *efficere*, non tantum *conari*. Sed Graeculus potius oſtendere debuiſſet μήσασθαι ita ἁπλῶς in bonam partem adhiberi. nam aeque ac *moliri* fere in malam partem adhibetur, vel

 ſaltem

ſaltem de re difficili: ingrata Ex. gr. apud Homerum Odyſſ. E. 173. 233. μήσατο δὲ πομπήν dicitur Calypſo Ulixi. at πομπὴ illa ab invita Dea perficiebatur. Sic Capaneus dicitur in Anthol. L. IV. p. 311. μήσατο δὲ ἠερίην κλίμακα. & Scala illa erat bellica machina Thebis nocitura. Notiſſimus locus Simonidae (in Stephani Lexico ex Plutarcho p. 79. C. quo μέλισσα dicitur μησαμένα ξανθὸν μέλι) non magis juvat. nam nimis vaga poteſt ibi eſſe iſtius verbi notio. Sed nobis haud incumbit probare, non ſignificare in bonam partem. ſterili huic Criticaſtro, qui talia in medium adfert, in bonam partem ſumi oſtendendum fuerat. At ſi jam vera lectio obtineat ἑλικωνιάδων, quid fiet de miſello magiſtello una cum ſuo μησαμένα, qui hic rurſus, ut in omnibus ex Anthologia petitis locis, in *tenebris* miſere micavit. *Quae aeterna Muſarum dona cum effectu meditata fuerat, vel animo elaboraverat.* O elegantiae plane Pavoninae. Putaverasne hominem confidentiſſimum rurſus ſe hic tam turpiter dediſſe, Lector! Sed longe turpius mox ſe dat, cum poſt me Marmor Arundellianum tentare audeat. Miraberis, miraberis, Lector, inpudentem inſcitiam. in totis illis quinque paginis, quas huic calumniae impendit, ne unum verbum quidem verum aut ſanum eſt: omnia ficta, omnia falſa: omnia mendacia: omnia rapta & corraſa ex aliis.

Ipſi *forte fortuna*, ſed, ut ego puto, cum ultimo, ſi quod reliquum habet, nominis diſpendio, *in oculos incurrit* Suſpicio *mea in Marmore*, quod recenſitum Vol. II. Miſcell. T. III. p. 350. Quamvis autem ad Hephaeſtionem ne cognoviſſe quidem auctores, qui de Muſica ſcripſerunt, oſtenderimus, hic ſubito magnus evadit Muſicus & admirabilia in hac arte nos docet. Agitur omnibus conſentientibus ibi de mutatione quam Terpander fecit circa νόμους: *modos Muſicos,*

ſicos,

ſicos. Νόμοι autem ſunt *moduli* ſive *modi per ſe ſumti*, & *ipſa carmina quoque modulata*. Videatur Salmaſius ad J. Capitolini Antonin. Pium. C. 7. & Caſp. Bartholinus de Tibiis L. I. C. IX. 119. Qui gravi errore Terpandro ex Suida tribuit ſeptem modos *Auleticos, tibiales*: cum ipſe Suidas eos perſpicuis verbis vocet κιθαρῳδικὰς, *Lyricos*. in V. νόμος. A Plutarcho quoque de Muſica p. 1132. docemur multis, TERPANDRUM quaedam mutaſſe in ΝΟΜΟΙΣ ΚΙΘΑΡΩΙΔΙΚΟΙΣ. *in citharae modis*. uti etiam perſpicuis verbis ab eodem *eadem pagina* docemur, multo poſt tempore demum mutationem factam fuiſſe in ΝΟΜΟΙΣ ΑΥΛΩΙΔΙΚΟΙΣ. *In Tibiae modis*. Diverſos enim modos organa haec habuerunt. Nec eam mutationem factam fuiſſe a *Terpandro*, ſed a Muſico CLONA: qui poſt Terpandrum vixit. Plutarch. 1193. A. *Clonas primus dicitur, quo ſtudio Terpander citharam, conſtituiſſe tibiam*. nempe quod ad νόμους *ad modulos*. vide quoque Polluc. IV. X. 79. Diſtinguendum igitur probe inter mutationem in CITHAROEDICIS a TERPANDRO factam: & inter mutationem in AVLOEDICIS [*tibialibus*] a CLONA factam.

Terpander praeterea non ſolum in cithara ſeu lyra modos mutaſſe: ſed chordas lyrae addidiſſe: imo lyram inveniſſe a quibusdam traditur. vide *Boëthium* L. I. C. 20. de Muſica. & Nicomachum Geraſſenum L. II. Harmon. p. 29. & *Plutarchum de Muſica*. quos auctores habet Doctiſſimus Seldenus ad iſtud Marmor, p. 129. novae Edit. & unde ſua compilavit Pavo. Lyra enim prius ſimpliciſſima & duarum chordarum fuit. ita in Schol. Anthol. L. VII. Ep. I. Πηκτὶς δίχορδος memoratur. & a Spanhemio ad Callimachum p. 468. e Numis & Auctoribus τρίχορδος κιθάρα oſtenditur. Aliquandiu quatuor, deinde quinque, ſex, tandem ſeptem chordarum fuit: quali jam uſi celebrantur

tur Apollo, Mercurius, Orpheus, Amphion, & alii. vide Nicomach. Geraſſ. Nec in his inter citharam & lyram diſtinguitur. *Septimam* tamen addidiſſe a quibusdam traditur Terpander, a quibusdam vero *tres* addidiſſe novas *quatuor* priſcis. vide Harduin. ad Plin. H. N. VII. 56. Unde recte Britannus doctus in Miſcellaneis p. 351. ait. *convenit inter omnes Terpandrum magnam inmutationem in antiqua Muſica feciſſe, numerum chordarum in lyra* FERE DUPLICANDO [διπλῶσαι] & *varios* Νόμους *inveniendo.* Qui recte inter lyram & lyrae modos diſtinguit: & caute nihil addit de tibiis.

Tibia quoque olim ſimpliciſſima & primum modo unum vel geminum foramen habuit: vide Servium L.X. Aen. 618. Tandem quatuor habuit. Augmentum autem abhinc foraminum non *Clonae*, multo minus *Terpandro* tribuitur: ſed numerum foraminum auxit DIODORUS THEBANUS, ut narrat Pollux L. IV. §. 80 vel uti alii, ANTIGENIDES THEBANUS. videatur Cl. Salmaſius in Plinian. Exerc. p. 84. F. a nullo, quod ſciam, hic quidquam tribuitur *Terpandro.* Nec mirum, cum ſecundum Plutarchum οἱ τῆς κιθαρῳδίας νόμοι πρότερον πολλῷ χρόνῳ τῶν αὐλῳδικῶν κατεστάθησαν ἐπὶ Τερπάνδρου. *cum citharoedici nomi prius multo tempore quam auloedici fuerint conſtituti ſub Terpandro.* Ubi ἐπὶ Τερπάνδρου ſane vertitur *a Terpandro.* Atqui ἐπὶ nota eſt temporis. nec unquam *a Terpandro* ſignificavit. Et paucis verſibus ante tribuitur *Clonae* emendatio nomorum in tibia, ut vidimus. Tamen haec mala verſio homini noſtro, a verſionibus pendere ſolito, fraudi forte fuerit. Etiam non invenio umquam certum numerum foraminum in tibiis obtinuiſſe. Quare etiam multifora & multiforatilis tibia indefinite celebratur. Pollux ait L. IV. C. X. §. 80. τέτταρα τρυπήματα εἶχεν ὁ αὐλός. πολύτρητον δ' αὐτὸν ἐποίησε

ἐποίησε Διόδωρος, πλαγίας ἀνοίξας τῷ πνεύματι τὰς ὁδούς. vide Caſpar. Barthol. de Tibiis. I. 5. p. 56. haec praemittenda fuerunt. Jam inſpiciamus Inſcriptionis verba.

ΑΦ ΟΥ ΤΕΡΠΑΝΔΡΟΣ Ο ΔΕΡΔΕΝΕΟΣ Ο ΛΕΣΒΙΟΣ ΤΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ ΤΟΥ . . . Α . . . . . . Δ . . . ΟΥΣΘΑΙΑΥΑΗΤ . . . . . ΛΗΣΕ. ſupplendum putavi. ἀφ᾽ οὗ Τέρπανδρος ὁ δερδενέος ὁ Λέσβιος τοὺς νόμους ΤΩΝ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ διορθοῦσθαι. Nam cum αὐλοὶ & νόμοι αὐλῳδικοὶ Tibiae & Modi *ante Terpandrum* multis ſeculis eſſent inventi, & rurſus inſignis illa innovatio & mutatio in modis tibiarum *a Clona* fuerit poſt Terpandrum demum inducta, nihil reſtabat, ſi quidem in Auloedicis quidquam a Terpandro novatum, quam ut cogitarem, Muſicum hunc modo pauca correxiſſe in *nomis auloedicis.* & id non in genere, ſed apud Lacedaemonios ſolos, quorum ut Muſicam emendaret, Lacedaemona vocatum legimus. Eo in primis impellebat auctoritas Clementis L. I. Strom. C. XVI. p. 365. qui ait. τοὺς Λακεδαιμονίων νόμους ἐμελοποίησε Τέρπανδρος. quod reddunt. *leges Lacedaemoniorum numeroſis verſibus ſcripſit.* At Doctiſſ. Seldenus minime veroſimile hoc putat, & de νόμοις Muſicis intelligit. Quocum ego facere malim, quamvis forte aliter ipſe Clemens intellexerit. Iſtud ἐμελοποίησε vero, ſi de legibus civilibus intelligi debeat, ita accipiendum, ut tum primum νόμους Muſicos illis civilibus νόμοις impoſuerit, nam leges cani ſolebant, vel antiquos νόμους Muſicos aboleverit, & meliores & correctiores impoſuerit. Locus autem ille Clementis cum in genere de Νόμοις agat, de Νόμοις αὐλῳδικοῖς cogitandi licentiam dabat. Ut ex his omnibus mihi videar ſatis cauſae habuiſſe cogitandi de voce διορθοῦσθαι.

Porro

Porro ſic de reliquis fere ſcripſi. *Ultima verb me valde incertum habent. ſi liceret literam* Λ *in* Κ *mutare, legerem* τὺς νόμυς Λακεδαιμονίων διορθῶσθαι αὐ λητας ηςκησε. *nomos Lacedaemoniorum corriger tibicines docuit.* „ Alii hic ἐδίδαξε. alii ηὔλησε. alii ἤλλαξε. aut μετήλλαξε. De litera autem mutanda eo minu cogitare reveritus fui, quia ipſe noram, quam miſere Oxonienſis illa Inſcriptio habita fuerit. An hic Lector, jam aliquid inveneris, quod valde mordeat te, neſcio. quae ſcripſi, modeſtiſſime ſcripſi: nec ulli obtrudere volui.

Jam audi Pavum: hominis impudentem confidentiam & incredibilem inſcitiam miraberis & exſecraberis. „ Τῶν Λακεδαιμονίων *in loco Clementis bonum eſt, in marmore pravum.*" Ita pro imperio ſtatim pronuntiat. At plagoſus ludimagiſter ferulam coërceat: & doceat, ſaltem *cur.* Ego ajo, Λακεδαιμονίων aeque bonum in Marmore atque in Clemente eſſe. Rationem modo dedi, Validiore argumento contrarium adſtruendum ab iſto fuiſſet. „ Διορθῶσαι *pejus, quia Terpander non correxit modos Muſicos, ſed auxit.*" At rurſus quod Paedagogus ait, ego nego: & quod ille negat, ego ajo. Fidene inplicita alterutri credere paratus es, Lector! Si ita: mihi credas, poſco: non huic mendaciorum Architecto. Sed neutri credas, ſuadeo. ſed argumentis. Et ſane inter meam Pavoninamque ſcriptionem, id praecipue intereſt, ut omnia, quae in medium adfero probem, vel ſaltem probare coner: iſte ne quidem probare conetur: nedum ut aliquid probet. Doceat Terpandrum *auxiſſe*: doceat non *correxiſſe*: & ſententiam mutabimus. An fide caeca indocto huic animali ſe dandum? At modos *auloedicos*, de quibus hic ſermo, numquam poterit oſtendere a Terpandro auctos. Quin ſane ex hoc Marmoris unico loco poſſumus ſuſpicari tantum correctos. ut mox

patebit

patebit clarius. *Neque melius διορθοῦσθαι αὐλητάς. nam nomos Muſicos auxit ipſe Terpander, non auxerunt Tibicines.*" Me hercule delirat. Ubi ego dixi *Tibicines auxiſſe nomos.* vel hos vel illos? dixi a Terpandro edoctos fuiſſe, quomodo meliores nomos adhiberent: meliores nomos a Terpandro accepiſſe. *Tandem διορθοῦσθαι αὐλητὰς ἤσκησε. locutio eſt ſcabra, & quae ab indole Marmoris plane abhorret.*" Rurſus αὐτὸς ἔφα. Cur ab indole Marmoris abhorret! docui vocem διορθοῦσθαι activa notione uſurpari, & inveniri in Lapidibus. ut in Marmore III. vs. 74. & ſaepe. addo vocem convenire tam civilibus quam Muſicis Νόμοις, qui dicti ad exemplum priorum. videatur Plutarch. de Muſic. p. 1133. B. & Suidas in Νόμοι Κιθαρῳδικοὶ. Sic in Inſcript. Corcyr. apud B. Montefalconium in Itinerario p. 420. *εἰ δὲ κα διόρθωσις τῶν νόμων γίνηται ταξάντων οἱ διορθωτῆρες εἰς τοὺς νόμους.* An ἀσκεῖν τινά τι ποιεῖν Graeculo noſtro parum Graece dictum videtur? Conſulat ſuam ſacram ancoram, Scapulam, qui docebit, conſtrui cum infinitivo? Quid igitur inpetiginoſus hic Criticaſter crepat ſcabritiem locutionis? Sed tempus ut ipſius hominis lepras ſtrigile probe curemus. Nam noſtras διορθώσεις ſuis rationibus minime carere, ſatis eviciſſe videmur.

Alia ita ego (Ἀλαζὼν ait,) *conſtituenda ſuſpicor.* (nempe Eruditus Britannus *egregie & perbene*, ut canis adulans gannit, μουΣικῶν pro μουΔικῶν reſtituerat.) ἀφ' οὗ Τέρπανδρος ὁ Δερδενέος ὁ Λέσβιος τοὺς νόμους τοὺς ΠΑΛΑΙ ΤΩΝ ΑΥΛΩΝ ΔΙΠΛΟῦσθαι αὐλητΑΙΣ ΕΚΕλευσε." Egregie me hercule, ut nihil ſupra. „*ne litera mutatur.*" ait. Hoc verum. ſed viginti novae inferciuntur. Verba, puto, ſignificabunt. *A quo Terpander Derdenei filius Lesbius nomos antiquos tibiarum duplicari auletis ſuaſit.* Singulos videamus παραλογισμούς. „ Διπλοῦσθαι *ſecretius eſt, & ex illis tibi illuſtrabo perſpicue*

ſpicue(inflatis buccis ait Agyrta literarius)*quae de mutata a Terpandro lyra ſcribunt auctores Muſici.* (duc illi, quos laudatos ſcilicet offendit apud Seldenum,) *Lyra primo fuit* τετράχορδος. (hoc mentitur. vide p. 649.) *deinde* πεντάχορδος & ἑξάχορδος, *hanc Terpander* ἑπτάχορδον *efficiens* (dubium hoc. vide p. 650.) *& lyram antiquam & lyrae modos antiquos geminavit.* At Arithmeticam diſce, Pave: qui *quatuor* reddit *ſeptem*, an is *duplicat* vel *geminat* numerum? Lichaon Samius vel Simonides, ſecundum Plinium L. VII 56. hic, ſecundum Boëthium ille, qui octachordon fecit lyram, poſſet dici quodammodo tetrachordon duplicaſſe: & qui a duabus ad quatuor: & a tribus ad ſex chordas perduxerunt, non Terpander. Quare cautius Britannus & naturalius in Miſcellaneis, a quo omnem hanc cogitationem furatus eſt, NUMERUM *chordarum in* lyra FERE *duplicando, & varios novos nomos inveniendo.* non abſolute *lyram duplicavit*. quod barbarum & contortum.

Secundus παραλογισμὸς eſt, ut, quod de chordis dicitur, ad νόμους transferat quam audacter. Res enim diverſiſſimae chordae lyrae & nomi lyrae. & multa chordis poſſunt accidere, quae nihil ad nomos: multaque e contrario nomis evenire, quae nihil ad chordas. Nulla autem ratione nomorum *duplicatio* [ut hoc Pavoninum figmentum porro refutemus] Terpandro tribui poteſt. Nam nomi plerique, ſi non omnes, ante Terpandrum fuerunt. Plutarchus ait, ipſum *nomina inpoſuiſſe* Νόμοις. Ἀπέφηνε πρῶτος ὀνόματα τοῖς κιθαρῳδικοῖς νόμοις. & mox τοὺς κιθαρῳδικοὺς νόμους πρότερος ὠνόμασε. Suidas ait in Τέρπανδρος. Πρῶτος ἑπτάχορδον ἐποίησε τὴν λύραν, καὶ νόμους λυρικοὺς πρῶτος ἔγραψε. *primus* ſcripſit *nomos Lyricos.* Nempe ars illa, ut pleraeque, quotidiano uſu modo adhuc tradita & propagata erat. Ipſa rerum natura negat, ut aliqua ars ſimul nata, ſimul perfecta conſpiciatur.

Terp-

Terpander non adeo *invenit* nomos quam *conſtituit.* *κατέστησε.* Suidas & Photius dicunt ἑπτὰ νόμοι οἱ ὑπὸ Τερπάνδρου. Pollux ait. Νομοι δ' οἱ Τερπάνδρου. at omnium cautius Plutarchus οἱ νόμοι ἐπὶ Τερπάνδρου *qui in uſu fuerunt Terpandri tempore.* Nam nomos ante hunc Muſicum fuiſſe, certum: omnes veteres ſemel ſimulque abolitos qui credat, rerum humanarum neſcius ſit oportet. Adeo ut etiam de his Citharoedicis Νόμοις rectius longe vocem διορθοῦσθαι adhibere poſſemus, quam διπλοῦσθαι. Nolim negare, tamen novos inventos quosdam ab illo. Sic forte ei debentur ab ipſo dictus Τερπάνδρειος, & ille ab ejus deliciis cognominatus Κηπίων. ſed Αἰόλιος & Βοιώτιος a gentibus dicti fuiſſe videntur, ubi frequentabantur. Abeat igitur cum ſuis δεδιπλωμένοις νόμοις κιθαρῳδικοῖς ad Antipodas Pavo. Ad hos ſtabiliendos autem aeque ille furtificus Boëthii locus facit, atque quivis e fabulis Aeſopiis. quo ipſi tamen videtur nihil *evidentius* Sed talibus formulis defectum probationum amat ſupplere: ut ſolent corporum defectus in ſcapulis, vel lumbis, vel aliis partibus pulvillis neſcio quibus expleri & effulciri.

Sed dicas forte, Lector, quid haec, quae hactenus diſputata, ad rem? nam illa de *Cithara* agunt, at in Marmore de *Tibiis* & *Tibiarum modis* ſermo: in quibus nihil *Terpandro*, omnia Clonae a Plutarcho & aliis tributa vidimus. Accipe hominis παραλογισμόν tertium, nec prioribus nec ulli unquam comparandum. *A lyra & chordis haec transferenda ad tibiam & foramina.* Vah! quam propudioſum figmentum! Nam quo auctore id adſeverat? quo auctore coelum & terram miſcet? At audi, audi incredibilia mendacia, quae hic Lectori incauto obtrudere rurſus neceſſe habet ferrei oris homo.

Tibia primo habuit quatuor foramina. (hoc mentitur. habuit unum, duo, ut vidimus.) *deinde quinque & ſex* (etiam hoc impudenter fingit.)

quibus

quibus ſimul ac ſeptimum fuit additum, *& tibia antiqua geminata fuit & modos antiquos geminavit Terpander*. „Credamne haec oculis legens meis? *Quibus ſimul ac ſeptimum fuit additum!* At, mendax Graecule, ubi hoc legiſti nominatim *de ſeptimo foramine* non jam dicam a Terpandro, ſed a quoquam addito? id tibi certe ebria nocte in mentem venit, Polypheme; & ſic a te cum tibia confuſa fuit fiſtula.

Fiſtula diſparibus ſeptem compacta cicutis.

Putarem Miſerum in errorem inductum a Caſp. Bartholino, niſi ignaviam ὄνȣ noſſem. ille enim de Tibiis C. V. p 56, ait: *Septiforis tibia dicitur Sidonio Apollinari* L. I. Sed fallitur vir diligens alioquin. Nam L. II. Ep. 2. haec ſunt verba Sidonii: *Cui concentui licebit adjungas* fiſtulae ſeptiforis *armentalem Camoenam*.

At omnium inſcitiſſimum & mendaciſſimum eſt, quod addit. *Tibia antiqua geminata fuit, & modos antiquos Terpander geminavit*. Quid, ſtupidum animal, an tibia geminata poteſt dici, quando plura foramina accipit? tum geminata dici potuit tibia, cum tibiae dextrae & ſiniſtrae inventae: cum *geminis Tibiis*, διδύμοις αὐλοῖς uti coeperunt; a fraterculo tuo Marſya inventis.

At *modos antiquos Terpander geminavit* „ tandem e mendaciſſima gula iſta audet prorumpere! *Terpander* modos auloedicos geminavit? *Terpander!* cum aperte *Clonas*, qui poſt Terpandrum vixit, a Plutarcho dicatur πρῶτος συςῆναι τȣ̀ς νόμȣς αὐλῳδικȣ̀ς. Et Pollux Νόμȣς Ἀπόθετον & Σχοινίωνα ad *Terpandrum* perperam referri eo argumento probet; quod illi ſint αὐλητικοὶ *tibiarum*: quibuſcum nihil *Terpandro!* Impudentius & magis praemeditatum, ut Lectorem fallat, vidi numquam mendacium. Diſce Lector, diſce, quaeſo,

quaeſo; homini diffidere, qui ita tibi mendaciorum ſeriem non mediocrem obtrudere non erubuerit. Nam ex omnibus hiſce dictis ne quidem unum probare valebit.

Pergula pictorum; veri nihil; omnia falſa.

Nondum deſinit. οἱ πάλαι νόμοι *commode ſignificant nomos antiquiſſimos, ita* τὴν ἔμπροσθε μουσικὴν *commode iſtam Muſicam, quae proxime ante Terpandrum obtinuit.*“ Fruſtranea eſt illa diſtinctio. nam οἱ ἔμπροσθεν & οἱ πάλαι de iisdem dici poteſt. ἔμπροσθεν paſſim etiam de longiſſime praeterito tempore. Sed hoc nihil ad me vel ad rem: „*Pertinent autem abſque dubio ad hoc lyrae & tibiae augmentum ſeptem nomi citharoedici & ſeptem nomi auloedici, de quibus Plutarchus.*“ Imo huc abſque dubio nihil faciunt, & nihil habent commune cum augmento lyrae & tibiae. Augere lyram chordis & tibiam foraminibus minime idem eſt atque augere νόμους κιθαρῳδικοὺς vel αὐλῳδικούς. Cuivis Lectori haec inſpicienti ſolemnes Pavonis ſtrophae ſtatim patent. Ideo autem ſolum horum ſeptem nomorum meminit, ut perſuaderet Lectori, quaſi a ſeptem chordis & ſeptem foraminibus, quae fingit, penderent hi nomi. Νόμους non pependiſſe a foraminum numero in Tibiis: nec a chordarum numero in Cithara, eſt veriſſimum. & vel inde id patet, quia Plutarchus modo *ſeptem* nomos citharoedicos memorat, & tamen cithara longe ante Plutarchi tempora jam plures quam ſeptem acceperat chordas. Vide modo Boëthium eodem loco. & Nicomachum L. II. p. 35. Et foramina in Tibia non fuiſſe ſeptenario numero circumſcripta facile colligimus, quia multitudo eorum celebratur paſſim. conſulatur Barthol. l. 5. p. 56. Sed homo nihil hic intellexit, & re vera Lunaticus fuit, cum lyram & tibiam, chordas & foramina, nomos

mos & ipſa inſtrumenta inſcitiſſime confudit, ut omnibus & ſingulis patet nunc.

At concedamus haec omnia. Quid! an verbum διπλοῦσθαι ſic aptum hic? Minime gentium. Si quis jam vel e *quatuor octo* feciſſet, & ſermo eſſet de *tibiis*, tamen a ſimplicitate ſtyli lapidarii longe abeſſet, illam mutationem indicare verbo διπλοῦσθαι: nedum ut ea vox adhibita fuiſſet, cum aliquis modo unum foramen vel unam chordam, vel unum nomum addidiſſet. Inſcriptionis auctores enim tum potius dixiſſent τοῖς νόμοις προστεθεικέναι ἕνα τὸν ἕβδομον. Iſtud διπλοῦσθαι re vera *abhorret ab indole Marmoris* & ſtylo Inſcriptionum ſimpliciſſimo. Poëticum eſt. in ea lingua *bis quatuor* ſunt *octo*. Quid quod activum διπλοῦν longe adcommodatius eſſet? Egoque adeo mihi blandior meum διορθοῦσθαι etiam nunc ſuos fautores habiturum.

At pro noſtro ἤσκησε Pavoninus ſtolidus ſtupor (qui altius generis, quam ille CASAUBONI STUPOR celebratus ad *Theophraſtum, vel STOLIDITAS J. A. FABRICII decantata ad Anacreontem. †) repoſuit ἐκέλησε. *Apage, apage ſomnia febriculoſa* non *Casauboni*, ſed Pavi. ‡ Verbum poene nullius auctoritatis. Apud Heſychium, puto, ſolum occurrit. Nam non κελω vel κελέω, ſed κέλομαι & a κελοῦμαι κελήσομαι dicitur. & id ſolum a Poëtis uſurpatur. Sed Pavoni cum ſuis Activa, Paſſiva, Media; Pro-

* P. 68. p.

† Illam ſic increpat ibi p. 181. „*hoc verbo commemoro, ut videas, quam* STOLIDE *Vir doctus pro τῇ ἐπαφῇ ibi* (in Schol. Apollonii L. II. 1148) *reſcripſerit τῇ βαφῇ.*" At ſic reſcripſit Fabricius in Bibl. Gr. L. I. C. X. p. 71. Et hic tamen idem ille Fabricius eſt, quem malebat prae J. Gronovio edidiſſe Manethonem, ut vidimus p. 643. Vanni. Sed ſic ſolet ille amicos. Quid ais, Lector!

‡ P. 51. p. 64. p. 151. p. 197. Theophraſti.

Proſaica, Poëtica; Aeolica, Dorica, Ionica, Attica; Antiqua, Nova; Sacra, Profana miſcere ſolis & libet & licet. Nonne haec igitur per quam commoda & facilis emendatio! At praeterea non debet ſecundum *Naſutam Naſuti* Viri interpretationem* hic ἐκέλευσε *juſſit*, quemadmodum interpretatur Heſychius, ſed *ſuaſit, hortatus eſt*; ſignificare. Quis finis nugarum erit? Imo egregium finem ineptiis hac in Praefatione contentis & ceteris inponam: & ex quo ſolo cognoſcas, quo hominis temeritas & ignorantia progrediatur etiam in ſcripto, ubi cautiſſime mercari debuiſſet.

Ergo ait tandem. „ *Nomi citharoedici ſeptem ſunt:* Βοιώτιος, Αἰόλιος, Τροχαῖος, Ὀξὺς, Κηπίων, Τερπάνδρειος, Τετραοίδιος. *Auloedici ſeptem.* Ἀπόθετος, Ἔλεγοι, Κωμάρχιος, Σχοινίων, Κηπίων τε καὶ Δεῖος, Τριμελής. *corruptum haud dubie eſt in auloedicis* τε καὶ δεῖος. *quod ad* τετραοίδιος *in citharoedicis accedit prope, & propius adhuc ad* Τετράδειος. *videbimus accuratius ſuo loco.*" Suo loco, Dii boni! An Plutarchum igitur totum: an ſolum de Muſica editurus eſt perpetuus jactator imaginariarum ſuarum lucubrationum, & callidus ignorantiae diſſimulator? Sed hoc non agimus. τε καὶ Δεῖος *corruptum eſt.* Imo piſce ſaniora duo priora vocabula ſunt. In ultima autem voce rurſus & diffuſam lectionem ſuam & acumen Criticum oſtentat indoctus Pavo. Quid, illene, qui forte quinquagies ſe Pollucem editurum jactavit, illene ignoravit apud eum ſcribi L. IV. C. 9. §. 66. Νόμοι δὲ αὐτῶν, ΔΙΟΣ, Ἀθηνᾶς, Ἀπόλλωνος. Jovis, *Minervae, Apollinis.* Eat, nunc, & adcuratius in haec ſuo loco commentetur. Nemo enim dubitabit, quin illud Διὸς Plutarcho ſit teſti-

* Salmaſii p. 104.

reſtituendum: licet Pollux hos nomos dicat eſſe τῶν ψιλῶν κιθαριστῶν. *minorum*, ut vertunt, *citharoedorum*, at Plutarchus recenſeat inter Αὐλῳδικοὺς. Id enim nihil turbat, quippe in aliis ſic variatum apud auctores circa haec eodem loco oſtendit Pollux. σφάλλονται, ait, ἢ οἱ καὶ Ἀπόθετον προστιθέντες αὐτῷ καὶ Σχοινίωνα. ἤτοι γὰρ αὐλητικοί. *falluntur autem, qui Apotheton etiam & Schoeniona ei* (Terpandro) *attribuunt. ſunt enim hi tibiales.* At video, ſcrupulus adhuc te angit, Lector Graece non ignare. Nam quis ita loquitur? Σχοινίων, Κηπίων ΤΕ ΚΑΙ Διὸς, Τερμελὴς. illae ſane conjunctiones τε καὶ hic ſcabritiem non ferendam inducunt: imo admodum probabile reddunt τετραοίδιος vel τετράδειος Pavoninum vel ſimile quid deſiderari. At hic rurſus commiſit homo aliquid fraudulento quovis veteratore digniſſimum. Scilicet ut oculos mentemque eruditi, ſed incauti, Lectoris faſcinaret, alteram conjunctionem *omiſit* ante vocem Τερμελὴς. Legitur enim optime ubique κηπίων τε καὶ Δεῖος, ΚΑΙ Τερμελὴς. Hoc ultimum flagitium tale eſt, ut Lectoris vel patientiſſimi non poſſit non provocare indignationem: & primum fere locum inter tot literaria Pavonis facinora mereatur.

At ſic excuſſa refutataque a capite ad calcem rurſus hac Theophraſtea Praefatione, ſane non minus calumnioſa, mendaci & indocta, ſed longe inſulſiore, quam illa prior Ariſtaenetica fuit, abunde de nuperis Trajectini Balatronis ſtuporibus & furoribus egiſſe videmur: & ſic tandem diatribis noſtris impoſita hoc Paedagogicae faecis ultimum purgamentum ſibi Malaeque Menti relinquere ſic decretum eſt. Neque ipſa fatui Peponis ad Theophraſtum ſomniculoſa commenta nunc excutere vacat: vel etiam domeſticum hominis faſtum

ſtum denuo retundere: vel in ſummos praeteriti hujusque ſaeculi viros novam ſacrilegae linguae petulantiam hic rurſus refellere libet. Nec opus. Nam quid niſi foetor hac Critica e σκωερμίδι amplius exſpectari poteſt!

Tu jam, benigne Lector, ſi quid a me forte durius hic illic dictum arbitreris; ſed vix arbitrabere, confido: Reminiſcere eorum, quae praefatus fui: Reminiſcere non cum aberrante mihi homine, ſed cum ferociente & ſtolida rem fuiſſe bellua. Nec tamen joci noſtri eo progreſſi fuerunt umquam, quod in celeberrimo & numquam male de ſe merito Britanno Ariſtarcho fecit iſte, ut ceu *ſceleſtum Maſtigiam devoverim.* Tam longis tibiis ſoli Pavoni canere licet, libetque. At Feriae inſtant, otiumque faciunt. illas hilariter, hoc, ſi libet, aliqua ex parte in his, Lector Erudite, tranſige. Nos autem lubentes hinc ad placidiora Muſarum ſacra nos recipiemus. At ſtrenas haſce ſibi habeto Pavus.

B.

FINIS.

INDEX AUCTORUM PRISCORUM,

Qui

Vel corriguntur vel exponuntur.

A.

Aeschylus. 70.

Aeschines. 305.

Alcaeus, *vide* Hephaeſtion.

Alcaeus Comicus. 270*

Alciphron. 617.

Anacreon. 64. 102. 103. 243. a p. 557 ad p. 576.

Anthologia. a p. 134. ad p. 218. a p. 252. ad p. 263. 328. 345. 363. 381. 387. 512. 532. 570. 610.

Apollonius Rhodius. 335. 337. 352. 377. 386. 393. 394.

Apollonius Dyscolus. 502. 571.

Apostolius. 607.

Aratus. 385. 393. 417.

Arcadius Grammaticus. 502.

Aristaenetus. 62. 104. 262. 302. 430. 432. 442. a p. 595 ad p. 620.

Aristides Quintilianus. 413. 514.

Aristophanes. 227. 328. 329. 440. 503. 553.

Aristoteles. 462.

Athenaeus. 239. 476.

Auctor apud Suidam. 360.

C. Quin-

C.

QUINTUS CALABER. 61. 63. 65. 69. 71. 187. 188. 225. 331. 333. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 352. 355. 356. 357. 358. 363. 370. 376. 377. 378. 380. 383. 384. 386. 388. 391. 392. 513. 610. a p. 577 ad 594.
CALLIMACHUS. 337.
CATULLUS. 482.
CHRYSOSTOMUS. 617.
CLEMENS ALEXANDRINUS. 398. 651.
COLUTHUS. 348.
CRATINUS. *vide* Hephæſtion.

D.

DIODORUS SICULUS. 385.
DIOGENES LAERTIUS. 150. 151. 152.
DIOMEDES *in Artem Dionyſii.* 481.
DIONYSIUS PERIEGETES. 394.
DRACO περὶ Μέτρων. 418.

E.

EPICHARMUS. *vide* Hephaeſtion.
EPIGRAMMATA Graeca. 58. 174. 640. 642. vide Anthologiam.
ETYMOL. MAGN. 487. 490.
EURIPIDES. 248. 329. 375. 451.
EUSTATHIUS. 271. 268* 270*

G.

AULUS GELLIUS. 533.
GLOSSAE LABBAEI. 268.

H.

HARPOCRATION. 179.
HORAPOLLO a p. 543. ad p. 556.

INDEX AUCTORUM.

Hephaestion. 53. 55. 56. 63. 67. 68. 179. 237. 364. 368. 369. 370. a p. 415. ad p. 542. 503.

Herodotus. 270.

Hesiodus. 227. 339. 347. 382. 390. 450.

Hesychius. 45. 213. 254. 269. 273. 278. 288. 291. 293. 311. 456. 460. 486. 489. 502. 515. 582.

Homerus. 45. 249. 326. 335. 341. 346. 367. 389. 394. 395. 511.

Horatius. 446. 461. 482. 520.

Hipponax. 438. 570. 457.

I.

Inscriptiones. 174. 315. 317. 651.

Justinus. 173. 213.

L.

Lesbonax περὶ σχημάτων. 344.

Lucanus. 173.

Lucianus. 54. 328. 174.

M.

Manetho. 385.

Manilius. 116. 161. 403.

Maximus Tyrius. 528.

Menander Comicus. a p. 224 ad p. 251. 297. 300. 306. 327. 553. 608.

Moschus. 379. 388.

N.

Nicander. 230.

O.

Oppianus. 367. 555.

Orpheus. 363. 373. 378. 398.

Ovidius. 165. 382.

P. P4

P.

PALAEPHATUS. 248.
PAROEMIOGRAPHI. 299. 607. 609.
PHOTIUS in Lexico. 312. 480. 487.
PINDARUS. 595.
PLATO. 615.
PLUTARCHUS. 220. 550. 659.
POLLUX. 248. 273. 275. 277. 278. 290. 467.
POLYBIUS. 501.
PRISCIANUS. 395. 504. 509. 532.

S.

SACRAE LITERAE. 115. 572. 573.
SAPPHO. vide Hephaeſtion.
SCHOLIASTES Euripidis. 272.
——— Juvenalis. 259.
——— Lycophron. 438. 457.
SOPHOCLES. 92. 271.
STATIUS. 330. 592.
STOBAEUS. 608.
STRABO. 451. 461. 490.
SUETONIUS. 196. 493.
SUIDAS. 276. 295. 360. 490.

T.

THEOCRITUS. 227. 341. 419. 491.
THEOGNIS. 66. 92. 451.

V.

VIBIUS SEQUESTER. 72. 220. 221. 222.
VIRGILIUS. 366. 367. 593.

X.

XENOPHON. 303.

INDEX
RERUM ET VERBORUM

A.

A *in Compoſitis pro O.* ἀργεϕύλαξ, ὑδρηϕόρος. p. 220. 440
--*producitur in* ἀαγὴς. ἀδεὴς. 353
— *ex H. Ionica in Dialecto Dorica producitur.* ἐνάνεμος. 451
A. I. Υ. *non poſſunt pro lubitu produci vel corripi.* 202
Ἀβραμίας. 292
Abucara (*Philippus*) *Schol. Hephaeſtionis.* ejus *aetas.* 498
Accentus *Graecorum.* 332
Accentuum *Canones ſequendi.* 581
Activa *pro Mediis.* 548. *Cur plura olim apud Graecos & Latinos, quam Media & Deponentia.* 549
Ἀδιάϕορος *ſyllaba.* 468
Adjectiva. *pro ſubſtantivis.* 353. *in* ιεις *a ſubſtantivis copiae, poſſeſſionis.* 144. Maſculina *pro femininis* 156. Maſculina *ab Atticis junguntur femininis* 600. Adjectivum *uni ſubſtantivo additur, alteri non.* 21
Adpoſitio. 35
Adſpirationis *vis.* 39
Aeacides. *Peleus & Achilles.* 382
Aegates. 311
Ἀέναος *id eſt* ναρμὸς. 353
Ἀὴρ. Caligo. *maſculini generis.* 108
—— Aër. *feminini generis.* 108. 381
Aërius. 591
Ἀερίαχος. 353
Ἀγαθὰ *de Cibis.* 486
αι. ει. 224
αι & ε. 316
αι & οι *non corripiuntur ante conſonantem.* 385
Αἰγλη. *Aeſculapii filia.* 291
αἰόλος *de Muſicis.* 154
Αἰθιοπιάς, ἀδος. 197
Αἰθωνία. *Diana.* ibid.
αἰκέϕαλοι *verſus.* 351

ἀκρο-

ἄκρατα. 174
Alcaeus *Comicus.* 271. *
Alcaeus, *Lyricus.* ejus *Fratres.* 460. *quando vixit.* 472. *decem Libros Lyricorum ſcripſit.* 179
Alcides, *Amphitryon & Hercules.* 382
ἄλη. 230
ἄλειφα. 581
Ἀλέξανδρος *jactus.* 170. 265
ἀλίαν. 231
ἄλμυρος. ἅλιος 234
ἀλωὴ Διός. 343
ἀλῶναι & ἀλῆναι. 61
Ἀλφειαία Ἄρτεμις. 527
ἀλὺς. *producitur & corripitur.* 62
Alveolus. 310
ἀμάκαρς. 501
ἀμοιβάδιος. 584
ἀμπελία. 280. 292
ἀμφιέπειν. 254
ἄμυδις. 369
ἀνάκειται. *per ellipſin deeſt.* 199
ἀνακλώμενα *Metra.* 451
Anacreon *quinque Libros Lyricorum ſcripſit.* 178. 193
—— *utitur Dorica Dialecto.* 481. 571
Ejus Fragmenta nova. 570
—— *Epigrammata.* *ibid.*
Anacreonteae *Odae Verſio.* 563
Anacreonteorum *Poëtae Gazaei.* 571
Anapaeſti *an in Heroico verſu.* 338. 348 357. 378. 512. *caeſura carent.* 323. 340. *ultima ſyllaba non indifferens.* 470. 515. an & *cur non & in Iambico Tragico.* 517. 470
Anapus. 222
ἀναῤῥόον. 588
ἀναξορήσιν. 607
ἀνδρείοισιν *an dicatur.* 585
Ἀνδρομέδα *Sapphonis.* 522
ἀνέθηκε *per Ellipſin omittitur.* 199
ἀνιγρὰς. 357
ἄνθρωπος. *pro* τὶς. 239
Antigenides. 650
Ἀντίγονος *in Alea.* 265
Antipater *Poeta an Rhetor.* 165
Antonia *minor.* 189
Antrum *Panos Athenis.* 54
ἄφθιτος. *immortalis.* 33
Ἀφροδίτη & Κυθέρεια. 189
ἀφλὰν. αὐτὸν. 316
ἄφωνα. 507
ἁπλότης & ἁπαλότης. 606
ἄπλετος. 34
ἀπὸ *pro* ἐξ & ὑπὸ. 166
ἀπόῤῥητος. 609
Apoſtolii (Mich.) *Lexicon Graec. Lat.* 151
Apoſtrophos *excludit* N. ἐφελκυστικὸν. 247. 249

ἀεσ.

ἄεϱ. 227
Arabia. 351
Arcadius *Grammaticus.* 502
Arcus. *inde locutio transfertur ad conjecturas & ſermonem.* 171
Arena *Maris. utrum litoralis tantum, an & Fundi.* 573
ἀϱγὸς. *ſic ſemper.* 388
Ἄϱγος Πελασγικόν. 54
Ariſtaenetus. *ejus aetas* 208. *dicendi quam faciendi ſtudioſior.* 597. *an amicus Libanii.* ibid. *Sophiſta.* ibid. *ejus Editio quarta poſt Merceri mortem.* 430. 596
Ἀϱισόδαμος. 202
Ariſtogiton. 478
ἀϱιϛοκλῆς & κλεάϱιϛος. 427
ἀϱιθμεῖ. ἀϱιθμῶ. *an* ἀϱιθμὸν τϱεῖς. 260
ἄϱμενα. *convivale inſtrumentum. an arma.* 478
ἄϱοτος & ἄϱοτϱον. 610
ἄϱοτος παίδων. 609
ΑΣ *in participiis Maſculinis an brevis.* 236
ἀσάμβαλος. 438
ἀσαϱὸς. ἀσηϱὸς. 529
ἀσπάσας. 549
ἀσταϱὸς. 529
ἀσυνάϱτητος. 468. 482
ἀτεϱπιλὸς. ἡ. 584
ἀτϱεκὴς. 147
Ἀτθὶς. *amica Sapphus. neſcio quid propudioſi.* 522
ἄτης. *aenigmaticum.* 523
Auctores *edendi optima ratio.* 405
Augmenta *male neglecta.* 63. 236. 548
αὐλὴ Διός. 343
αὖϱος. ἄβϱος. 611
αὐτὰϱ. *ultimam producit faepe.* 367
αὐθάδεια. 230
ἄζεσθαι. 66

B.

B & Υ. 611
Bacchus νεὸς. *Junior.* 535
Βάϱαθϱα & βέϱεθϱα. *quid.* 490
Barba *unguitur.* 572
Bathyllus. *Bathylli diſcipulus.* 209
Baubo. 400
Βοᾶν. *de Corde.* 616
Βοηθεῖ. Βοῆθι. *Solemnis formula.* 317
Βολὴ. 288
Βόλια. 316
Βόλος. *res jacta & jactus.* 295
Βοϱϱᾶς. 541
Βϱόγχος. 443
Βϱοτολοιγὸς. *Mars.* 354

C.

Καβαίνειν. καβάσι. 455
Caeruleus. *niger.* 544

Caeſura *quid? ejus vis?* a p. 323. ad p. 346.
καὶ *repetitur ſaepe in uno verſu* 336. *vim pronominis habet.* 605
καίπυ. 152
κάκχασος. 281
Calbis. Fl. 589
καλλάϊνος. καλάϊνος. 142
κάλυκες. *de roſis. de frugibus.* 103
Κάμανδρος. 590
Canteri (Theod.) *Fragmenta Comicorum & Tragicorum.* 251
κάρα. 375
Caramallus. *ejus aetas.* 208. *an ejus diſcipuli ſic dicti.* 209
κασαλβάς. 273*
Caſaubonus *proſcinditur.* 542. 658
κάσος. κάσσος. 273*
καταβελμῦσθαι. 536
κέλεσθαι. *non* κέλειν. 650
κημός. *in alea.* 259
κῆν. καὶ ἐν. 153
κῆπος. *Pavonino ſenſu.* 568
κέραστα. 418
Ceres. *eadem cum Cybele* 533
χεὶρ. *de alea.* 257
Χείρωνες. *Fabula.* 570
Χελιδὼν. χελιδονισαὶ. 545
Χῖος. *jactus teſſerae & tali.* 163. 170
Χῖος & Κῶος. 97
χοίνιξ. χοινίκιον. 272
χρεσογέλως. *an dicatur.* 464
χρησιμώτατος. & χρησάμενος. 488
κίγκασος. 281
κίκκος. 293
κινδῦνος. κινδυνεύειν. 504
κινεῖν τὸ ἀφ' ἱερᾶς. 268* 270*
Cithara. *quot chordas habuerit.* 649
κιξάλης. 293
κλεήσιππος & ἱπποκλῆς. 427
κλειώ. 199
κλέπτειν. 235
κλίμαξ. *in turricula.* 258. 262
—— ἠερίη. 591
κλίνεσθαι. *de aegrotis & mortuis.* 144. 161
Clonas. *Tibiae modos conſtituit.* 649
κνίσση. κνίδη. κνίζη. 444
κογχία. 275
Cocytus. *e Styge oritur.* 222
Κόμμα. *Caeſura.* 325
Comma. *in eo ultima ſyllaba indifferens.* 469
Comparationes. 576
Compendia literarum *quaedam ridicula.* 547. 548. 552
Conſonantes. *ſemivocales. mutae. liquidae.* 501
Κῶλον. vide *Comma.*
Κῶος & Χῖος. 297
κοπιᾶν & κοπάζειν. 236

Κορλαννώ. κορλαννοί. 487
Cornu. *in alea.* 259
κορώνη. κορωνισαὶ. 545
κορύττειν. κυρίττειν *non* κυρύττειν. 457
Creticus. *an in Heroico.* 346
Crinagoras. *ejus aetas.* 189
κρίσις. *an facultas judicandi.* 29
κρῦσις. κρύμαζω. ibid.
κτ. *ante has literas ſyllaba an corripiatur.* 249
κ. τ. λ. *an olim in uſu.* 182
κυβέυειν. *de omni luſu.* 300
κυπαιρίσκος. 456
κύπαρος. 568
κυπασὶς. κυπασίσκος. κυπασσίσκος. *Veſtis.* 456
κύπελον. *an pro* κύπελλον. 583
Κυθέρεια & Ἀφροδίτη. 189

D.

Δ & Λ. Λ & Δ. 449
Dactylus *in Iambis.* 297
δαίσασθαι γάμον. 433
Δαρεῖος. *jactus.* 265
ϑ. *producitur.* 334. 361. *quomodo ſcribatur.* 600
δήϊος. 275
Democritus *in Aſtronomia.* 571
deſiderare. 66
δῆθεν. *in Ironia.* 422
Διαγραμματισμὸς. 275
Διαίρεσις. 365
Διακενᾶς. Διακένως. 513
Διακναίειν. 451
Dialyſis. 365. 531
διὰ μέσου. 8
Diana. *Alpheaea.* 52
— μογοσόκος. λοχεία. 20
Διασείειν. συκοφαντεῖν. 30
Διάσειστος Ἀστράγαλος. 30
δίβος. *in alea.* 26
δίχορδος πηκτὶς. 64
διπέλος. 59
Digamma Aeolicum F. 35 *lene & aſperum. etiam in mediis vocibus.* 39
δινήεις *id eſt* ποταμὸς. 35
Dinomenes. *Gelonis pater privatus* 473. 479. *an Al-caeo celebratus.* 475
Diodorus, Thebanus. 650
διώκειν. 562
διορθοῦσθαι. 653
Διὸς νόμος. 659
Diphthongus *corripitur ante vocalem.* 379. 419. *non corripitur ante Conſonantem.* 385. *poſt Apocopen an corripiatur.* 237. *impropriae.* 420
διποδία. *ejus vis.* 327. *in Anapaeſticis voce finitur.* 440
Diſcipuli *Pantomimorum nomine* Magiſtrorum *dicuntur.* 209. 211
Divus. *divinus.* 267
δμωϊὰς. 376

δονια

δοχμιακὸς non δοχμαϊκὸς. 526
δῶρα Ἀφροδίτης. *Forma.* 644
——— Ἀρτέμιδος. *Venatio.* ib.
——— τῆς Ἐργάνης Δαίμονος. *lanificium.* ibid.
——— Μουσῶν. *Carmina.*
Dorica *Dialectus in ſecunda perſona Fut. Med.* 35. 148. 169
Doris *Juno Marina.* 453
δυσπαίπαλος. 471

E.

ἢ ῥά γε. 144
ἔχω *in re Venerea.* 242
Ecphantides. 485
Editio *Auctorum qualis optima.* 405
ἠέριος. *de montibus. arboribus. ſcala.* 591
ἐγώνη. 502
ει & η. 271 * 317
εἶλαρ. 578
εἶμεν *pro* εἶναι. 27. 640
εἴσος. 383
εἴσαθι & εἶσαθι. 491
ἐκκορεῖν. 545
ἐκπηδᾶν. *de Corde.* 616
ἑκτοσκαιδέκατος pro *decimus ſextus* barbarum. 255
ἐλήλυθμεν *pro* ἐληλύθαμεν. 421
Ellipſis. Academia. 354. ἄγαλμα. 195. ἀὴρ. 381. ἀνάκειται. 199. ἀνέθηκε. 199. ἄρης. 354. *Bellum.* 354. εἰκών. 195. ἔτη. 354. ἔπος *in* τοῖον οἷον. 380. 590. *Filia.* 199. *Porta.* 354. *Uxor.* 199. χρόνῳ. 23
ἐμβατεύων. 52. 445
ἡμέριοι. *homines.* 49
ἐμεῦ. *Doricum & Ionicum.* 571
ἡμίφωνα. 507
ἔμπροσθεν. 657
ἐνιστάμενος. *inſtans. praeſens.* 544
ἔννη. *an nomen proprium.* 462
ἐντύνεσθαι. 351
ἕως ὁ *in principio verſus.* ib.
ἧως *pro* ἕγεν. 506
ἑὸς & τεός. 355
ἐπ᾽ ἀμφότερα ἐπ᾽ ἄμφω. & ἐπ᾽ ἀμφότερα ὦτα. 232
ἐπειδή. *in principio verſus.* 351. 510
ἠπεδανός. 37
ἐπεξήγησις. 350
ἐπίβδαι. ἐπίβδα. *quid.* 465
ἐπιμελεῖσθαι *non* ἐπιμελεῖν. 63
ἐπιωνικὸν. 534. 537
ἐπῳδὸς & ἐπῳδή. 434
ἔφηβος. *jactus.* 169
ἐφημέριοι. *homines.* 49
ἐφιμεροῦσθαι. 520
Epione. *Aeſculapii uxor.* 191
ἑπτάχορδος κιθάρα. *multis tribuitur.* 650
ἑπτάμυξις. 369
ἑπταρόγυιος. 437
ἦρ. *Ver.* 472
ἦρα-

ἤρανος. 453
ἔργον. *bellum.* 384
ἐριαύχην & ἐριαυχής. 45
ἐριώλης. 505
ἐρισμάραγος. 43
ἐρισφάραγος. *ſonorus.* 45
ἑρπετὸν. *Volucris.* 523
ἐρξίας. 518
ἐσθλὸς. *prima brevi.* 508. *non Homericum.* 583
ἐστίη. 370
ἔστιν. *qua nota ſcribatur.* 600.
ἔστι ἢ ὅτε. 601
ἔστω. δεδόχθω. 611
ἔτα & ἰῶτα. 262.
ἔθυξε. *in alea.* 259
ἑταῖρος & ἕτερος. 606
ἕτερος & ἄλλος. *differunt.* 273
ἑτέρωθεν. ἑτέρωθε. 582
εὖ. 367
ευ an corripiatur ante vocalem. 378
εὔχαλκος. *male ſcribitur.* 367
εὐκέαλος. *arborum epitheton.* 586
εὐμεταθεῖν. 602
ἐϋμμελίης. 579
εὐνὴ & ἔννη. εὐναῖης & εὐναιης. 463
εὐολνιστος. 379
Euphorion Cherrhoneſiotes. *ejus* Θεξ. *ejus* Διόνυσος. 489
εὔπωλος. *an de terra.* 454
Euſtathius. *Archiepiſcopus.* 272 *

F.

Fatum. *de eo diſſertatio inepta.* 587
Felis *mejens.* 50
Femina *cum viro componitur.* 575
Feminina *compellatio viro datur.* 25
Finalis ſyllaba. *ejus vis.* 326. 327. 328
Foramina tibiae. *quot. non certo numero. non ſeptem aucta non a Terpandro a quibus.* 650
Fabricius (J. A.) *convitiis petitus.* 658
Fragmenta *Comicorum, Tragicorum.* 251
Fritillus. 258. 273* 274. 308
Fulgur. fulmen. *ſonat.* 594

G.

Gallus Gallinaceus *varia in Symbolis*: & Poëtam *notat.* 149. 157
Galli. *exoleti. vectigal perdunt.* 532. *Sacerdotes Cereris.* ibid.
γὸ οἱ *Spondeus.* 391
γεγωνεῖν. γεγωνίσκειν. γεγωνοῖ. γεγωνός. 150
Gelo. *quando Gelae: quando Syracuſis tyrannidem occuparit. Patria. majores.* 473

Ge-

Genitivi παθηλικῶς ſignificant. 271 *
γοργωπός. 141. 288
γράμματα Ἐφέσια. 232
Grotius (H.) ſugillatus. 210. 230. Ejus Verſio Epigrammatis. 135
Γυρῖνα Βάτραχοι. ranae ſpecies. 528
Γυρινώ. amica Sapphus. ibid.

H.

Harmodius. 478
Hartungi Annotata in Calabrum. 587
Hemi-Iambi. 360
Hendecaſyllabi ad Linum. 624
Hephaeſtion bis an ter editus. 410. in eum Prolegomena Longini. 409. Scholia. ibid. augentur. 417. 418. 434. & aliis locis. Quis eorum auctor. 498. aetas. 418
Hiatus evitatur a Graecis Comicis. 225
Hypermetri verſus. 338. 356. 358

I.

I & EI. 365. 373. I & OI. 505
Iambi Puri, Tragici, Comici. 359
ἱερὰ γραμμή. 273. 268 *
ἱερὰ νόσος. 267
ἱερός. an Divus. ibid.
infantes vivi voventur Diis. 196. 199
infantum ſtatuae dedicantur. 196
infinitivus pro Imperativo habet Accuſativum vel Nominativum. 341
Inſtare. praeſens eſſe. 544
Interrogationes Poëticae. 435
Ἰόβακχοι Archilochi. 483
ἰῶτα. apud Graecos numquam vel raro Jod. 362. 512. apud Latinos aliquando Jod. 403. quando patiatur συνίζησιν. 229
ἰωτακισμός. 262. 291. 641
Iovis βρονταῖς varia Epitheta. 43
ἴπτεος. 556
ἴς ἡλίου. ἀνέμου. 416
ἰσήμοιρος. ὁ. ἡ. 552
ἰσοδύναμα junguntur. 455
ἰσίν. 370
ἴσρος. & οἶσρος. 505
Iulus. 403

L.

Λ & Δ. Δ & Λ. 449
Labor Pelagi. παθηλικῶς. 271
λαῖμα. 553
λαῖτμα & τέλμα. 489
Latinitas vitioſa. 544

Lectiones varias *etiam ſimpliciter commemorare utilitatem habet.* 578
Lectiones *verae in contextum recipiendae.* 443
ληκύθιον ἀπώλεσεν. 518
Leones, *leoninis rictibus fontes ſcaturiunt.* 551
Leontius. *ejus aetas. varii.* 208
λέως. τελέως. 502
Lesbonax περὶ σχημάτων. 342
Λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον τῆς χρυσοποιίας. *ineditum.* 143
Libens lubensque. 201
Linea ſacra. 273. * 268*
λίπος *an* λῖπος. 524
Liquidae. *producunt.* 332. 507
Literae θ. φ. χ. *quatenus duplices.* 479
Literae initiales *in Codd. Gr. raro omittuntur.* 212
—— non liquidae *producunt.* 332
λοχεύεσθαι. μαιεύεσθαι. 505
λόχος. *de Equo Trojano.* 350
Λογαοιδικά. 524
Λόγος καὶ Λογίνα. *Epicharmi Fabula.* 525
Longini *Prolegomena in Hephaeſtionem* 539. 540
Ludi *Toccadillo. Trictraccus. Dominarum.* 264. 275
λυεὶς. 515
Lyra. *quot chordas habuerit.* 649
λυλὸς & ἄζυξ. *idem.* 254

M.

Majuſculae literae *in Graecis Codd.* 212. 300
Μάνης. *jactus.* 277
Manſio. *caeſura.* 325
Manus. *de Alea.* 257
Manu *ſagittae mittuntur.* 591
Marcellus (M. Claudius.) 191
μαλεύω. μαστεύω. 446
μέγα & μέγ. 339
μεγαλάυχην, μεγαλαυχῶν. μεγαλαυχής. 45
Melanchros. *Tyrannus Mitylenae.* 460
μελιχρὸς. *media longa & brevi.* 368. 488
μελιχρὸς. ἡδύς. 460
μελίχρυς. λευκανθής. ibid.
μέλισσα. *blandimentum.* 620
μὴν *productum ante* οἶ. 394
μενχίχμης. 480
Μένων. *varii ejus nominis.* 521
μῆνος ἡλίου. 416
Meretricum *nomina.* 124. 487
μήσασθαι. 647
μεταμφιάζαμαι. 610
Μετανεῖρα. 542
μετάθεσις. 234. 437

Metra.

Metra. *diverſa junguntur.* 186. *& quidem ob quantitatem vocum.* 247
Μίδας ἐν κύβοις εὐβολώτατος. 276
MN. *non ſemper producit vocalem.* 421
Μναῖς. 531
μόδιος. *in alea.* 257
μονόχωρος. 264
Muſae *pro Poëtis: Muſicis ſtudiis.* 154
μουσοπόλος. *Adjectivum & feminini generis.* 155
Mutae. 507

N.

N. ἐφελκυστικὸν. 449. *ante vocales aliquando ab Ionibus negligitur.* 70. *ſaepe male neglectum.* 328
νεωκόρος. νειοκόρος. 199
Νηρηΐδες. Νηρεΐδες. Νηρῇδες. 375
νήσαθς. 645
νίκα. *ſolemnis formula.* 317
νικήεις. *victorioſus.* 141
Nomina *propria dupliciter componuntur.* ἄρχιππος & ἵππαρχος. στρατοκλῆς & κλεόστρατος. 427
Nominativus *cum Articulo pro Vocativo.* 141
Νόμοι Μουσικοὶ. 649
—— κιθαρῳδικοὶ & αὐλῳδικοὶ *diſtinguendi.* 649
νόσος θήλεια. *quae.* 532
Notae *in teſſeris àn quadratae.* 294
Nutricula Vatum *Caecilius.* 205
Nutus *Jovis.* 44

O.

Ὀδὸς *pro* οὐδὸς. 247
Ὀδυσσεῖς. *titulus Fabulae.* 439.
οι. ei; ſibi. *producit ſyllabam.* 391
οἱ *pro* οὐ. 587
οἰνὸς. *unio in teſſeris.* 126. 288.
οἷον ὡς. 514
οἰστοβόλος ἰῶν. 173
Olympionicae. Nemeonicae. 204
ὁμιλεῖν οἴνῳ. *bibere.* 487
ὅμιλος *an* ὁμιλητὴς. 465
ὁμοιοτέλευτα. 587
ἂν. *redundat.* 247
ὦναξ & ἄναξ. 459
ὦς *pro* οὖς. Σαπφῶς. *Aeolice.* 461
ὡς. ſicuti. *omittitur.* 172
ὡς οἷα. 514
ὡὐτὸς. ὁ αὐτὸς. 170
ὀπισθίδικος. ὀπισθίσιος. 254
Orca. *in alea.* 310
ὄρνις. Gallus Gallinaceus. 149
ὄρπετον. 523
ὀρσολόπος. ὀρσολοπεῖν. 480

ὀργὴ. ἑορτὴ. 502
ὐ. *ante vocalem. ante* οἱ. 393
οὐ γὰρ ἀλλά. *etenim.* 516
οὐ μὰ τὴν. οὐ μὰ τὸν. 232. 234
οὐρανόθεν. οὐρανόθε. 582

P.

Παίδνη. 195
Palamedes. *Calculorum ludum ſolum invenit.* 269. *menſuras invenit.* 272. *literas.* ibid.
Pan χρυσόκερως. 52
πανάφθιτος. 300
πανομοίτος. 255
Pantomimi. 209. *oculis loquebantur.* 217
Papyrus. *ex ea vincula.* 243
παρέκβασις. *in Fabulis.* 535
παράγραφος. *ejus nota.* 497
παραιτεῖσθαι. 466
παραξορύσσειν. 607
παραῤῥόον. 588
παρίαμβος. & πυῤῥίαμβος. 514
Paroemiae. γλυκὺς αἰὼν. 492
——— κινεῖν τὸ ἀφ' ἱερᾶς. 268* 270*
——— Μίδας ἐν κύβοις. 276
——— πάντα θεῖ κ' ἐλαύνεται. 607
παρομοίτος. 255
Paſſeres. *bene viri.* 51
πάθος & πόθος. 471
πάτρηλος. 277
Patronymica. *iis liberius utuntur Poëtae.* 382. *filio & nepoti communia.* 382
παλεώλης. 277. 505
Pavo (J. C.) *naſcitur.* 23
mentitur & calumniatur. 18. 598. 599. 604. 623. 830. *& paſſim.*
neſcit Conjugationes & Declinationes Graecas & Latinas. 24. 27. 61. 62. 63. 64. 65. 145. 197. 231. 312. 466. 495. 522. 537. 547. 548. 552. 585. 619
Graeca male vertit. κερδώ. ſimia. 49. Πᾶν. omne. 51
obſcoene & ſtolide auctores interpretatur. 50. 51. 124. 242. 243. 244. 245. 290. 302. 304. *a pag.* 399. *ad pag.* 405. 416. 522. 546. 547. 548. 561
ſtulte & falſe interpretatur omnibus paginis.
in Codicibus MStis hoſpes. 59. 300
Compendia falſa in MStis comminiſcitur. 59. 248. 547. 548. 552. 554. *& paſſim.*
infantiliter errat circa linguae Gr. & Lat. elementa. a pag. 60. *ad p.* 73. *&* 447. *& paſſim.*

Pla-

Plagia committit. 68. 78. 85. 92. 93. 127. 255. 262. 244. 270. 271. 273. * 275. 277 280. 281. 289. 294. 297. 314. 391. 392. 398. 418. 426. 428. 442. 448. 463. 466. 467. 484. 491. 509. 513. 516. 518. 546. 550. 553. 544. *a pag.* 557. *ad pag.* 620. 654

Convitiatur & calumniatur viros doctiſſimos. paſſim. videatur INDEX ATER a pag. 76. ad p. 120.

D. Ἀκεσίας *ad Pavonem ſermo. a p.* 124 *ad p.* 130

Se & ſua ſolum amat, extollit & demiratur. paſſim. vide a p. 122 *ad p.* 134

In Anthologia quot loca adtigit, tot corrupit, & non intellexit. a pag. 134. ad pag. 218.

Trochaicos, Creticos infercit Heroicis. 157. 403

Iambum in Elegiaco intrudit. 176

Fide peſſima utitur. 185. 268. 296. 389. 646. 659

Latinam linguam & puritatem ignorat. 201. 544

Latuit ſub nomine Philargyrii Cantabrigienſis. 223. 134

Anacreontem ſuſpectum habet. 244. *ei interpretando ineptus.* 558. *eum exagitat.* 561. 572. *epigrammata male omiſit.* 570

Numeros Graecos ignorat 255

Nova vocabula fingit. 263. 264. 277. 292. 452. 464. 500. 550. 614. *& paſſim.*

Gloſſas fingit. 268

alios exſcribit cum erroribus. 277

nuſquam librum vel verſum adſcribit. 96. 298

Pedantiſmo oppletus. 10. 129. 299. 643

in Marmoribus nihil intelligit. 35

Proſodiae omnis ignarus a pag. 318. *ad pag.* 405.

Quid ſit Caeſura, ignorat. 323

Hypermetros verſus intrudit. 338. 356

Q. Calabrum exagitat. 344

Iambos & iambos puros ignorat. 359. 360

Verſum tempore deficientem & tempore abundantem conciliat. 361

Jod *literam Graecis obtrudit.* 362

Accentum circumflexum in antepenultima ponit. 376

Negligentia ſumma in edendis Auctoribus & Hephaeſtione a pag. 405. *ad pag* 415

ignorat Editiones & Verſionem Hephaeſtionis 410. 413

Sphalmata vetera retinet, no-

va addit. 412. 414. 541
E Lexicis, praecipue Scapula, ſapit. 423. 427. 500. 615 *& ubique.*
in Genera peccat. 428. 431. 53. 539. 584. 613. 617
Diſſimulat & compilat editiones. 429. 596. 598
Graeca legere nequit. 431
Septem pedes uni aedituo adfingit. 436
Auctorem Vanni compilat. 442
Ariſtophanem promittit. 132. 453. *& triginta alios auctores.* 553
Hiſtoriam Graecam ignorat. 460. 472
In Chronologia veteris Graeciae puer. 473. 479
Literas Graecas ignorat. 479. 507. 508. 510
in Minellii modum commentatur. 499. 527
Mare in terram mutat. 500
in Accentibus pueriliter errat & tamen ſe iis jactat. 516. 581
Teſtimonia optima de ſe perhibet a p. 122. *ad p.* 133. *& paſſim.*
Teſtimonia peſſima de ipſo aliorum. 544. 557. 558. 577. 622. 631. *& a p.* 1. *ad p.* 661.
Codicum Syllogen jactat, cum nullum viderit. 555
Furta in Anacreonte, Calabro, Ariſtaeneto. a p. 557. *ad p.* 620.
dialectos ignorat. 27.148. 571
Hallucinatur in Variis Lectionibus Anacreontis. Gloſſas pro veris & contra adponens. 558
Iracundus & furioſus. & Μισάνθρωπος. 559
Fragmenta Anacreontis omnia furatus. 569
Locutiones S. Scripturae improbat. 572. 573
Cynicus Grammaticus & lapideus Criticus. 576
Sylburgiana & Scaligerana in Calabrum expilat. 577. *ad* 594
Canterum ignorat multa emendaſſe in Calabro. 580
non perlectum auctorem typis committit & paſſim 580. 581
e verſionibus ſublegit emendatiunculas. 591. 594. 613
fallit Lectorem. 582
J. Hartungi notas in Calabrum plane negligit. 587
repetitiones vocum in Calabro inepte emendat. 589
M. Neandri Opus Aureum ignoravit. 593
inedita Annotata compilat. 596. 605
emendationes eruditorum ignorat. 596. 610

Barbaras Lectiones in contextum revocat. 599
adfingit Mercero Notas. 600
non intelligit & omittit notam φϱ. 600
Merceri notas omittit. 602
Sambucianam negligentiſſime contulit. 600
Unde Ariſtaenetus profecerit, ignorat. 613
nova dignitas Pavonina. 626. 636
ab omnibus traductus & exploſus. 631
Pueriles lucubrationes ſuas miratur. 634
Ejus ὁμώνυμος. 637
J. Gronovium non magni facit. 643
Quibus Praeceptoribus uſus. ibid.
a Verſionibus pendet. 650
cum Fabricio commercium literarium exercuit: ſtolidum vocat. 643. 658
Quae de Terpandro ſcripſit & tibiis, omnia mentitus eſt. a pag. 649. *ad pag.* 660
Mutilat ſubdole contextum Plutarchi. 659
moritur. 634. *Epitaphium.* 186
Pedes. *a populis dicti.* 514
πειώλης. 506
πειθανὸς & πιθανὸς. πειθαρχεῖν & πιθαρχεῖν. ἀπειθεῖν & ἀπιθεῖν. 439
Pelides. *Achilles & Pyrrhus.* 382
Peluſium. 489
Pentameter. *dupliciter ſcanditur.* 67
πήρας λίθος. 270*
πελιοσολογία. 173
πελιοσθενής. 166
Perſona *mutatur a poëtis.* 166. 193. 239. 244
Perſonae *& res miſcentur.* 235
-- *mimorum, hiſtrionum.* 217
πεσσοί. *Calculi, excluſis teſſeris.* 270
πετηλεία. πεντηλία. 272*
πετηλευτήριον. ibid.
Φ. *non liquida. nec producit ſyllabam.* 538. 361
φάγροι. *in deliciis.* 486
φάττη. *prima communis.* 369
φέρε. *cum omnibus perſonis.* 169
Φίλα. *nomen proprium.* 194
φιμὸς. *in alea.* 259
φλήναφος. 313
φοινίκια. *literae.* 272
φορεῖν & φέρειν. 424
φϱ. *quid notet.* 600
φράσασθαι. *audire. intelligere. ſentire.* 147
φθέγξασθαι. *de corde.* 615
φυσᾶν πῦρ. 616
φύσκων. 289
φυλᾶν. 616

 πί-

πίπτειν. de ſorte. talis. teſſeris. 169. 175
Piſo. (Calpurnius). 244
πληϊάδες. Ionice. 447
πλινθίον. 275
πλόκιον. 608
πνεῦμα & πτῶμα. 175
ποδήνεμος. ταχύς. 213
ποδώκης. 214
ποικίλος. de Volucribus. Floribus. Poëtis. Carminibus. 153. 155
πόλις. Civitas. Populus. 514
πολυχανδής. 567
Polydamas. 352
πολυσχημάτιστα. 535
πῶλος. Virgo. 423
πωλούμενος. ὁ. Menandri Comoedia. 307
Πόσθιμος. 492
ποσῶν. 542
ποτνιῶμαι. 618
Praegnantium Vota. 194
πρὶν. producitur. 586
πρίν ἢ σκεότερον. 599
πρὸς δ'. praeterea. 145
Proſodia. Neceſſaria. Negligitur. 319
προσφθείρεσθαι τινὶ. alicujus amore perire. 617
προσποιεῖν & προσποιεῖσθαι. 241
ψάμειν & αἰγίμαλος. 146
ψῆφοι. ψηφῖδες. pro κύβοις 270
ψῆφοι θαλάσσης. 574
ψηφοβόλον. 258. 308
ψοθόγκη. 502
πτερύσσειν. non πτερύζειν. 540
πτόλεμος & πτολεμίζειν. citra neceſſitatem apud Poëtas. 336
πτόλις. non ob metrum tantum. 336
πτῶμα & πνεῦμα. 175
Puerperae dedicant & vovent ſtatuas infantum Dianae. 194
Pulypus. 352
πυγελίτης. 290
πύργος. in alea. 257. 259. 308
πύσταλος. 515
πυθόμανδρος. Πυθαγόρας. Πυθόχρηστος. 451

Q.

Quantitas non mutatur ob ſignificationem. 371
—— alia Homeri : alia Atticorum. 365. 371
Que. in Caeſura producitur. 329

R.

Ρ'. producendi vim habet. 335. cum leni in vocis initio. 541
ῥαβδοῦχοι. 164
ῥήσεις. Carmina. 640
Rhetores βασιλεῦσι. 164
ῥιπτεῖν ἄκανθαν. βέλος. ἀγκύραν. 556
Roſa e ſpinis naſcitur. 103

S.

S.

Σ. *quomodo ſcribatur in Graecis Codd.* 300
-- *ſemivocalis an liquida.* 507. 508
Sagitta *inde locutio ad Conjecturas & Sermonem deſumitur.* 171
σαλαΐζειν. *Anacreontica* λέξις. 570
σάλη. φροντὶς. 501
σαλεύεσθαι. 500. 501
σάλος. ου. *an* εος. & *plur.* σάλη. *quid.* 500
σάμβαλα. 438
Σαονάιάδης. 198
Sappho. *novem libros Lyricorum ſcripſit.* 178
Σαύλαι. 365
Scala. *aërium iter.* 591
Scazontes *quinta ſede etiam habent Spondeum apud Gr.* 506
σκειραφεῖν. σκείραφος. σκειραφὴς. 312
σκηπτοφόρος. 142
Sceptrum *ſymbolice notat varia & eloquium.* 164
σκῖρος. σκιροφόρος. σκιραφίτης. 311
σείειν πάντα κάλων. 269 *
Semivocales. 507
σίριφος. σερίφιοι *an* σέρφοι. 467. 470
Si. *conditionale.* 241
Sidonius Apollinaris. *ejus aetas.* 208
σίγλη. 502
Σιληνὸς. 373
Σίμαλος. Χρύσαλος. 487
Siren Latina, *Cato.* 205
σόλοικος. 570
Spondaici *verſus.* 387
Subſtantiva *in* αφος. *unde.* ἔδαφος. 314
Subſtantivis *duobus unum adjectivum vel verbum additur diverſa ratione.* 212
συγγενέσθαι. *veſci.* 487
Syllabae κοινή & ἀδιάφορος *differunt.* 468
—— *ultima Commatis indifferens.* 469
σὺν *producitur.* 355
συναίρεσις. 383
Synaloepha *utuntur Graeci.* 484
συνίζησις. *raro apud Comicos Graecos.* 229 *in* βοῶν. μαστιγόων. γόων. 357. δήϊος. 375
συννεχὲς συννεχέως. συννεῖδες. 355
Synonyma *mutantur.* 189. 345
συστέλλειν. *Corripere, non Contrahere ſyllabam.* 527

T.

Talus. *quid ſymbolice notet.* 160. 161. 163

Tali & *teſſerae diſtinguendi.* 281
Tapetibus *multis molles utebantur.* 502
Tarrhaeus & Didymus. *Paroemiographi.* 277
Τάυλη. Τάβλη. 254
τε *in Caeſura producitur.* 329. 581. *an jungant Graeci vocibus.* 331
τῇδε *an in τᾷδε mutandum.* 146
τίγριδος. 615
τεκέδος. 555
τεῖχος & τοῖχος. 62. 619
τεῖχος. *murus.* τοῖχος. *paries.* 62
τέλμα & λαῖτμα. *quid.* 489
Tenues conſonantes *ante vocales aſperas aſpirandae.* 67. 69
Terminatio αμίας. 293. αφος. 314. χρος *in* πενιχρός. 460. ιος. 519
Terpander *citharae, non tibiae modos conſtituit.* 649. *primus nomos citharae nominavit & ſcripſit.* 654
Teſſerae *non in Palamedeo ludo.* 269
τέτρομος. 502
Θ & Ο. 317. Θ. Φ. Χ. *mutae. non ſemivocales.* 510
Θεσμοφοριάζουσαι. *primae. ſecundae.* 533
θίγειν. 614
θοραῖος. θορή. θορεῖν. 437
θρῆνες. *media communis.* 386
θρυαλλίς. 519
θύρα. *obſcoeno ſenſu.* 243
θυρωρός. *in nuptiis.* 436
Tibia. *quot foramina. non certo numero habuit.* 650
Τὶν & τὴν. 30
τίνειν & τινεῖν. 365
τίρυνς. τίρυνθος. 499. *a Cyclopibus ejus Muri.* 499
Τισίφονος. *filius Priami.* 580
Τιθέναι ὕμνον. ᾠδήν. 520
τμ. *non ſemper producit ſyllabam.* 347
τοῖον. 590. τοῖον *id eſt* ἔπος. 380
τομή. Caeſura. 323. 420. *vide* Comma.
τ' ἀτρεκές. τ' ἀτρεκές. 147
Transpoſitiones *vocum in Codd.* 188
τρῖβω. 528
τρίχορδος κιθάρα. 649
τριναχία. *oppidum.* 474
Trochaeus *in Iambico.* 518
Turricula *in alea.* 257. 309
τυΐδε. 459
Τυρσηνῖναι. *Oppidum.* 474

V.

V. *pro* B. 222
Vectigal *Galli, Eunuchi, Cynaedi, meretrices pendunt.*

du 532
Vena 220
Vene Color. 143
Verſturi. 374. 387. 388
—— *proſa.* 601
—— *Caeſura aliquando b.* 324
Veſtes *lucidae.* 303
Vir *cufemina comparatur recte.* 575
Virile men *feminis, datur.* 206
Vocabul *compoſita, quaſi ſepara. χαμαι | ευνάδες. διος|κυ|ρω.* de-torquet. 420. 482
Vocabul *eadem repetita.* 589
Vocalis loga aut diphthongus *non facile corripienda.* 195. 226
Vocalis longa *ante vocalem in media voce an corripiatur.* 375. 387
Urna. *in alea.* 257
Vulnerari. *de Navibus. Arboribus.* 545
Uxor, *per Ellipſin reticetur,* 198

X.

ξυναγής. 504

Y.

Υ *Baeoti ſcribunt* ΟΥ. θυγάτηρ. 491
Υ & B. 611
Υ & οι. & η. & α. 369. 437. 438
ὑγρῷ. 507
ὑλακτεῖν. *de Corde.* 616
ὑμῖν. ὗμιν. ὑμὶν. 92
ὑμνοθέτης. *adjectivum an feminini generis.* 155
ὑμνοπόλος. *adjectivum feminini etiam generis.* 155
ὑπαὶ. 346. *an in proſa.* 551
ὑπερφυέως. 601
ὑψῦ *an* ὑψοῖ. ὑψιδῆ. 496
ὕπνος ἀσεργαλος. 281

Z.

ζεὺς & πατὴρ & Κρονίδης. 189
ζηνὸς & Διός. 189. 230
ζωὸς παῖς. ζῶν καλός. *opponitur picturae.* 196

ERRATA.

P. 25, l. 5. af. *Latinus*. p. 26. l. 11. *mihi* dele. p. 3. l. 2. ἀσθενῶς p. 43. l. 14. *aequam*. p. 48. l. 13. *abblandiri*. p. 7. l. 3. a. f. *uti*. l. ult. *rideas*. p. 63. l. 6. ἐπιμελοῦμαι. p. 64. 16. *ſuſcitanti*. p. 71. l. 1. vs. 410. p. 74. l. 21. *Britannûm*. p. 88. l. 18. *ante Cauſſ*. p. 143. l. 30. *Pavonis*. p. 145. l. 26. *ſiſellus*. p. 156. l. 14. Ἑλλην. p. 161. 8. χοχλιμίν☉. p. 172. l. l. a. f. *compoſitae*. p. 181. l. 3. a. f. *Ptolemaeo*. p. 197. l. 16. p. 35. p. 243. l. 3. *Apoſtrophorum*. p. 259. l. 4. auf. *Apocolocuthoſeos*. p. 240. l. 1. a. f. *quam* p. 468*. 269*. 270*. 271. 272*. 273*. p. 299. l. 10. a. f. καὶ. p. 319. l. 6. *Eucliden*. p. 31. l. 21. *Grammatici*. p. 370. l. 7. φάτηρον. p. 384. l. 10. a. *ſtrepuerit*. p. 388. l. 7. *Rhythmo*. p. 392. l. 5. *ſtipitem*. p. 397. ult. II. C. 3. p. 323. p. 423. p. 429. 12. *eam*. p. 433. l. 4. *antepenultimam* p. 445. l. 7. ἐμβατήσονται. p. 452. l. 4 παραπυθέσθαι. p. 478. l. 20. Ἀθήνας. p. 538. l. 15. *vindicavit*. 547. l. 2. *pronuntiat*. p. 550. l. 4. a. f. *mereatur*. p. 634. l. D. *ferventius*.

Digitized by Google

Digitized by Google